Moeris, lexicographer.

MOERIDIS ATTICISTAE

LEXICON ATTICUM

CUM

JO. HUDSONI, STEPH. BERGLERI, CLAUD. SALLIERII, SCHLAEGERI

ALIORUMQUE NOTIS.

SECUNDUM ORDINEM MSSTORUM RESTITUIT, EMENDAVIT ANIMADVERSIONIBUSQUE ILLUSTRAVIT

JOANNES PIERSONUS.

ACCEDIT

AELII HERODIANI PHILETAERUS

E MS. NUNC PRIMUM EDITUS ITEM EIUSDEM FRAGMENTUM E MSS. EMENDATIUS ATQUE AUCTIUS.

CUM ANNOTATIONIBUS SUIS ET PLERISQUE JO. FRID. FISCHERI DENUO EDIDIT

GEORG AENOTHEUS KOCH,

PHILOS. D. REG. SEMIN. PHILOL. LIPS. SOD. HONOR.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS GUIL. LAUFFERI.

MDCCCXXX.

M

VIRO ILLUSTRI

EXCELLENTISSIMO DOCTISSIMO

CAROLO GOTTHELF
HILBERTO

S. M. REG. SAXON. A CONS. COMM.

DOMINO SCHEIBAE ETC. ETC.

PATRONO ET FAUTORI SUMMA
PIETATE COLENDO
AFFINITATE SIBI CONIUNCTISSIMO

HANC NOVAM MOERIDIS HERODIANIQUE EDITIONEM

GRATI ANIMI TESTIFICANDI CAUSSA

D. D. D.

GEORG AENOTHEUS KOCH.

ILLUSTRISSIMIS

GENEROSISSIMISQUE

VIRIS,

HESSELO DOMINICO ERNESTO
AB AYLVA,

SIUCKIO GERROLDO JUCKEMA
A BURMANIA RENGERS,

LIVIO SUFFRIDO LYKLAMA
A NYEHOLT,

TIALLINGO EDONI HESSELO
ROORDA A SIXMA,

SUMMIS IN REPUBLICA

MUNERIBUS ET HONORIBUS

CONSPICUIS,

ACADEMIAE FRISIAE,

QUAE FRANEQUERAE EST,

CURANDAE

QUATUOR VIRIS,

Hoc opusculum venerabundus

D. D. D.

JOANNES PIERSON.

PRAEFATIO.

Moeridis Atticistae libellus, postquam diu in Bibliothecarum scriniis latuerat nec tamen principum virorum notitiam effugerat, tandem multorum votis expetitus in lucem prodiit, anno huius seculi duodecimo, Oxoniae, opera et studio Joannis Hudsoni. Quanquam enim haec editio Hudsoni nomen non praefert, eius tamen cura adornatam esse inter eruditos constat. Vid. Hallii praefat. Josepho praefixam, et Fabricii B. G. Vol. IX. p. 420.

Triennio fere post magnam Moeridis partem una cum aliorum Grammaticorum excerptis ex optimo Codice Coisliniano protulit Vir egregius et multis magnisque in rem litterariam meritis illustris, Bern. Montefalconius (Bibl. Coisl. p. 485—488.), qui totum quoque Moeridem manu sua descripserat, emendaverat notisque eruditis illustraverat; quod e Schlaegeri ad Stoeberum litteris, quarum exemplar penes me est, intellexi.

Superiori seculo, qui manu exaratos Moeridis Codices evolverint aut eorum apographa sibi compararint, praecipui fuerunt Salmasius, Pricaeus, Bullialdus, Maussacus, Valesius, Usserius, Vossii, Spanhemius, Menagius, Du Cangius, Colomesius, Le Moynius, Kusterus, alii.

Primus autem, quod sciam, de Moeride una cum Thoma Magistro aliisque eiusdem generis scriptis in lucem emittendo cogitavit Martinus Brunnerus, Linguae Graecae primum, mox Theologiae in Academia Upsaliensi Professor, vir doctus, qui eum N. Heinsii beneficio acceperat: ad quem etiam plurimas de Grammatico nostro litteras scripsit, quas tamen proferre Cl. Burmannus vix operae pretium duxit (vid. Syllog.

Epistol. Burmann. T. V. p. 177.). Verum multis districtus negotiis et a dirissimo eruditorum hoste calculo vexatus promissa solvere non potuit, anno elapsi seculi septuagesimo et nono tristi fato defunctus. Vid. Syllogen Burmann. T. III. p. 691. T. V. p. 89. 177. 501. 517. 668. Quo autem eius in Moerin animadversiones pervenerint, aut ubi terrarum lateant, plane ignoramus.

Brunnero mortuo Joannes Columbus in epistola ad N. Heinsium, Syllog. T. V. p. 177. 187. se permittente Heinsio libenter Moerin editurum professus est; sperare autem, Brunneri haeredes sibi eius annotata non invisuros. Verum et ille Aiax in spongiam incubuit.

Ludolphus quoque Kusterus, Vir insignis, Moeridis editionis a se adornandae spem videtur fecisse. Vid. Fabricii B. G. Vol. IV. p. 419.

Post Hudsonum autem et Montefalconium eodem fere tempore de Grammatico nostro iterum typis committendo consilium ceperunt Carol. Andr. Dukerus et Claud. Sallierius, uterque eruditionis fama et scriptis celebratissimus. Dukerum de Ammonio, Phrynicho, Thoma Magistro, Erotiano et Moeride iunctim edendis cogitasse, e Novis Litter. Lips. Anni MDCCXXVII. p. 179. monuit Schlaegerus in Conspectu et Lexiphilus Obs. Misc. Vol. V. T. III. p. 31. Moschopulum pro Moeride nominat ipse Cl. Dukerus in litteris ad Valckenaerium praefationis Ammonio praemissae p. 3. Verum, quicquid huius rei sit, postea vir doctissimus consilium illud plane abiecit.

Sallierii Commentarius multos ante annos scriptus rara felicitate in manus nostras pervenit.

Anno deinde quarto et tricesimo Conspectum editionis Moeridis Atticistae Hamburgi in lucem edidit Julius Carolus Schlaegerus. Conspectum illum huic Praefationi subiunximus, paucasque notas Moeridi suis locis adiecimus. Reliquae Schlaegeri animadversiones perierunt. Qua de re lubet hominis eruditissimi verba, e litteris ad Cl. Stoeberum d. XXVI. Aprilis MDCCLI. scriptis, apponere: „Atque haec quidem „sunt omnia, quae in Lexicographum olim meum, nunc vero „tuum, a me proficisci possunt officia, quorum fortassis plura

„possem praestare, si scirem, ubinam gentium lateant meae „in Moeridem animadversiones ad litteram M usque perdu„ctae. Idem illae expertae sunt fatum, quod fuit observa„tionibus τοῦ πάνυ Montefalconii, qui vir doctissimus pariter „atque longe humanissimus non solum Moeridem integrum ex „Codice Coisliniano propria manu descripserat, sed emenda„verat quoque et illustraverat notis eruditis. Verum, uti hic „thesaurus in itinere, magno litteraturae Graecae damno, pe„riit, ita et meae quisquiliae, dum reculas meas Helmaesta„dio Gotham transfero, una cum aliis quibusdam raris caris„que libellis disparuerunt. Prius nullo modo resarciendum „damnum in caussa fuit, cur iamdudum abiecerim Moeridis „edendi consilium."

Aliquot annis post Moeridi manum admovit eruditus quidam Juvenis Anglus, Lugduni Batavorum studiorum caussa commoratus; qui, cum multa ad Grammaticum nostrum collegisset et MSStorum Codicum variantes lectiones sibi comparasset, in Italiam profectus Musas ac Moeridem valere iussit.

Per idem fere tempus Ernestus Gulielmus Higtius nostras, flosculus ille poëtarum Belgicorum et nunc cum maxime Scholae Alcmariensis Rector sollertissimus, quocum, inde a condiscipulatu in Academia Franequerana, integerrima mihi intercedit amicitia, Grammaticum nostrum cura sua dignum iudicavit. Verum poëticis suavitatibus assuefactus taedium Grammaticum devorare non potuit et Moeride seposito evolvendis aliis utriusque linguae scriptoribus totum se tradidit, elegantissimis carminibus et patrio, et Latino sermone scriptis, omnibus, quotquot Musas amant, commendatissimus.

Anno denique primo et quinquagesimo Elias Stoeberus, Collegii Argentoratensis Rector, strenuam Moeridi aliisque Atticismi magistris navavit operam, emisso novae horum Grammaticorum editionis specimine. Sed, cum typographi, nescio quo casu, inchoatum opus destituissent, suas aliorumque in Thomam Magistrum animadversiones una cum copiis, quibus instructus ad Moeridem illustrandum fuisset accessurus, Amstelaedamum misit Vir eruditissimus ad Joannem Stephanum Bernard, Med. Doctorem expertissimum: qui

Thomam Magistrum novis Hemsterhusii, Oudendorpii aliorumque accessionibus auctum mox typis imprimendum curavit.

Accidit, ut eodem fere tempore ante hos septem annos, cum aliorum hominum doctrinae ac sapientiae fama praestantium, tum praecipue magni illius Hemsterhusii, cuius absens summus admirator fueram, audiendi caussa, ad sacratissimam Musarum sedem et totius Belgii ocellum, Leidam me conferrem. Ubi cum Joannes Daniel Lennepius, quo Franequerae usus fueram amico optimo, et Davides Ruhnkenius eodem tempore degerent, meque in amicitiam suam et familiarem consuetudinem, qua nunquam suaviorem expertus sum, recepissent; hi primi mihi auctores Moeridis emaculandi illustrandique extiterunt: Bernardum aliis rebus et inprimis arte Clinica exercenda occupatissimum MSStorum collationes aliaque libenter in usus meos concessurum. Accessit Hemsterhusii, Albertii aliorumque auctoritas, a quibus dissentire piaculum esse existimavi. Itaque alacri animo litteris ad Bernardum datis ab ipso, quae possideret ad Moeridem pertinentia, audacter petii statimque, quae singularis Viri humanitas fuit, impetravi.

Haec praemittenda videbantur, antequam de MSStorum auxiliis aliorumque virorum doctorum laboribus, quibus adiutus ad Moeridem instaurandum me contuli, de mea denique ratione aliquid dicerem.

A Bernardo igitur Hudsonianam Moeridis editionem accepi, quam cum Codicibus Coisliniano et Regio contulerat Cl. Stoeberus.

Huic adiunctae erant Diversae Lectiones Schlaegeri manu exaratae, de quibus ita Vir Cl. in litteris ad Stoeberum: „Desideras a me Celeb. Sallierii cura expolitum Atticistae „exemplum, quod quidem iam dudum in Galliam remigravit: „sed uti eius margini allitas atque ex Codicibus Parisinis pe„titas variantes lectiones manu mea descripsi, ita hocce apo„graphum mitto tuique iuris esse iubeo. Animadvertes inter „illas complures ad sanandum Moeridem nostrum adprime „facientes.“

Praeterea huic fasciculo inerat Schlaegeri Conspectus edi-

tionis Moeridis Atticistae, cuius supra mentionem fecimus, quemque alibi fortassis frustra quaesivissemus.

Denique Schlaegeri ad Stoeberum Epistola MS. saepius memorata, et Viri Graece Latineque doctissimi, J. M. Gesneri litterae omni suavitate conditae, ad Schlaegerum scriptae Gottingae, a. d. XXIV. Martii MDCCXXXV. e quibus pauculas in Moerin coniecturas et emendationes protulimus.

His omnibus, veluti cumulus, accesserunt eruditae Claudii Sallierii in Grammaticum nostrum animadversiones, quas, postquam nimis diu in situ et squallore abiectae fuerant, tandem Stoebero in lucem emittendas tradidit Vir eruditissimus.

Postea idem Bernardus Anonymi Angli Varias Lectiones in Moeride Atticista ex Collatione Codicis MS. observatas (sic) ad me misit, a Stoebero acceptas: de quibus ita Vir Clar. in litteris ad me datis: „Accepi ante aliquot dies litte-„ras a Cl. Stoebero nostro, in quibus non solum testatur, „quantopere laetetur, quod Tu Moeridi manus admovebis, „verum etiam rogat, ut variantes Lectiones, quas hic simul „accipis, cum plurima observantiae benevolentiaeque testi-„ficatione Tibi reddam. Misit has ad Virum Clar. Jo. War-„dius, Collegii Greshamensis Professor, quae licet paucae sint „ac auctorem Collationis et Codicem MS., unde depromtae „sunt, indicare neglexerit Celeb. Anglus, minime tamen ea „propter *νοϑείας* postulandae videntur Doct. Stoebero.“ Hanc Collationem Wardianam appellare soleo.

Haec Stoeberi et Bernardi beneficio accepta refero. Cl. quoque Stoeberus aliud Moeridis exemplar se missurum pollicitus fuerat observationibus suis ditatum (utor Bernardi verbis), tum etiam viri cuiusdam docti notas haudquaquam spernendas. Sed neutrae ad manus meas pervenerunt.

Vix dum meum de Moeride emaculando consilium Viro Litteratissimo Jo. Albertio, quo nihil dari potest suavius, nihil candidius, innotuerat, cum ne rogatus quidem et Codicis Vossiani, qui Leidae servatur, Collationem accuratissime a se institutam mihi obtulit, et Verborum Ordinem, prouti in MS. Cod. erat, manu sua descriptum.

Pari humanitate Abrahamus Gronovius, Vir doctissimus, varias Lectiones e Cod. MS. ad editionem Hudsonianam a Parente J. Gronovio adscriptas sponte mihi utendas concessit.

Ordinem verborum Moeridis, qui in Codice Coisliniano, nunc Sangermanensi, reperitur, postea in meam gratiam accurate descripsit Politissimus Ruhnkenius.

Tandem elegantissimi Vir ingenii et erga amicos officiosissimus, Petrus Burmannus Secundus Moeridis exemplar ad me deferendum curavit, in cuius margine non pauca annotaverat doctus ille Stephanus Berglerus, pleraque bonae frugis et digna ipsius eruditione; quae notis inseruimus.

Video, me plurimis humanitate et doctrina praestantibus viris, multis magnisque nominibus esse obstrictum: quibus, et universis, et singulis, gratias, quas possum, habeo agoque maximas. Nec futurum opinor, ut ipsos horum officiorum poeniteat, cum oblatis me bonis non socorditer usum fuisse perspexerint.

Nunc de ipsis Codicibus paullo accuratius dicendum est.

Ceteris, quorum Collationes nobis ad manum fuerunt, longe multumque praeferendus est Coislinianus in membrana scriptus seculo X. iudice harum rerum peritissimo Montefalconio Bibl. Coisl. P. II. Codex CCCXLV. continens varia Lexica, ut Apollonii, Timaei, Moeridis aliaque, e quibus specimina exstant in Bibl. Coisl. p. 457. et sequentibus. Coislinianum saepius inspexisse Sallierium et ipsius notae ostendunt, et ipse Cl. Ruhnkenio coram affirmavit. Quocum etsi in plurimis plane consentit Collatio Schlaegeriana, discrepat tamen in paucis. Postea Stoeberus eumdem Codicem excussit et plerasque lectionum varietates Moeridis sui margini allevit. Quae Collatio etsi in nonnullis a Sallierii et Schlaegeri Collationibus diversa videatur, praecipue ubi glossae quaedam omissae vel insertae sunt, id tamen non Virorum eruditorum negligentiae, sed inverso potius verborum ordini, quo Codices conferendi laborem difficillimum reddiderat Hudsonus, tribuendum existimamus. In Montefalconii Bibliotheca Coisl. multa vitiosissime expressa sunt. Illud iure affirmarim, hunc Codicem longe esse praestantissimum, ut qui ubique fere ipsam Moeridis manum exhibuerit, multas voces rariores et

plane glossematicas conservarit, in aliis neglectas. Accedit, quod nullis, quantum deprehendere licuit, aliorum sordibus, quas homo inepte sedulus in illum Codicem, unde Regius, Vindobonensis et alii fluxere, intulit, vel leviter sit inquinatus. Qua de re postea.

Coisliniano proximus bonitate est, longo sed proximus intervallo, Regius, quem adhibuit Stoeberus, cuius numerum cum annotare neglexisset Vir doctus, diu dubius haesi, pluresne in Bibliotheca Regia essent Moeridis Codices MSSti, an vero is solus, quo Salmasius, Menagius, Du Cangius aliique etiam usi sunt: tandem Ruhnkenius V. C. tum Parisiis agens a me consultus respondit, unum tantum in illa Bibliothecarum regina esse Moeridis Codicem eumque valde recentem; eumdem, ni fallor, quem olim Francisco I. Gallorum regi obtulit Antonius Eparchus. Vid. Fabric. B. G. T. X. p. 477. In Catalogo Bibliothecae Regiae T. II. recensetur inter Codices Graecos n. 1630. bombycinus. Continentur eo CXLIV. diversi generis opuscula, inter quae Moeris est CXLIII. *Moeridis Atticistae Lexicon.* sic. Seculo XIV. scriptus Codex, ut videtur. Ita fere in Catalogo est. E bono tamen Codice derivatus sit oportet; multas enim pulcherrimas lectiones inde Moeridi restituimus.

Cum Regio adeo convenit Collatio Gronoviana, ut ad eumdem librum vel valde similem facta videatur. Pauca tamen in illa reperias, quae a Stoebero e Regio enotata non sunt: in quibus plane cum Coisliniano conspirat.

Harbini Apographo, quod e Pricaei schedis descriptum erat, usus est Hudsonus. Pricaeus autem Moerin e Codice Vindobonensi manu sua descripserat. Vid. Fabricius B. G. Vol. IV. p. 519. et IX. p. 420. et Usserius in Ignatii epist. ad Antioch. p. 104.

Ex eodem Pricaei Codice habuisse videtur Vir Illustris Is. Vossius, cuius liber nunc in Bibliotheca Leidensi asservatur. N. 56. in Quarto. Catal. Bibl. Leid. p. 398. Eumoeridae Atticistae vocabula Atticorum et Graecorum iuxta Alphabetum. Scripta manu Is. Vossii, vulgo Moeridis. in charta. sic.

Qui libri cum omnium essent depravatissimi, ad Coisliniani certe et Regii praestantiam nullo modo comparandi, tanti non videbatur, ut Vindobonensis MSti variantes peterem lectiones, quas tamen, si petiissem, facile a Viro Nobilissimo Swietenio, Caesareae Bibliothecae Praefecto dignissimo, me impetraturum fuisse confido.

Moerin MS. in multis Bibliothecis Gallicis et Anglicis exstare scribit Salmasius de Ling. Hellen. p. 46. Qui libri an ab iis, quos iam memoravimus, diversi sint, definire non audemus.

Codicem quoque suum laudat Stephanus Le Moynius Var. Sacr. p. 479. Sed Regii apographum fuisse opinor.

Vaticanus Codex memoratur a Ph. Jac. Maussaco Diss. Crit. in Harpocrat. p. 364. (393. novae ed.) „Moeridis Atticista laudatur a Photio, quem librum dicunt exstare in „Vaticana summi Pontificis Bibliotheca."

Praeterea Moeris MS. commemoratur in Catalogo Bibliothecae D. Marci Venetiis. Inter Grammaticos Codex 486. chartaceus. Fol. 344. Seculi circiter XV. Reperiuntur in illo Cod. M. Moschopuli Collectio vocum Atticarum ex imaginibus Philostrati, Thomas Magister, Eumoeridis libellus de vocibus Atticis (sic), Phrynichus, Man. Moschopulus aliique plures. De cuius aetate admodum recenti cum constet, dignus non videbatur, cuius varias lectiones mihi sumtu et molestia compararem.

Venio nunc ad Moeridem, de cuius nomine primo paucis disputandum est. Moeris appellatur a Photio in Bibliotheca. Similiter in Codd. Coisliniano et Regio. In MSS. autem Vindobonensi, unde Pricaeanus ac Vossianus defluxere, et Veneto Eumoerides nominatur, *Εὐμοιρίδου*; atque ita eum appellant Colomesius Obs. Sacr. p. 186. et Spanhemius in notis ad Aristophanem et de U. et P. Numismatum. Moenis scriptum est apud Labbeum Bibl. Nov. Manuscr. p. 105. Maeris apud Le Moynium Var. Sacr. T. II. p. 479. utrumque typorum errore, quod monuit Cl. Schlaegerus in Conspectu. Recte Hudsonus *Μοίριδος* edidit. Schlaegeri enim coniecturam in ipsius specimine legi malim, quam hic operose a me refutari; praecipue, quum ipse Vir eruditus eam

diu repudiaverit: quod ex ipsius epistola ad Stoeberum apparet. „Quod ad coniecturas Conspectui adiectas attinet, „eas non plane improbandas esse etiam nunc habeo persua-„sum: excepta tamen prima, cui ut nuncium mitterem, au-„ctor inprimis mihi fuit Moeris apud Xenophontem Ephesium „obvius, L. II. p. 35.“ Recte. Audiamus praeterea Gesnerum in litteris ad Schlaegerum: „Moerin Virgilianum a „*moerore* derivare nolim, tum, quod analogia videtur repu-„gnare, tum, quod nomina in Eclogis Graeca, quantum re-„cordor, sunt omnia, Tityrus, Meliboeus, Alcon, Daphnis, „Alexis, Corydon. Deinde vide, quaeso, mihi enim requi-„rere non vacat, an non Moeris dictus fuerit, — Quin re-„cordor, Moeris ille est Chalcedonensis Episcopus, qui Ju-„liano caecitatem exprobranti maledixit.“ Episcopus ille Chalcedonensis Maris dictus est, non Moeris. V. Socratem H. E. Sed dubitandum non est, quin *Μοίριδος* nomen bene Graecum sit et multis olim cum Grammatico nostro commune. Praeter memoratos certe duo Moerides a nobis observati sunt. Alter apud Scholiastam Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 789. qui Mygdonas ab Hercule debellatos fuisse tradidit. Alter in Stratonis Epigrammate nondum edito, cuius primum distichon protulit Cel. Valckenaerius ad Ammon. Animadvv. lib. III. cap. 15. p. 218.

Ἑσπερίην Μοῖρις με, καθ᾽ ἣν ὑγιαίνομεν ὥρην,
Οὐκ οἶδ᾽ εἴτε σαφῶς, εἴτ᾽ ὄναρ ἠσπάσατο.
Ἤδη γὰρ τὰ μετὰ ἄλλα μάλ᾽ ἀτρεκέως ἐνόησα,
Χὠκόσα μοι προσέφη, χὠκόσ᾽ ἐπυνθάνετο.
Εἰ δέ με καὶ πεφίληκε, τεκμαίρομαι· εἰ γὰρ ἀληθὲς,
Πῶς ἀποθειωθεὶς πλάζομ᾽ ἐπιχθόνιος;

Et in alio itidem inedito:

Παῖδα μὲν ἡλιτόμηνον ἐς ἄφρονα καιρὸν ἁμαρτεῖν.
Τῷ πείθοντι φέρει πλεῖον ὕβρισμα φίλῳ,
Ἤδη δ᾽ ἐν νεότητι παρήλικα παιδικὰ πάσχειν
Τῷ παρέχοντι πάλιν τοῦτο δὶς αἰσχρότερον.
Ἔστι δ᾽ ὅτ᾽ ἀμφοτέροις τὸ μὲν οὐκέτι, Μοῖρι, τόδ᾽ οὔπω
Ἀπρεπὲς, οἷον ἐγὼ καὶ σὺ τὸ νῦν ἔχομεν.

A Moeride autem terminatione tantum differunt Moereas, Moerichus, et Moerus apud Hygin. Fab. CCLVII. Depravata

Εὐμοιρίδου scriptura unde orta sit, incertum est nec lubet inquirere.

Quis vero fuerit Moeris, quando aut ubi vixerit, nos latere ingenue fatemur. Praeter Photium enim a veterum Grammaticorum laudatur nemine. Post Phrynichi tempora eum floruisse, persuasum habuit Hudsonus, quod is a Moeride citaretur in *Ἰσοτελής*. Verum is locus, ut multi alii, Moeridi invito ab homine stulte liberali obtrusus est exulatque ab optimis membranis Coislinianis. Mihi, si non antiquior, certe non multo posterior Phrynicho videtur. Multa enim hic occurrunt adeo similia Aelii Dionysii, qui sub Adriano floruisse dicitur, *Λέξεσιν Ἀττικαῖς*, quas laudat Eustathius, ut vel eadem aetate vixisse uterque videantur et ex eadem schola prodiisse, vel alteruter alterius scrinia expilasse; quorum posterius cum nullis certis indiciis probari possit, cur non prius potius statuamus? Ipsum scribendi genus et brevitas satis docet, Moerin recentem non esse. Nulli ab ipso auctores citantur praeter veteres illos, Thucydidem, Platonem, Xenophontem, Aristophanem ceterosque Comicos, et oratores Atticos. Certius fortasse illius aetatem possemus definire, si de quorundam recentioris Graecismi vocabulorum, qualia sunt *γρόνθος*, *ἐνώτια*, *στρέμφυλα* etc. aetate constaret. Conf. in *Βαλβίδες*, ubi *νῦν ἔτι*. Verum nolim incertis coniecturis indulgere.

Libelli index quoque quis fuerit, non adeo certum est. *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ* simpliciter est in Codice Coisliniano. Vide Bibl. Coisl. p. 485. *Μοίριδος Ἀττικιστὴς* appellatur Photio Cod. 155. p. 171. *Ἀνεγνώσθη δὲ ἐν τῷ αὐτῷ* (in eodem Codice, quo continebatur Timaei Lexicon, Aelii Dionysii *Ἀττικὰ ὀνόματα*, Pausaniae Lexicon, Boëthi Lexicon Platonicum etc.) *καὶ Δωροθέου περὶ τῶν ξένως εἰρημένων Λέξεων — ἔτι δὲ καὶ Μοίριδος Ἀττικιστής· κατὰ στοιχεῖον δὲ καὶ τοῦτο τὸ πονημάτιον*. Similiter Moeridis Atticistam vocat Maussacus Diss. Crit. in Harpocrat. l. c. Qui titulus, si MSSti addicerent, non displiceret. Ita Irenaei *Ἀττικιστὴς κατὰ στοιχεῖον* Etymologo et Suidae memoratur. V. Kust. ad Suid. T. II. p. 29. Phrynichi *Ἀττικιστὴς* apud Suidam v. aliique. Salmasius ad Tertulliani Pall. p. 411. Moerin Atticistam citat *περὶ Ἑλληνικῶν καὶ Ἀττικῶν Λέξεων*. Sic et Plin.

Exerc. p. 925. A. de discrimine Atticarum et Communium dictionum Plin. Exerc. p. 922. A. Lexicon p. 1211. Alii aliter appellant. In Catalogo Bibliothecae D. Marci: Eumoeridis libellus de vocibus Atticis. Hudsonus Antonii Eparchi librum secutus titulum fecit: *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ Λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων* (Leid. *Ἑλληνικῶν*) *κατὰ στοιχεῖον·* a quo sine Codicum auctoritate discedere noluimus. Suspicionem tamen aperuisse nihil nocebit. Forte libelli titulus olim fuit: *Μοίριδος*, sive *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ*, *Λέξεις Ἀττικαί.* Atticae enim dictiones hic explicantur per communes et vulgo Graecorum receptas. Similia opuscula eodem fere titulo fuere Philemonis, Aristophanis Grammatici, Luperci Berytii, Aelii Dionysii, Pollionis Alexandrini, Mnaseae Berytii aliorumque, quorum fragmenta apud Hesychium, Suidam, Erotianum, Eustathium, conservata sunt. Conf. Maussac. Diss. Crit. p. 363. et seqq.

Exiguae molis opusculum fuisse ex Photio constat, qui *πονημάτιον* appellat. Sed, quod ceteris Grammaticis, Hesychio, Suidae, Etymologo, accidit, ut quaedam intercidérint a socordi librariorum grege neglecta, alia ex aliis Lexicographis a sciolis adiecta sint; idem fatum Moeris expertus est.

Nos quidem multas Glossas ope Codicis Coisliniani et Regii restituimus in Vindobonensi aliisque non reperiundas, quasdam minime vulgares, e. g. *Ἀνακὲς ὀξυτόνως, Εὔπολις Αἶξὶν*, omnes Moeride dignas, de quarum *γνησιότητι* nemo dubitare queat.

Sed multo plures lacinias Moeridis purpurae assuit homo stulte sedulus, ut libelli molem augeret: quarum tantum non omnium auctores indicari et veluti digito monstrari possunt.

E Phrynichi Apparatu Sophistico descripta sunt, quae post *Ἰσοτελής* p. 199. ed. n. sequuntur, *Ἰσοτελεῖς. Ἰάπετος. Ἰλιὰς κακῶν. Ἱππίδιον. Ἰξοί. Ἰσῆλιξ. Ἰδιάζειν.*

E Timaei Lexico Platonico integrae glossae huc invectae sunt: *Ἀμηγέπη, ἐνὶ τρόπῳ. Πόπανα. Πεττεία. Πόρκος. Πλέθρον. Πνύξ. Ῥαψῳδοί. Στερίφαι. Σηκός. Σισύρα. Σμινύην.* quod ante nos detexerat Ruhnkenii sagacitas.

E Lexico quodam Rhetorico, quod in eodem Codice Sangermanensi, quo Moeris, continetur, ab eadem mala manu

huc relata sunt: *'Αμέλει* et *Γραμματοκύφωνα.* E Scholiasta Luciani admodum recenti vel ex alio quopiam Grammatico, cuius scrinia is expilavit, profecta sunt *Ἐφεστρὶς κ. τ. λ.* et quae in *Ὕσπληξ* fuerant addita.

In *Ἐπηλυγαζόμενος* et *Ποτνιώμενος* quaedam e Suida aut Photio adiecta sunt. Ex iisdem denique Lexicographis, aut Hesychio aliisve ineditis, profluxerunt: *Ἀγαπήνορος. Ἀφηνιαστής. Ἱερεῖον, πᾶν τὸ ϑ. Ἰδέ. Πότνα. Πότνια. Ποτνιᾶται. Ποτώμεναι. Πορφύρει. Πόσις. Πότερον. Πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Σφίσιν. Σφῷν. Σκυτάλη.*

Quae omnia cum antiquissimus Coislinianus ignoret, pro spuriis habenda esse nemo dubitet. Itaque quodam *νοϑείας* signo, asterisco, distinxi; quamvis, si mei fuisset res arbitrii, una litura delere maluissem.

Solus Coislinianus non sensit manum interpolatricem. In *Ζηλῶ* adscriptum in margine fuerat *καὶ παραζηλῶ*: ad *Φοιτητὴν, ἢ τὸν παραγινόμενον*, et ibidem *Φοιτᾷ, Ἀττικῶς. παραγίνεται, Ἑλληνικῶς.* Plura insititia in Coisliniano non putem reperiri. Nam Moerin e Thoma Magistro a recentioribus Grammaticis quibusdam in locis locupletatum esse, quod in mentem venit J. F. Fischero, qui nuper Moerin Lipsiae recoxit, plane a vero abhorret. Thomas quippe seculo quarto et decimo vixisse creditur; at Coislinianus Codex seculo X. iam exaratus, ut supra monuimus.

Quis vero primus hoc flagitium commiserit, ac Codici suo, e quo Regius, Vindobonensis aliique descripti sunt, has glossas inseruerit; et an liber ille reperiatur, cuius margini primum fuerint allitae, hactenus indagare non potuimus.

Scripsit Moeris secundum litterarum seriem, non tamen accuratam. Dictiones ab A, B etc. incipientes posuisse contentus sequentium litterarum nullam habuit rationem. Hudsonus, ut lectores quaerendi labore levaret, secundum accuratum litterarum ordinem voces disposuit. Quo factum est, ut nonnulla omnino coniungenda perperam divulserit ac Codices conferendi laborem reddiderit impeditum. Similem Blancardi in Harpocratione disponendo diligentiam iure reprehendit J. Gronovius. Nam ista ratio quamvis in vocibus reperiundis aliquid habeat commodi, plura tamen et maiora

affert incommoda, quae singula commemorare supersedeo. In veterum scriptis modeste nos versari decet: quaerendi autem labore lectores Indicis ope, qualem nos dedimus, facile levantur. Itaque verborum ordinem, qualem in Codice Coisliniano reperit Cl. Ruhnkenius, restituimus. Idem erat in Vossiano, e quo glossas istas insititias suis singulas locis addidimus.

Atque ita eo sponte devenio, ut, quam rationem in Moeride exornando secutus sim, declarem.

Revocata igitur Moeridi propria dictionum serie primo praecipuam operam in eo collocavi, ut Grammatici verba, quam fieri posset emendatissime, legerentur. Qua in re plerumque Codicum, inprimis Coisliniani, auctoritatem secutus sum, quorum auxilio pleraque perpurgari et pristinae sanitati restitui potuerunt; ita ut perpauca relicta credam, quibus aut coniecturali opera succurrendum sit, aut a melioribus libris medicina exspectanda. Paucas tamen Hudsoni, paucas aliorum coniecturas, unam alteramve meam, quae ceterorum Grammaticorum auctoritate, quae post MSStos proxima est, niteretur, reponere non dubitavi. Sed sunt ista perpauca. Hudsonus quidem depravatis admodum schedis usus multa passim temere mutaverat, multa inseruerat a Grammatici instituto maxime aliena. Verum ea omnia e contextu, quem vocant, ad ipsius notas reiecta sunt: adeo ut, si quis Hudsoni editionem cum hac nostra comparare instituat, alium se legere auctorem, prope sit crediturus. Sed cum levi, quod aiunt, brachio Hudsonus rem egerit, nihil asperius in eum dictum velim; ne eo reprehendendo inanem gloriolam captare videar.

Moeridis verbis recte atque ordine constitutis lectionum varietates e Codicibus annotatas summa cum cura in notis exhibui; ut si quid forte (quod aliter fieri vix potest) oculos meos effugerit, ab aliis detegi queat. Manifesta etiam librariorum vitia indicare operae pretium duxi. Qua in re si qui forte nimis minutam fuisse diligentiam nostram existiment, sciant illi, minime eam utilitate carere. Hac enim via saepissime in aliis libris, in quibus MSStorum auxilio destitui-

mur, librariorum errores investigantur ac deprehenduntur. Quod ne quis temere a me dictum putet, uno in praesenti defungar exemplo. Litteras ι et ϱ in libris scriptis valde similes esse et ab amanuensibus creberrime confundi, vulgo non adeo notum est. Ita in Collatione Gronoviana apud Moeridem in Ὀξυθύμια pro ἀγχονιμαίοις scriptum est ἀγχονιμάροις. Similiter in Aristophanis quodam fragmento pro διέφθορας τὸν ὅρκον ἡμῶν reponi debere τὸν οἶκον, in notis ad Moerin monui. Ex hoc fonte solus Hesychius infinitis fere locis castigandus est. Ὀΐεσι, προβάτοις pro Ὄρεσι scribi debuisse pariter in notis observavimus. Sed sunt multo plura ad manum. Κίενεν, ἐπετέλεσεν. perperam pro Κρῆνεν. Μερῶν, ἐλάσσων pro Μείων, ut superius recte exaratum est. Frustra Guietus a μέρος derivare conatur. Pari errore idem Hesychius Παρημοσύνη, θεραπεία dedit pro Παιηοσύνη (a Παιήων, ut a πήμων, πημοσύνη), quod alio loco interpretatur per ἰατρεία. Paulo ante Παρήϊξαν, ἐκώλυον depravatum est ex Παρεῖρξαν. Verum monstri instar est, quod in littera *P* legitur: Ῥερπιδάω, τὸ πῦρ ἐκκαίουσι. Scripserat Hesychius: Ῥερπίδα, ᾧ τὸ πῦρ ἐκκαίουσι. Ῥερπίδα autem prave pro ῥειπίδα, i. e. ῥιπίδα. Infra in Ῥίπιϱ. Ἀττικοὶ δὲ ῥιπίδα, ᾧ τὸ πῦρ καίουσι. Leg. ἐκκαίουσι. Larga eius generis emendationum seges in Hesychio, Suida aliisque scriptoribus superest, quam commodiori occasioni reservare malim. Plura alia quoque in promtu sunt, in quibus permiscendis aut depravandis, veluti de compacto, conspirarint librarii; et quae vel harum in Moeride variantium lectionum ope integritati restitui possent. Verum ea non sunt huius loci. E dictis satis liquere opinor, hanc in excerpendis lectionum varietatibus et librariorum peccatis demonstrandis curam non esse plane contemnendam. Ac praeiverunt nobis hac in parte homines, qui hoc seculo floruerunt aut etiamnum vigent, eruditissimi. Aliorum, qui has tantum esurientium Criticorum dapes esse atque delicias clamitant, et longe pulcherrimum, quod ipsis natura invidit, recte iudicandi donum stolide despiciunt, voculas dudum contemnere didici. Hos tamen, ut ne prius in Criticorum lucubrationes, vel meas adeo in Moeridem animadversiones oculos coniiciant, quam cum Musis et bona mente in gratiam redierint, rogatos

velim. Verum pauci tam irato genio nati sunt, aut omnem humanitatis sensum adeo exuerunt. Sed me reprimo.

Plurimos homines doctos e scriptis Moeridis Codicibus multa protulisse, saepe cum insigni quadam varietate, supra monui. Itaque utile visum est, suis locis, quas singuli glossas vel laudaverint vel respexerint, indicare. Non dubito tamen, quin hac in parte nonnulla diligentiam meam effugerint aut veluti in angulis, ubi minime quaerenda esse suspicabar, etiamnum lateant. Pleraque certe a me investigata existimem. Si quid neglexerim, praesertim unde nova lux Grammatico affulgere possit, quicunque indicaverit, me sibi beneficio obstringet.

Ut autem rectius de vera scriptura iudicaretur, illud mihi praecipue agendum esse existimavi, ut veterum Atticorum loca, ad quae Moeridis glossae referendae sint, aut quae saltem respicere potuerit, indagarem; similibus et aliorum exemplis, et Grammaticorum observatis illustrarem; atque ita non Moeridem tantum, sed et quosvis scriptores Graecos, maxime Atticos, nova luce perfunderem.

Hinc natae sunt Animadversiones meae, in quibus nihil fere, nisi quod nimis tritum videretur, silentio praeterii; pleraque, quamquam non pauca a doctis Thomae M. Interpretibus occupata erant, novorum exemplorum vi illuminare, et plurima prisci aevi monumenta vel a pravis aliorum explicationibus et correctionibus vindicare, vel etiam non infeliciter fortasse (praefiscine dixerim) emendare studui. Ipsa veterum loca paullo copiosius adscripsi: quod eam rationem ad adolescentes Graecae linguae studiosos, qui exemplarium Graecorum copia plerumque destituuntur, harum litterarum amore inflammandos utilissimam iudicarem. Recordabar enim, me adolescentulum legendis Valckenaerii aliorumque animadversionibus singulari veterum testimoniorum, quae ibi paullo plenius essent allata, suavitate captum iam tum incredibili ipsos illos scriptores evolvendi desiderio flagrasse. Graeca tamen Latine non verti, praeterquam difficiliora: ita enim libri moles, vel sic iusto maior, nimis excrevisset. Habent tirones, in quo industriam suam exerceant.

Eruditis autem ut alia etiam dote liber placeret, occasione invitante latius evagari, linguae Graecae divitias quodam modo augere et male affectis veterum Graecorum scriptis medicinam adhibere, atque hoc condimento taedium Grammaticum minuere visum est. Feci hic, quod saepe peregrinatores faciunt, qui locorum amoenitate illecti pedem proferunt et ab itinere primum sibi proposito paullum deflectentes in vicinas aliquando regiones excurrunt. Verum, ut eo tandem deveniam, quod supra consulto praetermisi, multum a recepto hodie in Grammaticos Atticistas commentandi more discessi et plane diversum a plerisque hominibus eruditis tenui institutum. Nimirum hi prolatis e scriptoribus non solum Atticis, sed et aliis, ut inferius demonstrabitur, vocabulorum, quae Grammatici *Ἑλληνικὰ* sive *κοινὰ* appellant, exemplis Grammaticos turpissimorum errorum et summae inscitiae cum pari negligentia coniunctae convincere conantur: nec hoc tantum: sed et omni ipsos contumelia vexant; quos nihil hoc in litterarum genere vidisse, Hypsea caeciores, quin bardos, pecudes, stipites fuisse clamant. Quam adeo insignem iniuriam ut pro viribus repellerem, Grammaticorum, inprimis Atticistarum, atque adeo Moeridis mei caussam paene abiectam ac desperatam passim in notis suscepi; hoc autem loco de recto Grammaticorum Atticistarum usu paullo plenius disputare constitui. Quod ipsis viris doctis et peritis harum rerum iudicibus non ingratum fore; tironibus autem litterarum Graecarum amantibus utile et ad viam, qua ad Grammaticos accedere debeant, muniendam necessarium esse censeo. Quodsi enim adeo stolidi et insulsi fuerint isti Grammatici; si tot tam ridiculos commiserint errores; si nil, nisi meras nugas, affanias ineptiasque conscribillarint; si malo denique animo et foeda allatrandi libidine optimum quemque Graecorum et, quod maximum scelus est, sacros etiam scriptores invaserint, et pestilens virus suum in eos effuderint (haec enim et similia cum alibi tum in quorundam notis ad Thomam reperias): profecto haud sunt digni, qui e tenebris in lucem proferantur et legantur; multo minus, qui eruditorum commentariis illustrentur aut refellantur. Equidem, quamquam Grammaticos homines fuisse scio et communi errandi sorti

obnoxios: nec enim adeo ineptus eorum sum admirator: tamen nullo modo eos meruisse tanta acerbitate increpari, tam indignis modis haberi, tot conviciis lacerari contendo. Imo certum habeo, ad veterum Graecorum, Atticorum inprimis, intellectum sine Grammaticorum ope atque auxilio vix ac ne vix quidem posse perveniri. Verum ordine agendum est, breviter tamen, ne in ipso limine nimis diu haereamus.

Dialectos linguae Graecae praecipuas tres fuisse, Atticam, Ionicam, Doricam (Aeolica enim, quae ab aliis additur, ad Doricam veluti stirpem et matrem suam referenda est), omnibus, qui vel primis labiis has litteras degustarunt, notissimum est. Quae a Stephano, Mattairio aliisque hanc in rem prolata sunt, repetere haud libet.

Ceterae fere Dialecti intra regionum suarum terminos constiterunt; et si ad Atticorum multitudinem compares, qui Dialecto Dorica', Ionica, Aeolica ingenii monumenta conscripta reliquerint, paucissimos fuisse reperias.

Solae omnium doctrinarum atque artium inventrices Athenae linguae suae fines veluti latius propagarunt et foecundo omnis generis scriptorum proventu, et temporis diuturnitate maxime floruerunt. Verum, quemadmodum aliarum omnium linguarum, ita etiam Atticae, imo universae linguae Graecae quaedam aetates fuerunt. Multa apud veteres Graecos Atticosque in honore fuerunt vocabula, quae postea ex usu cecidere ac deinceps apud recentiores renata sunt.

Dialectus Attica a veteribus Grammaticis distinguitur in veterem et novam. Vetere usi sunt Thucydides, Tragici et nonnulli priscae Comoediae poëtae. His successerunt mediae Comoediae poëtae, quibus propria vocabula multis in locis recenset Pollux. Vid. lib. I. 232. 233. lib. II. 197. lib. VII. 17. 69. 71. 162. etc. Hi aliquando *μέσοι* dicti sunt. Vid. not. ad Moeridem v. *Χόλικας*. Nova Dialecto Attica scripsere Plato, Xenophon, Oratores, Menander aliique Comici, quique Atticos imitando expresserunt recentiores Sophistae. Sed de duplici Dialecto Attica aliquando, si benignissimum Numen vitam et maius otium dederit, pluribus agere constitui. Haec verbo praemittenda erant, in sequentibus usui futura.

Reliquis Dialectis vulgo addi solet ἡ κοινὴ διάλεκτος (v. Schol. Aristoph. Plut. v. 40.), quae alias Ἑλληνικὴ appellatur. Saepissime etiam apud Grammaticos τοὺς κοινοὺς et κοινῶς reperias: de quibus quid statuendum sit, paucis aperiam. Per vocabula κοινὰ intelligenda sunt vocabula, quae omnibus Graecis essent communia. Ita e. g. ἄθλιος Atticum est, ἀτυχὴς eodem sensu Atticis et ceteris Graecis κοινὸν, commune. Ἐξίλλειν Atticum, ἐξείργειν et ἐκβάλλειν κοινὰ, Atticis cum vulgo Graecorum communia. Conf. ad Moerin p. 388. 389. Quaedam vocabula κοινῶς, communiter, eadem significatione usurpabantur a Graecis et Atticis; v. c. διαλέγεσθαι communiter, κοινῶς significat *colloqui*; verum praeterea significatum Atticis proprium habet in *re Venerea.* Sic χαρίζεσθαι Etymologo p. 807. l. 20. κοινῶς μὲν, ὡς οἱ πολλοί. ἰδίως δὲ καὶ ὡς (f. Ἀττικῶς) ὑπὸ ἀφροδισίων. ἢ ὑπὸ τοῦ ἐν λόγῳ ὑποκατακλίνεσθαι. Nihil disertius Athenaei verbis lib. II. p. 52. κάρυα. οἱ Ἀττικοὶ καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσι. Multa similia afferre facile foret. Haec qui secum reputaverit, non mirabitur, multa apud scriptores Atticos reperiri vocabula, quae Grammatici κοινὰ sive Ἑλληνικὰ appellant. Dialecti Graecae longe plurimas habuere voces κοινὰς, omnibus communes, paucas, si ad harum κοινῶν multitudinem compares, sibi singulis tantum proprias, vel forma, vel significatione a communi usu recedentes. Per τοὺς κοινοὺς itaque intelligo, qui Atticarum elegantiarum minus studiosi vocabulis formisque vocabulorum communiter receptis communi significatione utebantur. Ita τοῖς Ἀττικοῖς opponuntur apud Suidam in Ἀθάρη. κλίνεται δὲ παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τοῦ $\overline{\eta}$ ἀθάρης· οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ $\overline{\alpha}$ ἀθάρας, et alibi saepe. Similiter οἱ Ἕλληνες scriptores sunt, qui Ἑλληνικῶς, Graece, scripsere, nullis aut paucis vocabulis formisve vocabulorum, certae cuidam Dialecto propriis, usurpatis. Multum enim falluntur, qui per τοὺς Ἕλληνας scriptores rudes ac paene barbaros, per vocabula autem Ἑλληνικὰ barbara et non nisi infimae Graecorum plebi usitata intelligenda existimant. Solet enim ὁ Ἑλληνισμὸς a vetustis Grammaticis Barbarismo opponi. V. Auctor

de Barbar. et Soloecismo a Cl. Valcken. post Ammonium editus p. 194. Conf. Fabric. B. G. lib. IV. cap. 34.

Cum autem a ceteris Graecis pleraque Atticorum vocabula aut non intelligerentur, aut certe iis obscura essent, Grammatici iam ante Ch. N. et mox seculo I. et II. post Ch. N. ea per *κοινὰ, Ἑλληνικὰ,* vulgo Graecorum tum temporis cognita interpretanda putarunt. Antiquissimi Glossographi Philetae, qui Homeri vocabula explicuerit, mentio fit in elegantissimo Stratonis Comici fragmento, e quo multa disci possunt, apud Athenaeum lib. IX. p. 382. 383. Verum de iis tantum, qui Atticorum scripta glossariis explicuerunt aut alia quacunque ratione Atticam Dialectum illustrarunt, verbo dicendum est. Itaque alii res et ritus Atticorum enarrarunt. Quo in genere quam excellens fuerit Pausaniae Lexicon, ex multis apud Eustathium fragmentis apparet. Alii vocabula Attica, formas Atticas et quicquid minus peritis scrupulum iniicere posset, interpretati sunt. Qui Lexica Attica scripserint, multos recenset Maussacus Diss. I. supra cit. et Fabricius B. G. Vol. IV. p. 516. et seqq. Alii Tragicorum tantum vocabula collegerunt, alii Comicorum, alii Platonis, alii Rhetorum. Harpocrationis in X. Oratores Lexicon, quo et vocabula et mores Atticos doctissime explicuit, et Timaei *Λέξεις Πλατωνικαὶ,* nuper a Politissimo Ruhnkenio editae, omnibus satis superque notae. Pleraque alia aut temporis iniuria perierunt, aut etiamnum in Bibliothecarum claustris cum blattis et tineis luctantur. Bonum tamen factum! quod multa inde Hesychius, Photius, Suidas, Etymologus in horrea sua retulerint, ad veterum scripta recte intelligenda unice utilia. Haec eruditis satis cognita in minus peritorum gratiam, quam fieri potuit brevissime, repetenda duxi. Utinam alicunde e Bibliothecarum latebris Aelii Dionysii *Ὀνόματα Ἀττικὰ* aliaque eiusdem Grammatici eruditissimi opera in lucem proferrentur! Verum hoc potius optandum quam sperandum est. Interea nos nostro Catone simus contenti: et Moeridis nostri institutum paullo accuratius inspiciamus, deinceps de Polluce, Ammonio, Phrynicho, Luciano, Thoma M. aliisque Atticistis, qui ex illa bonorum librorum clade salvi evaserint, pauca dicturi.

Moeris itaque voces Atticas et formas verborum Atticas in Platonis, Thucydidis, Xenophontis aliorumque veterum scriptis, praecipue tamen apud Aristophanem obvias, per communes interpretatus est: res vero et ritus sive antiquitates Atticorum rarissime attigit, praeterquam in *Γεννηταὶ*, ubi diserte addit: *καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὰ ὄνομα* Atticum esse.

Singulis autem paene vocabulis addidit *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς*, sive *κοινῶς*, ut e. g. *ἄνθην*, *Ἀττικῶς. ἄνθησιν*, *Ἑλληνικῶς*. quae alii Grammatici simpliciter sic posuerunt: *ἄνθην*, *ἄνθησιν*. Nonnunquam tamen ab hoc more recessit et ceterorum Grammaticorum exemplo vocabula Attica simpliciter per *κοινὰ* explicuit: ut *Κατιτήριον, τὸν τοῦ νεκροῦ ὄβολον. Μητρυιὸν, τὸν πατρυιόν*. v. *Ἐπίκληρος. Εἰκοστολόγον*. cet. vel addito *Ἀττικῶς*, ut *Συρμαίαν, Ἀττικῶς, τὰ λεπτὰ λάχανα*. vel in fine, ut *Φθόην, τὴν φθίσιν, Ἀττικῶς. Φοιτητὴν, τὸν μαθητὴν, Ἀττικῶς*. etc. in quibus observari meretur usus articuli ὁ, ἡ, τὸ, quem Grammatici non glossis, sed earum interpretamentis solent addere; ad quod homines eruditi saepe non attenderunt. Exemplo sit Suidae interpres in *Ἁμαξουργοί*, qui *ἁμαξουργοὺς λέγουσι τοὺς ἀγριοπήγους* ita vertit: *Ἁμαξοὺργους Attici vocabant ἀγριοπήγους*. Perperam. Qui enim vulgo *ἀγριοπῆγοι* dicebantur, hos Attici et Aristophanes Equit. v. 462. *ἁμαξούργους* appellarunt. Hanc ob causam in Polluce lib. VI. 55. pro *τὰ μέντοι θνησείδια κρέα καὶ κενέβρια ἐκάλουν*. delendum *καὶ* cum MSS., *carnes morticinas dicebant κενέβρια*. Sic in Hesychio pro *Κορυπτόληπτον, κερατιστήν*, reposuimus *Κορυπτόλην, τὸν κερατιστήν*. Plura non addam, postquam Athenaei locum protulero e lib. XI. p. 494. F. *Ὄνυξ. Πάμφιλος ἐν Ἀττικαῖς Λέξεσι τὸ ξύλινον ποτήριον ἀποδίδωσι*. Aliquoties etiam Moeris adhibuit usitatam Grammaticis loquendi formulam *ἀντὶ τοῦ*, v. c. *Ἐξαληλιμμένον, ἀντὶ τοῦ κεχρισμένον, ὡς Θουκυδίδης*. Conf. *Ζώσαντες. Ἰλιγγιᾶν. Κῆχος. Κόψυχος. Πλέω. Συγγενήσεσιν. Ὡσαύτως. Χολὴν, ἀντὶ τοῦ μανίαν, Ἀττικῶς*.

Ex his iam satis constat, Moerin pleraque illa vocabula, quae *Ἑλληνικὰ* appellantur, non improbasse, nec negasse, illa unquam ab Atiicis fuisse usurpata. Qua in opinione cum multi homines docti versentur, exemplis harum vocum e

scriptoribus Atticis afferendis nihil aliud efficiunt, quam quod nec ipse Moeris, nec ceteri Grammatici Atticistae negaverint, Atticos etiam vocibus *κοιναῖς, Ἑλληνικαῖς,* communibus fuisse usos. Ipsae autem glossae Atticae et Grammaticorum observationes, quae veterum scriptorum locis illustrandis admoveri debuissent, ab iisdem viris eruditis paene sunt neglectae.

Sed Moeridis, Aelii Dionysii ceterorumque Grammaticorum, qui idem institutum tenuerint, observationes in quasdam veluti classes distribuendae sunt.

Ac primo quidem voces rariores, sive glossematicas ab hoc vel illo veterum Atticorum usurpatas, quae sua aetate iam in desuetudinem abiissent, per *Ἑλληνικὰς* suo tempore receptas explicuerunt. E multis pauculas afferam: *Ἀδάξασθαι, ἀδαγμός. Ἀναῤῥιχᾶσθαι. Βρενθύεσθαι. Ἐρεσχηλεῖν. Ἐπίσιον. Κάχρυς. Σεισάχθεια. Σκορδινᾶσθαι. Σκιμαλίσαι. Ὡρακιᾶν. Κάχρυς*, inquit Moeris, *Ἀττικῶς. κριθαὶ πεφρυγμέναι, Ἑλληνικῶς.* Similiter alii Grammatici interpretantur. Legitur quidem apud Thucydid. lib. VI. cap. 22. p. 393. *κριθαὶ πεφρυγμέναι*, et potuit gravissimus scriptor vocibus communibus uti. Longe tamen probabilius, illas e Scholiastae cuiusdam nota in textum irrepsisse et Atticum *κάχρυς* reponi debere. Incredibili enim licentia librarii in veterum scriptis hac in parte grassati ubique fere glossas substitutis earum interpretamentis obliterarunt. Grammaticorum igitur ope voces istae glossematicae infinitis locis et possunt revocari et debent. Verum illud nunc non ago. Nec negaverim, pleraque illa verba vel nomina, quibus Grammatici ad rariora et glossematica interpretanda utuntur, apud scriptores Atticos reperiri. Sed qui haec anxie conquirunt ad Grammaticos refellendos, istos opera sua mirifice abuti contendo. Sunt enim haec Atticis cum ceteris Graecis communia; illa, quae supra posui, solis Atticis, aut si qui eorum elegantias exprimere studuerint, propria.

Rariores voces et quae inter *ἅπαξ* aut certe *σπανίως εἰρημένας* referantur, ceterorum Grammaticorum more Moeris veterum auctoritate munivit. Sic e. g. *Ἀνακὲς ὀξυτόνως, Ἀττικῶς. καὶ Εὔπολις Αἰξίν. ἀθεράπευτον, Ἑλληνικῶς.* Huius generis multae observationes e veteribus Atticistis in Suidae farragine dispersae reperiuntur, quas si quis cum cura in unum

fasciculum cogeret, is non inutilem harum litterarum studiosis operam praestaret. Deinde Moeris vocabulorum, quibus vulgus Graecorum etiam utebatur, significatus Atticis proprios et singulares annotavit. Eadem enim vocabula saepissime apud alios aliam habent significationem. V. Eustath. ad Od. *Ξ*. p. 545. f. Hesychius in *Τί δαί*. Sic *Ἀστράβη* Atticis denotat *mulum clitellarium*, ceteris Graecis *sellam*, *clitellas iumentis impositas*. Sed adscribam nonnulla Moeridis loca, e quibus de ceteris iudicium fiat: *Ἀπάτη, ἡ πλάνη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ἀπάτη δὲ ἡ τέρψις παρ᾽ Ἕλλησι. Ἄρτι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου. οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν λέγουσι. Ἅλμην, τὸν τῶν ἰχθύων ζωμὸν, Ἀττικοί. οἱ δὲ Ἕλληνες ἅλμην τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ.* Conf. *Ἀκμήν. Ἀφηλικεστέραν. Δυσωπεῖσθαι. Δείλης πρωΐας. Εὔηθες. Εὐλαβεῖσθαι. Ἐμπολή. Θεωροί. Ἰσχίον. Λάσιος. Μάμμην. Παρασίτους. Τεῦχος.* quibus in locis diserte significationem Atticis propriam ab illa, qua ceteri Graeci sua aetate utebantur, distinxit. Aliis in locis tantum significationem, quam Attici voci tribuebant, apposuit, ut in *ἀστράβη*, quo statim utebar, *Ἀστράβη, Ἀττικῶς. νωτοφόρος ἡμίονος, Ἑλληνικῶς.* Sic *Δεδιττόμενος, Ἀττικῶς. ἐκφοβῶν, Ἑλληνικῶς.* Atticis enim *δεδίττεσθαι* significat *terrere*, ceteris Graecis *timere*. Conf. *Κέραια πλοίου, Λαμπτήρ,* alia. Similiter fere vocabula, quae ab Atticis latiori significatu quam apud vulgum Graecorum usurpabantur, annotavit: *Παιδίσκην, καὶ τὴν ἐλευθέραν, καὶ τὴν δούλην, Ἀττικῶς. τὴν δούλην, μόνον, Ἑλληνικῶς. Παιδάριον καὶ τὸ θυγάτριον, Ἀττικῶς. παιδάριον, μόνως τὸ ἄῤῥεν, Ἑλληνικῶς.* Conf. *Διαλέγεσθαι. Λαύρας. Παρουσίαν.*

Aliorum nonnullorum, quae a Graecis *ἐν τῇ συνηθείᾳ* confusa a veteribus Atticis distinguebantur, discrimen tradidit, ut *Ζώνιον, τὸ γυναικεῖον, Ἀττικῶς. ζώνη, ἡ τοῦ ἀνδρός.* Conf. *Κάλλαια, Κλισιάδες, Λῆμμα, Τειχίον, Χάραξ,* quae Ammonius pari ratione distinxit.

Aliae porro Moeridis observationes ad verborum formas, in quibus Attici a ceteris Graecis discedebant, pertinent. Attici multa vocabula accentu mutato proferebant. V. in *Γελοῖον. Μάντεων.* cet. Attici multa a vocali incipientia adspirabant, quod magno consensu tradunt Grammatici. Vid. No-

strum in Ἄθυρμα. Ἥνυσα. Nollem haec tanquam magistrorum nugas et mera deliramenta a quibusdam explodi: praesertim cum littera H locum habuerit in veteri Alphabeto Attico. In lingua vernacula, quis ignorat, Zelandos multa cum spiritu aspero proferre, quae ceteri Belgae leniter pronunciant? Verum regnat in his librariorum licentia, qui accentus et spiritus pro lubitu vel neglexerunt vel mutarunt. Iidem homines inepti plerasque formas vocum Atticas e libris nostris deletum ivere; e. g. *Βρύκειν*, *Κρεμάθρα, Λίτρον, Λευκόχρως, Πλεύμων, Πέπραγα, Ῥέγκειν, Σχινδαλαμὸς, Ὕαλος, Ψίαθος, Ψακὰς, Ψυχῆναι* Attica sunt. *Βρύχειν, Κρεμάστρα, Νίτρον, Λευκόχρους, Πνεύμων, Πέπραχα, Ῥέγχειν, Σκινδαλαμὸς, Ὕελος, Ψίεθος, Ψεκὰς, Ψυγῆναι* vulgo Graecorum recepta. Quis non videt, istos haec pro captu suo passim commutasse? Praestat igitur in his vetustis Grammaticis, quam imperitorum librariorum nationi, fidem habere. Saepe etiam e melioribus libris formae Atticae proferuntur; nec raro ipsorum primorum editorum diligentiam hic desideres. Nonnulla etiam Grammaticorum observata poëtarum Atticorum, in quibus leges metricae librariorum licentiam coërcuerunt, auctoritate comprobantur; v. *Ἀνυπόδητος, Ἀνάθημα, Κωμῳδοποιὸς, Μόλυβδος, Σάκος*. Si tu *Κωμῳδιοποιὸς, Μόλυβος* aut *Σάκκος* in Aristophane reposueris, metri leges turpiter violabuntur. In quibusdam Graeci recentiores ab orthographia Attica perperam deflexerunt, pro *ἐνώτια*, *ἐνώδια* dicentes, *ἐπιστίξαι* pro *ἐπισίξαι, ὀρθοπύγιον* pro *ὀῤῥοπύγιον, στρέμφυλα* pro *στέμφυλα, πεντάκλινον* pro *πεντέκλινον, ἐπικορίζεσθαι* pro *ὑποκορίζεσθαι* et similia, qualia multa iure reprehendit Phrynichus. Depravata ista scribendi ratio uti Graecis recentioribus relinquenda, sic in Atticis nullo modo toleranda.

Aliae Grammaticorum observationes ad poëtas tantum Atticos spectant. Vid. Moerin in *Ἀμφορέα, Ἱερέα* cet.

Aliae denique ad casus nominum et flexus verborum referuntur. *Ἀπόλλω, Ποσειδῶ,* pro *Ἀπόλλωνα, Ποσειδῶνα, γνοῖμεν* pro *γνοίημεν, ποιοίην* pro *ποιοῖμι*, aliaque huius modi Attica esse nemo negaverit. Verum illud quaeritur, an Attici formis vulgaribus sint unquam usi? Poëtas Atticos *ποιη-*

τικῇ ἀδείᾳ illas usurpasse certissimum est. V. Schol. Sophoclis ad Ai. v. 540. Ceteri scriptores Attici quoque ab his formis communibus plane abstinuisse non videntur. V. not. ad Herodian. p. 439. Verum eadem de librariorum socordia, dicam, an temeritate querela hoc etiam loco repetenda est. Hic sibi tantum indulserunt homines rudes et inficeti, ut, quid auctor scriptum reliquerit, plane ignores. Itaque frustra Viri eruditi haec et similia Grammaticis opponunt. Sed, quod minus ferendum est, e quibusvis etiam poëtis, ex tragicorum Atticorum choris plerisque Dorica Dialecto scriptis, e vulgaribus scriptoribus, Dionysio Halic., Josepho, Philone Judaeo, Plutarcho, Diogene Laërtio, qui assidua veterum lectione multa quidem vocabula Attica ceteris admiscuerunt, sed qui minime pro Atticismi regula habendi sunt, et aliis, Patribus etiam Ecclesiasticis, exempla proferendo Grammaticis grandem erroris dicam impingunt. Saepe etiam Atticos veteres a recentioribus non distinguunt. *Ἄῤῥην, θάῤῥος, μυῤῥίνη* pro *ἄρσην, θάρσος, μυρσίνη* Attica, posterioris nempe Atticismi sunt. *Ἄρσην, θάρσος, μυρσίνη* veteri Dialecto Atticae et vulgo Graecorum communia. Apud Tragicos et Thucydidem non per *ρρ*, sed per *ρσ* scripta leguntur, praeterquam paucis locis, ubi librarii recentioris Atticismi formam veteri substituere. Qui itaque e Tragicorum locis, in quibus haec per *ρσ* scribuntur, Grammaticos inscitiae convincere conantur, videant, ne ipsi maioris imperitiae convincantur.

Veteres Attici multa verba primitiva frequentarunt (quo enim quis antiquior, eo plura simplicia et primas linguae origines referentia vocabula usurpavit), ut *δεῖν, ἀλεῖν, θέρεσθαι, κνεῖν, νεῖν* cet. Derivata *δεσμεύειν, ἀλήθειν, θερμαίνεσθαι, κνήθειν, νήθειν* apud Atticos recentiores non raro occurrunt, a ceteris etiam Graecis recepta. His qui uti velit ad Mastros refellendos, multum errabit. Sed plura singulatim proferre necesse non videtur.

Illud tamen praetermittendum non est, quaedam vocabula, quae apud recentiores Graecos *ἐν τῇ συνηθείᾳ* in honore essent, sed apud veterum neminem reperirentur, annotasse Moeridem. *Ἀποκήρυκτον, Ἀττικῶς. ἀπόῤῥητον, Ἑλληνικῶς. παρ' οὐδενὶ τῶν παλαιῶν. Ἀμοιβὴν οὐδεὶς τῶν Ἀττι-*

κῶν ῥητόρων. χάριν γὰρ λέγουσι τὴν ἀμοιβήν. ἀμύναν δὲ οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν λέγει. Εὐκαιρεῖν, οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν. Ἕλληνες δέ. Conf. Εὐκταῖον, Εὔμορφον, Λυσιτέλειαν, Πάντοτε, Τελευταῖον, Φθορέα. Eadem ratione Aelius Dionysius, Pollux, Phrynichus aliique loquuntur, plerumque verissime: quin tamen hac in parte nonnunquam humani aliquid passi sint, non repugnem. Sed haec ceteris eorum meritis condonanda. Ea, quae Moeris a se reperta negat, non facile apud veterum quempiam inventum iri affirmo.

Ex iis, quae disputavi, satis, ni fallor, de Moeridis instituto iudicari potest; et simul apparet, ad verum Dialecti Atticae et scriptorum Atticorum intellectum multa hinc posse hauriri; adeoque merito hunc libellum a Cel. Valckenaerio ad Eurip. Phoen. p. 480. appellari utilissimum.

De ceteris verbo absolvam. Pollucis Atticistarum, qui supersunt, facile principis institutum a reliquis paullo fuit diversum. Linguae nempe Atticae, sua aetate prope intermortuae, vocabula per quasdam classes sive locos communes digesta exhibens veluti in horreum, e quo Atticarum elegantiarum, imo et quarumvis artium ac disciplinarum studiosi suos in usus repetant, congessit; in rarioribus veterum testimonia adscripsit; non pauca etiam ἰδιωτικά, ἐπαχθῆ, μοχθηρά, εὐτελῆ, σκληρά, βάρβαρα, ποιητικώτερα reiecit, propterea quidem a Camerario reprehensus, sed cuius censuram praeclare refellit Magnus Hemsterhusius Praef. p. 41.

Ammonii causam contra acerbam et iniustam H. Stephani criminationem cum egregie tuitus sit Cel. Valckenaerius Praef. p. 22. et seqq. nobis hac in parte otium fecit.

Phrynichum, quem passim eruditi paene omnes vitio creatum censorem appellant et indignissimis modis lacerant, ab invidia, qua immerito premitur, liberare annitar. Diversam hic a Moeride aliisque rationem tenuit; non enim voces Atticas explicuit, sed in Corneliani Atticae puritatis studiosissimi gratiam voces minus probatas, sua aetate increbrescentes, ἐπιπολαζούσας, praeter aut contra antiquorum morem usurpatas, collegit. Ac primo quidem recentiores Graecos reprehendit, qui ὁ ῥῶξ dicebant pro ἡ ῥάξ (v. p. 26.). γλωσ-

σοκόμον pro *γλωττοκομεῖον* (v. p. 36.). *γρυλλίζειν* pro *γρυλίζειν*. *ἀταγὴν* pro *ἀτταγᾶς*. *σκάτος* pro *σκῶρ*. *φλοῦς* pro *φλέος*, cetera. Justissima profecto censura! In his enim ab analogia et usu veterum deflexere. Merito quoque illos castigavit vocabula alio, quam veteres, significatu usurpantes; e. g. *Ἐπίδοξον* vulgus Graecorum, *οἱ ἀμαθεῖς*, eodem sensu dicebant, quo *ἔνδοξον, ἐπίσημον*, *insignem*. Veteribus *ἐπίδοξος* erat *ὁ προσδοκώμενος*, *qui exspectatur*. Hinc de ceteris poterit iudicari. Verum non tam quosvis scriptores Graecos reprehendisse censendus est, quam Sophistas quosdam, Lollianum, Alexandrum, Antiochum, Phavorinum, Polemonem, alios, qui, cum veterum Atticorum elegantias et veneres exprimere se putarent, multa nova, sordida et ab usu veterum remota orationi suae admiscebant: qualia bene multa etiam in illis Sophistis, quorum opera ad nos pervenere, reperias. Quis enim adeo felix veterum imitator, cui non aliquid quotidianarum sordium adhaereat? Nonnullas quidem voces a novae Comoediae poëtis usurpatas improbat Phrynichus, in unum Menandrum paullo iniquior. Sed hic a peregrinis et Macedonicis non abstinuit et multa praeter veterum Atticorum, Platonis, Thucydidis, Aristophanis, Demosthenis etc., quos unicam Atticismi regulam censebat Phrynichus, morem frequentavit. Plerasque Phrynichi observationes verissimas, censuras iustissimas esse, demonstrari facile posset. Sed haec via nos nimis longe duceret; praesertim cum spes sit, Elegantissimum Ruhnkenium in nova Phrynichi, quam cum aliis Grammaticis parat, editione illud cumulate praestiturum. Nec tamen ideo negaverim, Phrynichum, paullo petulantiorem in veteribus reprehendendis interdum modum excessisse; quaedam elegantissima verba, et quae veterum auctoritate se facile tueantur, temere tum ab ipso, tum ab aliis etiam Grammaticis Atticae finibus esse proscripta. Adversus Phrynichum iam olim *κατὰ στοιχεῖον* scripsit Orus Alexandrinus. V. Suid. in *Ὦρος*. Ad eundem ceterosque nimis anxios Atticismi cultores confutandos maximam partem comparatus est libellus Grammatici pereruditi, e quo specimina protulit Montefalconius B. C. p. 481. quem pariter Cl. Ruhnkenio aliquando debebit orbis litteratus.

Herodianus in opusculis, quae Moeridi adiecimus, eamdem fere cum Phrynicho rationem tenet. Lucianus autem in Soloecista quidem Sophistam σολοίκως loquentem risui exponit; in Lexiphane autem non tam ipsas voces antiquas improbat, quam perversum ineptumque quorundam Sophistarum morem, qui voces obsoletas et glossematicas undique eruentes a suae aetatis hominibus vix intelligerentur: haud dissimiles iis, qui post renatas litteras ex Pacuvii et Plauti obsoletis verbis orationem conflarent, iis etiam, qui Latine scirent, Sphingis aenigmate obscuriorem. Conf. idem Lucianus Rhet. Praecept. Tom. III. p. 17. et 21. et Demonact. T. II. p. 385. Eosdem Sophistas ridet Ammianus Anthol. lib. II. cap. 42. ep. 5.

Venio nunc tandem ad Thomam Magistrum, qui pulchriori quidem veste nuper donatus et eruditissimis Hemsterhusii, Oudendorpii, Sallierii notis ornatus prodiit, sed sub conviciorum, quorum plaustra Trillerus in eum convexit, pondere gemit. Miseret me Thomae, sed paene magis miseret Trilleri, qui ob levissimas causas ita saepe in Thomam debacchatur, velut homo capital admisisset. De Thoma equidem non adeo magnifice sentio. Plerumque enim magistellus iste recentior veterum Grammaticorum, Phrynichi, Ammonii, Herodiani, Moeridis scrinia expilavit, adeo ut, si singula suis auctoribus restituantur, verendum sit, ne moveat cornicula risum furtivis nudata coloribus. Ubi autem veteres illos duces relinquit et viribus nititur suis, haud raro in turpissimos errores incidit; quod uno exemplo demonstrare iuvat. *Διαπρέπω τούτοις*, inquit, *ἀντὶ τοῦ κάλλιστα καὶ πρεπόντως διάγω. ὡς τὸ, διέπρεψε τῇ ἀρχῇ. καὶ διαπρέπω τὸν δεῖνα, ἤτοι καλλωπίζω. Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν, μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι.* Prior significatio neutra, in veterum scriptis obvia, restituenda est Luciano Dial. Meretr. T. III. p. 302. l. 62. *εἴασα δ᾽ οὖν αὐτὸν* (Parmenonem Polemonis militis parasitum) *ἐθέλοντά μοι διηγεῖσθαι, ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν, καὶ ὡς ἀπέκτειναν Τηριδάταν τινὰ, καὶ ὡς ἀπέτριψεν ὁ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Πισίδας μάχῃ.* Legendum, inquam, *διέπρεψεν*, ut apud Theodoret. H. E., quem locum H. Stephanus protulit, *ἀνὴρ ἐν τοῖς εὐσεβείας διαπρέψας ἀγῶσι.* Contrario autem plane modo peccatum in Luciani Scyth. T. I.

p. 867. ubi *διαπρέψαι* pro *διατρίψαι.* Sed transitivae significationis pro *decoro, orno, καλλωπίζω*, praeter illud Platonis nullum reperitur exemplum. Hic quidem iure Thomas poterat a Trillero vapulare. Non ignoro, neutra quaedam interdum transitive usurpari,sed *διαπρέπειν* his annumerandum esse non facile mihi persuaderi patiar. Platonis locus est Gorg. p. 331. E. [p. 485. E. St.] *ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει διαπρέπεις μορφώματι.* quo in loco philosophorum summus Euripidae dictum *παρῳδιάζει*, quod conservavit Philostratus V. A. lib. IV. cap. 21. *κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρων, γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην αἰσχρῶς διαπρέπων.* ubi Olearius male *φέρειν* et *διαπρέπειν* in textum invexit et ad Eurip. Bacchas v. 853. 978. respici putat. Illustris Grotius in Exc. e Trag. et Com. p. 373. dedit:

— *ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν*
Γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι.

et ita interpretatur:

— *animi sicne generosi indolem*
In morem et habitum mulierum emasculas.

Sed *διατρέπειν* omnino vitio laborat, cui et Plato et Philostratus adversantur, et similis Sophoclis locus apud Clement. Alexandr. Paed. lib. III. p. 286. *ἁβροδίαιτον δὲ νεανίαν ὁ Σοφοκλῆς λέγει· Γυναικομίμοις ἐμπρεπεῖς ἐσθήμασιν.* Pessime interpres: *Quae feminarum sunt amictae vestibus.* Accentu mutato lege *ἐμπρέπεις* vel *ἐμπρεπής*, *femineo amictu decorus.* Erravit Thomas, cum in aeque vitiosos, ac nos hodie versamus, Platonis Codices incidisset, e quibus vox quaepiam librariorum incuria periit: quod e Libanio Op. T. II. p. 494. C. pro saltatoribus liquide apparet: *εἰ μὲν ὅσα γυναικείου σχήματος, ταῦτα ἡ ὄρχησις ἀπολαβοῦσα, καὶ τὰ τοῖς ἀνδράσι προσήκοντα φυγοῦσα καθάπαξ, ἐπὶ τοῦτο ἐποιεῖτο τὴν διατριβὴν, καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη, γυναικῶν μίμησις, οὐδ᾽ οὕτως μὲν ἂν διέφθειρε γενναίαν φύσιν.* Vides Sophistam in ultimis Platonis locum respicere, in quo vel *φθείρεις* vel *διαφθείρεις* reponendum est, et *διαπρεπής.* Euripidae autem versus sic constituendi:

Φθείρεις δὲ ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
Γυναικομίμῳ διαπρεπὴς μορφώματι,

vel *διαπρέπων*, quod pluribus nunc non licet confirmare. Ad Thomae quippe caussam revertendum est et atrocissimum impietatis crimen ab illo repellendum. Ut enim reliquas Trilleri criminationes, iniquissimas illas, quibus supra iam satis responsum est, omittam, facere non possum, quin addam, Thomam impietatis, ac si malo animo voces sacris scriptoribus usitatas damnasset et venenum suum in eos evomuisset, nullo iure accusari. Aliquoties *τὴν θείαν γραφὴν* citat Thomas et singularem vocum usum indicat, sed nuspiam reprehendit. Plurimas quidem voces et loquendi formulas, quibus S. Scriptores usi sunt, minus Atticas, a quibus Attice loqui et scribere cupientibus cavendum sit, annotavit; sed quas praeter S. Scriptores alii etiam bene multi usurparunt, qui aut eodem fere tempore, aut deinceps Graece scripsere. Cur igitur Trillerus tantas tragoedias excitat? Cur innocenti Grammatico foedissimam maculam inurit? Sacri Scriptores sapienter usi sunt vocabulis et loquendi formulis aetate sua receptis et piae Christianorum plebi cognitis. Qui si Atticorum veterum lingua scripsissent, quotusquisque Graecorum eos intellexisset? Nollem itaque, viros eruditos, qui sacros N. F. libros observationibus philologicis illustrarunt, toties tam cupide Magistros Atticistas sibi sumsisse refellendos; et omnia adeo, quae in S. litteris occurrant, pro *Ἀττικωτάτοις* venditasse. Recte quidem illi Dionysii Halic., Iosephi, Plutarchi aliorumque, qui S. scriptoribus proximi aetate fuerunt, sermonem cum N. F. comparant: verum illos scriptoribus Atticis annumerandos non esse supra iam diximus. Aliam viam nuper ingressus est Wetstenius: qui, quum sibi persuasisset, S. Scriptores *ἰδιωτικῶς*, barbare, et omnium pessime scripsisse, Grammaticorum observatis frequenter mirifice abusus est, multa Moeridis quoque loca plane *ἀπροσδιονύσως* attulit; quales ipsius errores nonnullos in notis castigavimus (v. p. 33. 145. 276. 314. 414.), longe plures notare negleximus; sed quos nimiae potius festinationi, qua Vir doctissimus, iam tum instantis fati praesagus, materiam, quam multorum annorum labore collige-

rat, indigestam proferre, quam tenebris relinquere maluit, tribuendos et condonandos existimamus.

Haec de recto Atticistarum usu solo veritatis amore ductus libere disserui. Si quid paullo acrius dictum exciderit, iusta causa et indignatio invito expressit.

Moeridi Gregorium Martinum de veteri et vera Graecarum litterarum pronunciatione comitem dederat Hudsonus. Nos eius loco duo Herodiani, clari inprimis Grammatici, opuscula addidimus, prius antea ineditum, posterius e MSS. nunc longe emendatius atque auctius. Prius opusculum in Codice Regio 2552. e quo in Ruhnkenii, qui mihi postea concessit, gratiam descripserat Eruditissimus Capperonnierius, appellatur *Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ Φιλέταιρος*. Aelii quidem praenomen in libris editis, quod sciam, nuspiam Herodiano tribuitur; verum legitur etiam in MSS. qui sunt in Bibliotheca Divi Marci Venetiis. V. Catal. p. 275. 276. Nec causam video, cur alicui suspectum esse debeat; cum multi Sophistae et Grammatici idem praenomen habuerint, ut Aelius Dionysius, Aelius Aristides, Aelius Harpocration, Aelius Asclepiades, Aelius Theo Alexandrinus, alii: de quibus cum Virum eruditissimum eundemque socerum honoratissimum, Henr. Cannegieterum consuluissem, ita respondit: „Sophistae illi „Graeci homines, quos dicis, Aristides, Asclepiades, Dionysius, Harpocration, Theo Alexandrinus, nomen Aelii, ut „puto, acceperunt ab Imperatore Aelio, de quo iure Peregrinorum ferendi nomina Romana dixi nuper in de mutata „Romanorum nominum sub Principibus ratione cap. VI. Imperatores autem et Caesares ius Aelii nominis habuerunt „omnes inde a T. Aelio Hadriano usque ad Pertinacem per „adoptionem, qua cum Hadriano fuerunt coniuncti. Praecipui tamen inter omnes Aelii nomine censentur Hadrianus et „L. Aelius Caesar, et huius filius iisdem nominibus dictus a „nonnullis, at vero in nummis L. Aurelius vocatus, de cuius „nominibus multa Capitolinus in Vero Imperatore cap. I. Ad „Aeliorum ergo Imperatorum aetatem referendi sunt illi Aelii „Sophistae, aut si quis serior, eius parenti civitas data existimanda est ab Aelio Imperatore. Prae ceteris autem peregrinis facile Sophistas civitatem adeptos esse credibile est,

„ob celebritatem et gloriam, qua ferebantur per Graeciam et „Asiam. Quam benigne et honorifice eos habuerint nonnulli „Aelii, ab antiquis scriptoribus est traditum. De Hadriano „Spartianus cap. 16. *Sed quamvis esset in reprehendendis „Musicis, Tragicis, Comicis, Grammaticis, Rhetoribus, Ora- „toribus facilis, tamen omnes Professores et honoravit, et „divites fecit, licet eos quaestionibus semper agitaverit.* „Adde Aurelium Victorem cap. 14. De L. Aelio Vero poste- „riore sive L. Aurelio haec Capitolinus in eius vita cap. 2. „*Audivit Scaurum Grammaticum Latinum Scauri filium, „qui Grammaticus Hadriani fuit; Graecos Telephum, He- „phaestionem, Harpocrationem: Rhetores Apollonium, Cele- „rem Caninium, Herodem Atticum: Latinum Cornelium „Frontonem: Philosophos Apollonium et Sextum. Hos omnes „amavit unice atque ab his unice dilectus est.*" Quae di- gnissima censui, quae huc referrentur. Herodiani *Φιλέταιρον* quoque nuspiam alibi citatum reperi, nec, quare hoc nomine libellus insignitus fuerit, satis exputo. Sed eodem titulo quo- que insignitus est Zenodoti libellus, quem Cl. Valckenaerius Anim. ad Ammon. lib. III. cap. 18. inseruit. *Ζηνοδότου Φιλέτερος*, pro quo scribendum *Φιλέταιρος*. Eundem libel- lum Montefalconius in Biblioth. Bibliothecarum p. 624. e Bi- bliotheca Scorialensi affert hoc titulo: *Zenodoti Philetaerius* (sic) *de Differentiis vocum animalium.* Forsan uterque ita appellarunt, quod exiguae molis essent opuscula, quasi dicas, Itineris comes, Vade mecum. Forte etiam haec studiosi e maiori Herodiani opere tantum excerpta sunt.

Posterius Herodiani opusculum ad Phrynichi calcem, nuper etiam Pauwii cura, typis expressum est, hoc titulo: *Ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ.* Similiter Codex Regius, quem Amicis- simus Ruhnkenius contulit. Videtur autem hoc maioris ope- ris fragmentum esse, nempe *Ζητουμένων τῶν μερῶν τοῦ λό- γου*, e quibus nonnulla citat Etymologus p. 794. l. 34. *Ἰστέον ὅτι διαφέρει. φιλοπότης μὲν διὰ τοῦ ō, ὁ φιλῶν πό- τους καὶ συμπόσια. φιλοπώτης δὲ διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου, ὁ φιλῶν πολλὰ πίνειν. πῶμα γὰρ τὸν ποτὸν, καὶ οὐ πόμα οὕτως Ἡρωδιανὸς εἰς τὰ ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου.* quae iisdem fere verbis in nostro opusculo leguntur p. 457. f.

Contulerant hunc libellum cum MS. Regio Sallierius et Stoeberus, notas quoque nonnullas adiecerat Sallierius: quae omnia a Stoebero ad Ruhnkenium missa eius humanitate ad me pervenerunt. Postea Cl. Ruhnkenius hunc libellum cum MS. Regio 2662. quem viri eruditi non inspexerant, comparavit. Horum MStorum ope fragmentum hoc multis locis emaculatum et tertia fere parte auctum prodit. Nunnesii, Hoeschelii et Pauwii notas, cum Pauwii editio in omnium manibus versetur, omisimus, Sallieri nostrisque animadversionibus adiectis. Hactenus de Herodiano.

Adieci operi sex Indices necessarios; primum Auctorum a Moeride citatorum: secundum eorum, qui ab Herodiano laudantur: tertium omnium fere vocum tum Atticarum, tum *Ἑλληνικῶν*, quae in Moeride occurrunt: quartum vocabulorum ab Herodiano explicitorum: quintum auctorum in notis illustratorum, explicitorum, emendatorum: sextum denique rerum et verborum, quae in notis explicantur.

Atque ita omnem meam in Moeride et Herodiano adornandis rationem declaravi: quam si eruditis probavero, satis magnum molesti laboris praemium mihi retulisse videbor.

JOANNIS HUDSONI
PRAEFATIO.

CLARISSIMO VIRO
GEORGIO HARBINIO
S. P.

Remitto Tibi, Vir egregie, Atticistam tuum, quem superiori anno mihi attulit amicus tuus, Vir doctus pariter ac nobilis: teque oro atque obtestor, ut longo post intervallo reducem benigne excipias; tantum licet ab illo, quem mihi utendum perhumaniter dedisti, mutatum, ut iam pro tuo vix posses agnoscere. Nam cum in Apographo tuo, quod ex Cl. I. Pricaei schedis descriptum esse mihi retulisti, voces quidem singulas iuxta Alphabeti, ut aiunt, elementa collocatas invenerim, minus tamen accurate istis in literis, quae primam cuiusque vocabuli literam insequuntur; mihi libellum hunc edere paranti optimum visum est, dictiones ea methodo disponere, qua Lectores quaerendi labore aliquantulum levarem: etsi noverim, fore nonnullos, qui hoc meum institutum non leviter reprehendent. Quicquid tamen isti (censores morosi) hac de re sentiant, fidenter affirmo, paceque illorum dicam, culpam hanc leviculam (si qua sit, immutare verborum ordinem, ubi non alia ex aliis nexa sunt et inter se colligata) commodis, uno aut altero, satis magnis compensari. Praeterea, quum in eodem illo Exemplari permulta essent, quod tu minime ignoras, scribarum incuria et inscitia valde depravata, plurima etiam mutila et detruncata, atque nonnulla suo loco dimota, operam dedi ut vitiosa corrigerem et luxata ac lacunis hiantia suo quaeque ordini ac integritati restituerem. Qua in re, ut in universo opere perpoliendo, quantum praestite-

rim, tui aliorumque tui similium esto iudicium. Omnia me sanasse et emendasse non profiteor, nonnulla tamen, nec infeliciter, prae me fero; neque hoc arroganter dictum existimabit, aut mihi gloriolam istam invidebit aequus rerum aestimator. Verum, de rei tantillae eventu parum solicitus, te prolixa rationum ambage, dum tibi satis iustam excusationem afferam, non morabor. Necesse tamen habeo hoc te admonere; quod ubicunque coniecturas meas, ad corrupta emendanda aut ad supplendum quod excidisse suspicatus sum, in textum recepi, Codicis MS. verba fideliter ad imum paginae subiecerim et interpolationes, ne lectori quid fraudi esset, uncis inclusas dederim: quod abs te, si paulo difficilior esses, probatum iri, mihimet persuadeo; ut et illud etiam, quod, quum in aliquibus mihi ipsi non satisfecerim, novas de locis male affectis cogitationes post *Λέξεων Ἑλληνικῶν* et Auctorum indices comparere voluerim. Iam ad Atticistae nostri aetatem quod attinet (nam de ea forsan aliquid scire desideres), unicum hoc certis auctoribus comperio, quod Photium tempore antecesserit et Phrynicho fuerit recentior: nam hunc laudat et ab illo laudatur: quorum alter sub Antonino et Commodo impp. floruit, alter nono demum saeculo infula insignitus est. Laxum, inquies, spatium. Certius tamen aliquid magisve definitum proferre non datur. Adeo enim, ob scriptorum veterum penuriam in obscuro est illius notitia, ut vel de nomine eius inter eruditos parum conveniat: quorum aliis cum MS. nostro Eumoerides est, aliis vero Moeris ex Photio. Postremam hanc appellationem eo libentius amplexus sum, quod pro ea faciat virorum maximorum auctoritas, Usserii scilicet, Salmasii, Du-Cangii et Menagii; qui non solum libellum hunc oculis usurparunt, sed et ad literas augendas illustrandasque ex eo nonnulla protulerunt. Atque hactenus de Moeride: cui, ut Enchiridii saltem mensuram quadantenus impleret, adiungere primum decreveram *Ἐκλογὰς λέξεων*, quarum copiam uberrimam nostrae suppeditant Bibliothecae. Sed quum eas in plerisque cum Hesychio, Suida et Etymologico magno consentire deprehenderim; iisque conferendis digerendisque plus temporis exigeretur, quam mihi ex gravioribus negotiis supererat, illis, quibus otium est cum dignitate,

provinciam hanc intactam et illibatam relinquo. Ne tamen sine comite in lucem conspectumque omnium prodiret Moeris, opportune se mihi obtulit Gregorius Martinus *), quem nobis conservavit Cl. Seldeni Museum: cui sane, licet de argumento scripserit, quod multis abhinc annis eruditorum ingenia exercuit, non invitus tamen memet passus sum obstetricari: quod comptus sit et elegans, subtilis et acutus, et necessitudine quadam attigerit avum illustris istius Heroïs, cui pretii quantivis libros, statuas et marmora, Graeciae Latiique spolia, accepta debemus. Haec te volebam. Vale, V. O. et nobilissimo Vice-Comiti, cuius Bibliothecae praefecturam geris, eiusque familiae clarissimae, in qua semper verus honos et splendor virtutis enituit, fausta omnia mecum apprecare.

*) De quo vide sis Athenas Oxonienses Vol. I. p. 169.

CONSPECTUM
EDITIONIS
MOERIDIS ATTICISTAE
DE
VOCIBUS
ATTICIS ET HELLENICIS
SUO STUDIO DENUO ADORNANDAE, ADIECTA
CONIECTURARUM
IN EUNDEM LIBELLUM PARTICULA,
GRAECARUM LITTERARUM PERITIS
DIIUDICANDUM SISTIT
M. IULIUS CAROLUS SCHLAEGER
HANNOVERANUS.

In iis veterum monumentis, quae cum rei litterariae intertrimento paene irreparabili ad hanc usque hominum aetatem abdita delituere atque retrusa, numeranda utique venit minuscula quidem, at haud inelegans multique usus *vocum Atticarum atque Hellenicarum collectio*, quae sub *Moeridis Atticistae* nomine circumfertur. Hoc enim opusculum postquam diu multumque cum tineis erat conflictatum, superiore demum saeculo iuvante, ni fallor, *Joan. Pricaeo*, Anglo, quem apographum ex manuscripto Vindobonensi habuisse refert ὁ *πάνυ Joan. Albert. Fabricius Biblioth. Graec. Vol.* IV. pag. 519. temporis ereptum iniuriae, eruditis primi ordinis innotuit; ita vero, ut librarii descriptum manu in solis

museis fuerit tritum. Tandem ante annos non ita multos in diem lucemque publicam vindicavit scriptorem, meliori dignum sorte, *Joan. Hudsonus*, Protobibliothecarius quondam Bodleianus, cuius gloria, quam humanitate peritiaque Graeca sibi peperit, tum intercidet, quum ingenuis artibus nullus amplius inter mortales honos tribuetur. Prodit libellus tecto editoris nomine Oxoniae e Theatro Scheldoniano 1712. forma, quam vocant, octava maiori. Vid. *Acta Erud. Tom.* VI. *Supplem.* p. 49. Verum, ut libri, in Anglia qui excuduntur, in his terris aves esse consueverunt longe rarissimae; et, si forte fortuna huc migrant, multo redimendae argento: ita optimus ceteroquin *Hudsonus* hisce dapibus non nisi suos populares explevit. Hac de re factum, ut *Moeris vix nomine satis notus fuerit iis etiam, qui Graeca non contemnunt*; quemadmodum Cl. *Joan. Matth. Gesnerus*, nunquam mihi, nisi honoris caussa, nominandus, litteris ad me datis verissime iudicavit. Quae eruditorum ut levaretur inopia, litteris Graecis eruditissimi viri, *Ludolph. Kusterus*, *Carol. Andr. Dukerus* et *Sallierius*, natione Gallus, ad Moeridem, novis perpolitum curis, rursus pervulgandum animum appulerunt. Ast, ad conatum hunc, laudatissimum licet, haudquaquam tamen felix faustusque eventus respondit. Alios enim, quominus vocis exhiberent fidem, mors prohibuit: alii alias ob caussas consilium postea damnarunt suum. Vid. Cl. *Fabricius* l. c. et *Novell. Litterar. Lipsiens.* an. 1712. p. 179.

Spartam igitur hanc, hucusque derelictam, Fautorum amicorumque excitatus monitis mihi si sumo pro virili parte ornandam: non arbitror quicquam committere, quod vel ab artium flore, ab omnibus litterarum studiosis indies augenda, aut a meis studiis alienum, quae Graecis orientalibusque Musis excolendis dicata praecipue sunt atque consecrata. Nec fore quemquam eorum, qui suas curas omnes in salute huius studii defigunt, cui hoc meum consilium displiceat, fidenti animo mihi promitto: ego modo orbis litterati, quam de me concipiet, spem ita explevero, ut hoc munere, qua fieri decet accuratione, functus videar. Quod ut fiat atque ego cum litterarum emolumento in hoc labore verser, iuvabit eruditorum

prius mentem expiscari eosdemque ad symbola conferenda humanissime invitare. Id nempe cordatus quisque cognitum habet atque compertum, rei litterarum communis splendorem ad illum et dignitatis et perfectionis gradum, quo Graecorum Romanorumque aevo eminuit, iri evectum nunquam; nisi regiam illam viam, quam heroes illi sunt ingressi, rursus ingrediamur; ut non singuli ex suo arbitrio, aut insana scriptis inclarescendi libidine, sed ad optimorum iudicium scripta excudant sua. Quem in finem strictim edisseram, quibus instructus subsidiis operam hanc aggrediar; subiuncturus coniecturarum in Moeridem ἀποσπασμάτιον, et de notis addendis, quod cepi, consilium.

Ad prius quod attinet, inprimis honorificentissimis laudibus decorandi mihi sunt Summe Reverendi Celeberrimique *Joan. Christoph.* et *Joan. Christ. Wolfii*, huius urbis, quid? orbis eruditi decora atque ornamenta, quorum beneficia, inde a compluribus retro annis largissima manu in me collata, quoniam referre nequeo, aetatem devenerabor. Hi, quo complectuntur omnes mansuetiorum Musarum cultores amore, ac me affectu plusquam paterno, certiores de meo facti instituto non solum utendum mihi concesserunt *Photii lexicon ἀνέκδοτον*, sed etiam varias Moeridis lectiones mecum voluere communicatas, quas Vir Maxime Venerabilis, quum Lugduni Batavorum commoraretur, ex *Is. Vossii* codice ad libri oram annotaverat. Integrum conferre tunc temporis ipsi fuit visum supervacaneum, quod Vossianum illud MSS. maximam partem cum Hudsoniana legendi ratione congruere animadvertebat. Convenientiam ex eo fonte crediderim profluxisse, uterque codex quod ex supra laudati *Joan. Pricaei* schedis in Anglia asservatis descriptus. Sunt nihilo minus tamen aliqua, sed perpauca, in ea priorum litterarum collatione, in quibus Vossius ab Hudsono facit divortium; mihi profutura, ubi, quae promisi, licebit exsolvere.

Deinde ad subsidium vocavi magno cum fructu excerpta, quae Vener. *Bernh. de Montfaucon* ex codice dedit Coisliniano et inserta leguntur *Catalog. Biblioth. Coislin.* pag. 485 — 488. Id modo dolendum, virum, cuius summa

in litteras, cumprimis humaniores, merita minime multi assequuntur, superat nemo, perpaucos admodum singulorum *στοιχείων* versus speciminis loco protulisse; ut non dubitem, fore complures, qui mecum optabunt, ut ipsi placuisset indicare, in quantum lectionum dissensione a Pricaeano apographo discrepet Coislinianum. Cuius tamen voti nos fore propediem compotes, spes affulget certissima. *Novam* etiam *Bibliothecarum Bibliothecam* indefessi laboris ac paene adamantium senem parare, novellae nuper nuntiarunt, in qua habebimus forsan et Regii et Coisliniani atque Parisiensium reliquorum MSS. lectionum varietates.

Porro haud nescius, *Claud. Salmasium* in operibus suis Moeridem passim laudare atque illustrare laudatum, evolvi eius *Plinianas exercitationes, in Tertullianum de pallio notas, Comment. de lingua Hellenistica, de iure Attico* etc. Eoque me minus temporis in horum operum lectionem insumti poenitet, quod complura mihi suppeditarunt, quorum ope atque auxilio noster pristinae partim sanitati restituitur, partim, quod deest edito, potest suppleri.

Ita quoque adii Illustriss. *Ezech. Spanhemii* aliorumque libellos, in quibus Atticistam nostrum excitari subinde testem noveram. Prior habuit exemplum ad codicis Vindobonensis fidem expressum, cuius verba non infrequenter recitat in *notis*, cedro dignissimis, *ad Aristophanis comoedias tres priores.* In his vero, praeter *Carol. Du-Cangium*, *Jac. Usserium*, *Aegid. Menagium*, *Henr. Valesium*, ut laude ornetur meruit *Steph. le Moine.* Quamquam enim non nisi semel, ego quantum novi, Moeridis usus sit opera in *variis sacris:* ansam tamen praebuit integri versus restituendi, qui in impresso desideratur. Denique, quoniam ipsa vocabula a lexicorum compilatoribus peti debent ex istius linguae scriptoribus, quam cupiunt explicatam: manu non indiligenti Aristophanem, Platonem, Thucydidem, Xenophontem, Demosthenem aliosque legendo contrivi, qui Atticam sermonis elegantiam scriptis ad posteros transmiserunt; minime spreta vetustiorum lexicographorum cohorte. Hi omnes quam maximum emolumentum attulere Moeridi, et comtiori ornatiorique habitu,

quod praefiscine nunc dixerim, prodituro. Suppeditarunt enim ea loca, quibus noster Atticista ad firmandos vocum usus atque significationes quandoque utitur, secundum optimas uniuscuiusque scriptoris editiones curate olim indicanda; et praeterea digito quasi indice monstrarunt verum, mea opinione, genuinumque legendi modum. Quo autem ingenii instructus acumine susceperim negotium illud, sicuti difficile, ita quoque periculosum, ut pateat; iuvabit nonnulla loca hic tentare, initio ab ipso libelli titulo ducto, qui talis est:

ΜΟΙΡΙΔΟΣ ΑΤΤΙΚΙΣΤΟΥ
ΛΕΞΕΙΣ
ἈΤΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ἙΛΛΗΝΩΝ.

Moenis Labbeo Bibliothec. nov. manuscr. pag. 105. et *Maeris Steph. le Moine Var. Sacr.* T. II. pag. 479. appellatur opusculi auctor. Utrumque typorum errore vitiose expressum. Neque tamen libri veteres de vera lectione consentiunt. Alii *Μοίριδος*, alii *Εὐμοίριδος* nomen praeferunt. Posterius fuit in apographo Pricaeano (vid. *Colomesius Observ. Sacr.* p. 120.) et Spanhemiano (ad *Pluti* v. 12.); quod vero Cel. *Hudsonus Photii*, *Usserii*, *Salmasii*, *Du-Cangii*, *Menagii* aliorumque fretus auctoritate reiecit. Addere potuisset *Antonium Eparchum*, cuius codex Galliarum regi oblatus dono diserte legit *Μοίρις*. Quae quum ita sint, neque ego quicquam hic mutandum arbitror. Criticae vero audaciae mihi si esset satis, qui contra tot virorum, doctrinae amplissimae fama celebrium, niterer auctoritatem: auctorem huius opusculi futuro *Theatri Anonymorum Placciani* editori relinquerem belle coniiciendum. Interim de rebus in obscuritate ac dubitatione positis quum omnibus liceat animi sui cogitata aliorum exponere iudicio: mihi vitio versurum confido neminem, si modeste ac verecunde dicam, quid mihi rebus omnibus expensis venerit in mentem. Incerta est Moeridis, qua floruit, aetas. Exinde, quod *Phrynichus* in hoc nostro glossario excitatur testis; et quod ipsum laudat *Photius Biblioth.* cod. CLVII. colligitur, intra illud spatium, quod a II. ad XII. post. C. N. saeculum effluxit, libellum fuisse confectum. *Laxum*, inquis cum Hudsono, *spatium?* Non diffiteor. Sic quoque nomen

est in ambiguis, quippe nec Graecis, nec Latinis cognitum auribus. *Herodotus Euterp.* cap. 101. et alibi antiquissimi Aegyptiorum regis, *Moeris* dicti, iniicit mentionem. Hinc esset coniecturae capiendae locus, auctorem opusculi, natione Aegyptium, forsan Alexandriae aut natum, aut commoratum: id modo si possemus dare probatum evictumque, eo, quo Moeridem vixisse oportet, aevo, Aegyptiaca nomina adhuc fuisse in usu; quae abolita potius atque cum Graecis Romanisque commutata si asserimus, haec disputatio ad veritatem videtur propensior. Neque est, quod mihi obiiciatur *Moeris*, quem *Virgilius Eclog.* IX. canentem dicam, an flentem, inducit. Sive enim is Virgilii procurator fuerit, ut *Servius* observat, sive eiusdem parens, quod *Badius Ascensius* opinatur: fictum tamen est nomen atque a *moerore* deducendum; quod lacrumantem faciat poëta virum deperdita Menalcae rura. Hunc autem nodum expediemus, si opusculi inscriptionem ita concipimus: *Μοῖρα λέξεων Ἀττικῶν καὶ Ἑλληνικῶν. Μοῖρα,* quod Tacticis *turmam* seu *cohortem militum*, mille viris constantem, denotat (vid. *Du-Cangius in Glossar.* Gr. f. 943.) apud *Homerum* passim et *Callimachum in fragmentis a Rich. Bentleio* collectis T. I. p. 323. edit. Ultraiect. pro cuiusvis rei legitur *parte*. Neuter vocis significatus ita comparatus est, quin apposite conveniat in naturam atque constitutionem huius libelli: qui neque omnes Atheniensibus proprias dictiones et loquendi formulas, neque earundem bene multas, sed partem tantummodo explanat interpretando; quod iis nequit esse obscurum, qui expensa libelli mole vel relatum legerunt apud *Xenophontem* de *Republ. Atheniens.* cap. 2. Atticos mista quadam ex omnibus, tum Graecis, tum barbaris, lingua copiosa usos; aut *Galenum τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσι ὀνομάτων βίβλους μή, dictionum Atticarum libros XLVIII,* ut ipse *de libris propriis* testatur, norunt composuisse. Id quoque silentio praetereundum minime est, admissa hac emendatione nos rationem posse promere, qui factum, ut librorum antiquorum quidam in frontispicio habeant *Εὐμοιρις*. Recentioris scilicet aevi hominem, qui locupletare sategit libellum adiectis novis versibus, ut studium operamque creparet, inscripsisse glossarium: *Εὐμοιρία κ. τ. λ.*

portio bona; facile mihi persuadeo. Nam in illo Caesareae Bibliothecae MSS. quod praefert *Εὔμοιρις*, sunt articuli nonnulli, quos in aliis frustra quaesiveris. Tandem huius nostrae coniecturae caussam quodammodo tuetur, *Salmasius* quod habuit, exemplar, in quo titulus fuit: *Μοίρις Ἀττικιστὴς περὶ λέξεων Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων.* Vid. *Exercitat. Plinian.* pag. 649. Quid enim librario oscitanti fuit facilius, quam *Μοῖρα λέξεων* refingere in *Μοίρις λέξεων*, inserta, ut omnia cohaereant, *περὶ*, particula? Et, ut commentum nova excludit mendacia, ita *Ἀττικιστοῦ* quoque assutum postea crediderim cognomen, ut auctorem linguae Atticae constaret fuisse studiosum. Verum enim vero, quibus haec coniectura implicata sit difficultatibus, quum pulchre intelligam: cave, B. L. alio eam quam problematis critici habeas loco; quod excutiendum propono, qui longo criticarum rerum usu edocti sunt atque exercitati.

Ἀεινάων, Ἀττικῶς. ἀεννάων, Ἑλληνικῶς. (Vid. p. 23.)
Ἁλυκῶ, Ἀττικῶς, Ἀριστοφάνης Λυσιστράτη.
ἁλυκὸν, κοινόν. (Vid. p. 29.)
Ἀντίγραφα, πληθυντικῶς, Ἀττικῶς.
ἀντίγραφον, ἑνικῶς, Ἑλληνικῶς. (Vid. p. 7.)
Ἀρίβαλλον, ἐστὶ δὲ εἶδος ποτηρίου
στενόστομον. (Vid. p. 91.)
Ἀωρὶ, Ἀττικῶς. ἀώριον, Ἕλληνες. (Vid. p. 32.)

Atque haec specimina ex primo decerpta *στοιχείῳ* sufficiat in praesenti dedisse.

In annotationibus concinnandis praeter MSS. discrepantias atque de earum valore iudicium id vel maxime mihi datum existimabo esse, ut Moeridis testimonium ad fidem optimorum auctorum, Attica qui usi sunt dialecto, revocem; ne in errorem deducantur lectores. Allucinatum nonnunquam hominem Graeculum, quisquis ille demum fuerit, dudum animadverti: et vereor pertentatis singulis lexici articulis, ne plura olim notanda sint peccata. Dabo deinde operam, ut vocum, et Atticarum et Hellenicarum, verus usus rarioresque notiones lectori pateant; quod iis ingratum haud fore mihi

polliceor, qui, ut indies magis magisque nobilissimi sermonis divitiae eruantur, habent in optatis. Indicatis etiam, quod supra iam promisi, auctorum locis, quae noster testatur, haud intacta relinquam antiquitatis momenta in hoc commemorata opusculo: quorum alia, et quidem notiora, ita explicabo, ut ad scriptores remittam, qui ex instituto de iis sunt commentati; alia vero, nec frequenter obvia, paullo pleniori exsequar stilo. Huic meae opellae suis locis praemittentur Hudsoni aliorumque labores. Latinam versionem, etiamsi ipsa libelli constitutio non respueret, nollem tamen adiungere, deterritus et rei difficultate, et tristi Nic. Blancardi exemplo, qui, quod Harpocrationem Latine de Graecis reddiderat, misere, at immerito, Jac. Gronovio vapulavit. Conf. *Joan. Alb. Fabricii Biblioth. Gr.* Vol. IV. p. 585. sq. Tempus versioni tribuendum libentiori animo insumam in dissertationem praeliminarem, in qua de huius glossarii instituto, fatis codicibusque dicetur. Agmen claudent vocum auctorumque indices necessarii: ut adeo in hac iterata editione nihil facile quisquam desideraverit, quod Hudsonianae est ornamento. Omnia aderunt excepta *Georg. Martini dissert. de veteri et vera Graecarum litterarum pronunciatione*, quam molis tantum augendae gratia comitem Moeridi Hudsonum adiunxisse existimo.

His igitur stipatus praesidiis, hac mente atque ingenii, si qua in me est, felicitate otii partem quandam Moeridi hactenus tribui. Nec quicquam, optimum numen si vitam viresque concesserit, erit in mora, quominus hoc ipso, quem nuper admodum auspicati sumus, anno opus subiiciatur prelo; modo munificentiam eorum fuero expertus, quibus cordi est curaeque Graeca litteratura. Si qui igitur sunt, qui codicis a me nondum inspecti varias lectiones in scriniis servant, aut viri cuiusdam docti possident annotationes, aut denique ipsi auctorem hunc suis curis explicarunt: eos publice observanterque rogatos volo oratosque, ut communibus studiis foveant opus in communem usum edendum earumque rerum mihi, vel potius orbi litterato, copiam liberaliter faciant, quas ad eius ornatum utilitatemque amplificandum aptas iudicabunt. Quicquid ad B. Theod. Christoph. Felgineri viduam transmittetur, id ut ad me recte perve-

niat, curabitur. Haud immemorem me experientur beneficii, qui meritam iis gratiam debito honore, iustis encomiis atque animo longe gratissimo persolvam: sicuti et illis me profitebor obstrictum, qui consiliis suis meum iuvare non dedignabuntur. De mutandis, addendis detrahendisque amice monitus, ad sua ipsius vineta caedenda nemo me erit paratior, nemo alacrior. Scribeb. Hamburgi ad diem 4. Januarii CIↃIↃCCXXXIIII.

IN NOVAM

MOERIDIS ATTICISTAE

EDITIONEM,

AB

AMICISSIMO ET DOCTISSIMO

IOANNE PIERSONO

CURATAM.

Laetis auspiciis, venuste, prodi,
Graecarum arbiter elegantiarum,
Doctor Cecropiae probate linguae,
Prodi, splendidiorque, comtiorque,
Nec vestem macula inquinatus ulla.
Tu, paucis hominum peritiorum,
Moeri, cognitus ante, literatum
Nunc orbem poteris perambulare,
Nunc quo vis pede libero vagari,
Attici geniumque gratiasque
Pandens eloquii, tuasque dotes.
Nos, o delicium meae iuventae,
Quondam traxit amor tuus, tibique
Iam manu medicam, et mihi parabam
Nomen, cum rapuit subortus ardor
Transversum ex adytis novem Sororum,
Ad severa magis, magisque casta,
Ut tum visa mihi fuere, sacra.
Non tulit Deus, ac redire jussit,
Qui mortalibus orbis in theatro
Partes distribuit, Choragus unus,
Nutum ut ingenii sequente quovis
Scena sic melius stet universi.

****

Te vero interea latente, Thomas
Ad nos luce nova venit renatus:
Ruhnkenîque opera Platonicarum
Interpres venerum fugit latebras,
Doctorum cupidis receptus ulnis.
Quin et Grammaticos super verendum
Tollit Hesychius caput vetustos,
Ac, spondens sibi iam perenne nomen,
Magnum crescere opus nitore multo
Cernit; quod pariter laboriosum,
Et doctum pariter, Dei faventes
Perduci faciant ad umbilicum!
Vidit, ac doluit meus sodalis
PIERSONUS, Charitum manu politus,
Pastusque a teneris lepore Graio;
Et tu, MOERI, iaces, ait, tuumque
Ignorant homines decus, malignis
Damnatum tenebris, situque foedum?
Non sinam. Et maculas, librariorum
Quas stupor dederat, nec eruditus
Anglus sustulerat, repurgat omnes.
Ergo vive, tua, vigeque, sorte
Felix; Vindicis et serens per orbem
Laudes egregii, a nepote sero
Famam pro meritis fer invidendam.

ERNESTUS GULIELMUS HIGT.

EXCERPTUM
EX PRAEFATIONE IOH. FR. FISCHERI AD I. F. HEUSINGERUM SCRIPTA.

Atque nomen quidem verum auctoris huius Συλλογῆς non Eumoeris, neque Eumoerides esse, sed Moeris, Hudsonus iam recte vidit. Namque sic non solum a Photio nominatur, sed in multis etiam libris scriptis, tanquam Regio*), et eo, qui in bibliotheca Coisliniana, nunc Sangermanensi, est. Eumoeridis nomine eum laudat Spanhemius ad Aristophanem passim, et Colomesio, Codicis Vindobonensis auctoritate**), Eumoerides dicitur. Sed syllabam ΕΥ initium praenominis suspicabar esse, quodcunque tandem istud fuerit, librariorum inscitia ipsi nomini additam: in primis quod nemo ita appellatus usquam in monumentis antiquis reperiretur, quum Moeridis nomen multis olim commune fuisse constaret: in quibus, praeter antiquissimum Aegypti regem, Virgiliique

*) MMMDII *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον.* Ita laudat titulum libelli Stephanus Monachus in Variis Sacris, et ex eo Fabricius Bibl. Gr. V. 46. p. 486. Sed Cangius, qui Codice illo usus est in Glossario Graeco, indicem sic exhibet [Ind. Auctt. p. 30.]: *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικαὶ καὶ Ἑλληνικαὶ κατὰ στοιχεῖον.*

**) Hoc inde colligo, quia in libro scripto Georgii Harbinii, ex quo edidit hanc *Συλλογὴν* Ioh. Hudsonus, legitur *Εὐμοιρίδου*, ab *Εὐμοιρίδης*. Iam liber ille Harbinii descriptus erat e libro Ioh. Pricaei, quo usus est sine dubio Colomesius. Liber autem Pricaei erat apographum Codicis Vindobonensis. [Confirmatur id auctoritate Usserii, quocum communicaverat Pricaeus hoc apographum. Vid. eius Animadverss. ad Epist. ad Antiochenos, quae vulgo Ignatio tribuitur, p. 104. Vocat ibi eum et p. 113., ut Colomesius, Eumoeridem. EX ADDEND.] Hoc ignoravit Fabricius. Nam Bibl. Gr. III. 34. 5. scripsit: *quibusdam* Eumoerides *vocatur, ut Colomesio p.* 120. *Observ. Sacr., quo auctore, vel quo argumento, ignorare me fateor.*

villicum, numerandus est is, qui in Epigrammate Stratonis quodam Anthologiae nondum editae*) commemoratur. Quam facile autem librarii pro *ΜΟΙΡΙΔΟΣ* scribere potuerint *ΜΟΙΡΙΔΟΥ*, in litteris praesertim minusculis, quis non videt? Atque haec habui, Vir clarissime, quae de nomine auctoris dicerem.

Quis vero ille fuerit, et ubi natus: quibus in terris vixerit, et quando, non apparet. Hoc certum satis est et manifestum, quum hunc libellum eius Photius legerit, eum vel ante tempora Patriarchae Constantinopolitani, vel ipsa etiam eiusdem aetate, vixisse. In eo autem errasse videtur Hudsonus, quod putaverit, eum post Phrynichum floruisse, idque collegerit inde, quod Phrynichus a Moeride laudaretur**). Sed verba illa Phrynichi ab aliena manu, non ab Atticista, adiecta esse, suo loco docuimus. Cui errorem similem in Glossario Timaei Platonico***) investigavit demonstravitque Ruhnquenii sagacitas. Tantum prodest et iuvat rectus Critices usus! Et tantum obest nocetque eius contemtio!

Quod ad ipsum hoc Nostri opusculum attinet, vel index eius ostendit, collecta ibi contineri, secundum litterarum ordinem, vocabula, vel Atticis veteribus eorumque imitatoribus propria, vel communia tunc Graecis caeteris omnibus, ita tamen, ut auctor saepe certa quaedam utriusque generis scriptorum loca respexerit, non communem ubique dicendi consuetudinem spectasse videatur. Sicut enim *Ἕλληνες* quando ab Atticis distinguuntur, Graeci sunt, praeter Atticos, omnes: ita verba *Ἑλληνικὰ*, quum discernuntur ab *Ἀττικοῖς*, vocabula sunt, quibus, alio saltem significatu, quam Attici olim, Graeci tum uterentur omnes****). An vero libellus hic, quem Valquenarius†) utilissimum vocat, integer ad nos et salvus pervenerit, de eo vereor, ne sis mecum vehementer

---

*) Apud Valquenarium V. C. Animadverss. ad Ammonium II. 15. p. 218.

**) In vocab. *Ἰσοτελής*.

***) In *Οὐχ ἥκιστα*.

****) Vid. omnino Salmasius de Hellenist. p. 46. sqq.

†) Ad Euripidis Phoeniss. v. 1422. p. 480.

dubitaturus, Vir clarissime. Eum brevem fuisse et parvum, non grandem et longum, satis quidem potest constare ex eo, quod a Photio appellatur ποιημάτιον. Sed nihil inde ablatum esse aliena manu, nihil adiectum a grege Grammaticorum recentiorum, cui in mentem veniat affirmare? Nam primo quidem in multis, qui restant, libris scriptis leguntur multa, quae non item in aliis: quidni in iis, qui vel temporis iniuria, vel neglegentia hominum, periere, multa extiterint, quae in nostris hodie codicibus non inveniantur? Deinde est verissimum, non pauca ex aliorum Glossographorum libris fuisse a Grammaticis posteriorum temporum male sedulis in hunc libellum, ut fit, translata. E Timaeo quidem Sophista multa illuc venisse, ex eo praesertim tempore magis coepit certiusque animadverti, quo Montefalconius *) Ruhnqueniusque **) Glossarium hominis Platonicum edidere. Nosmet vero monuimus ipsi passim, multa nunc in libello Nostri legi, quae diligentiae Thomae Magistri debeantur. Qua in re dissentire licebit a Ioh. Alberto, Viro summo, et vel ob praeclara in Hesychium merita memoria immortali dignissimo. Ei cum Menagio et Lamb. Bosio contra videbatur ***) Thomas alicubi exscripsisse Moerida. Verum quo minus assentiri Viro divino queamus, hoc impedit. In Thomae Eclogario fere omnia pleniora, adiectis etiam saepe locis scriptorum, habentur, ita ut vero videatur similius esse, Grammaticos recentiores auxisse Moerida e Thoma ****), sed ut profecta omnia ab ipso Moeride existimarentur, neque vestigia fraudis certa relinquerentur, omisisse alia, alia interdum accommodasse reliquis: praesertim quum isti homines libellum Nostri collocupletare instituerint glossis alienis pluribus, quod de Thomae Eclogario non ita certo constat, neque a quoquam adhuc est, quod sciam, observatum. Etenim non solum e Timaeo, uti demonstravimus, et Thoma, sed e Suida quoque, in λέξεις Nostri aliena multa derivavit inepta Grammaticorum

*) Catal. Biblioth. Coislinianae p. 477—481.

**) Lugd. Bat. A. C. CIↃIↃCCLIV. octonis.

***) Observ. N. F. p. 144.

****) Iure hanc Fischeri sententiam reprobavit Piersonus in Praef. p. XVI. G. A. K.

sedulitas. Sed ne quis erret forte, nosve erroris accuset ipsos, id quomodo velim intellegi, dicam apertius. Quae apud Suidam hodie, et apud Moerida, leguntur, ea non tam e Suida transscripsisse censeri debent Grammatici, quam ex iis potius libris, e quibus mutuatus sit sua Suidas compilator. Certe Moeridis Codex ille, quem in bibliotheca Coisliniana esse supra significavimus, iudice Montefalconio, rerum harum intellegentissimo Viro, scriptus iam saeculo decimo est. Quomodo igitur e Suida augeri a Grammaticis libellus Atticistae Nostri potuerit? Sed ii libri quum vel interierint, vel nondum saltem editi sint, eorum loco, opinor, recte laudavimus Lexicon Suidae.

Et quia ad libros Moeridis scriptos ventum est: licebit pace Tua, Vir doctissime, et de reliquis, qui mihi quidem in notitiam venerint, breviter exponere. Praeter Coislinianum Codicem*), qui membraneus est atque optimae notae, Vaticanus commemoratur a Maussaco in dissertatione Critica de Harpocratione**), et Vossianus, qui nunc in bibliotheca Leidensi est, ab Alberto V. C.***). Eo, quem Antonius Eparchus, Corcyraeus, Francisco primo, Franciae regi, dono dedit, et quo, praeter Moerida, multi alii libri Graeci continentur, Regium vulgo appellant****), in conficiendo Glossario Cangium usum esse, Vindobonensisque exemplar penes Ioh. Pricaeum fuisse, superius demonstravimus. Qui libri omnes ex uno eodemque fonte ducti fuerint, an e pluribus et diversis, dici, quum eos comparare inter se non licuerit, non potest. Sed si e particulis tamen quibusdam, quibus tanquam gemmis multi Viri docti sua scripta, veluti Salmasius, Pricaeus, Cangius, Spanhemius, Albertus, et alii, distinxere, iudicium faciendum sit de libris integris: non ex uno omnes, sed e pluribus eisdemque diversis exemplis, videntur esse descripti.

Nam de toto quidem Moeridis libello vulgando ante

*) n. CCCXXXXV.
**) p. 393. edit. Blancardi.
***) Observatt. N. F. p. 173. 257 et 357.
****) Laudatur etiam a Salmasio Observatt. ad Ius Att. et Rom. p. 164.

magnum illum Kusterum*) nemo videtur, qui cogitaret, repertus esse. Primus autem eum octonis edidit Oxonii anno huius saeculi duodecimo Ioh. Hudsonus**): qui quam rationem in eo edendo et emendando sequutus sit, poterit ex eius Praefatione, quam adiiciendam curavimus, cognosci. Tribus fere annis post maximam illius partem e Codice Coisliniano inseruit Catalogo huius bibliothecae Montefalconius***): atque ante annos non multos novam se opusculi editionem adornare professus est Ioh. Piersonus****), Commentario Claudii Sallierii, Viri clarissimi, instructam. Quod Viri docti consilium diu, fateor, incertum me dubiumque reddiderat, quid facerem: absolveremne meas in Moerida Animadversiones, conscribere enim eas ante coeperam, quam de nova illa editione quidquam audivissem; an inchoatas relinquerem: in primis, quum me destitutum libris scriptis viderem, quibus se usurum ille ostendisset. Sed quia librarii nostri libelli exemplaria flagitabant, facileque intellegebam, nostrum consilium in eo edendo diversum fore, neque omnino nihil sine libris scriptis effici posse: constitui tandem, id quod non aegre laturum esse Virum doctum, quae eius humanitas est, sperare licet, Atticistam, cura mea qualicunque illustratum, iubere prodire: de quo consilio meo restat, ut pauca dicantur.

Placuit autem insistere vestigiis iis, quibus institisse Pavum Valquenariumque in recensendo Phrynicho atque Ammonio videram. Igitur hoc in primis negotii intellegebam mihi datum esse, ut vera ubique et genuina lectio, quoad fieri posset, indagaretur. Quam ob caussam et inspexi contulique diligenter libros omnes, ubi particulas quasdam libelli prolatas vel legissem, vel audivissem: et coniecturas Virorum doctorum studiose, nec sine molestia magna, collegi,

---

*) Fabricius Biblioth. Gr. IV. 35. 4. extr.

**) Recensetur haec eius editio Actt. Eruditt. Supplem. To. VI. Sect. II. p. 49. ff. a Ioh. Christi. Bielio V. C.: cuius nomen adscriptum vidi in eo Actorum exemplari, quod est in museo Menqueniano. Sed nil novi ibi neque observatur quidquam, neque monetur.

***) p. 485—488.

****) Verisimil. II. 3. p. 169.

measque passim adieci. Et quia cognoveram, multa loca corrigi posse e locis aliorum Grammaticorum similibus: neque haec praetermittenda duxi. In primis glossas Hesychianas saepius laudavi. Animadverteram enim, vocabula Attica ibi fere per Ἑλληνικὰ explicari, ut horum glossematum auctoritate lectiones Nostri multae vel confirmari magis, vel reiici certius repudiarique possent. Vocabula ipsa, eorumque significatus varios, auctoritatibus scriptorum multis illustrare et demonstrare visum non est; cum quod id alienum esse proprieque ad Lexicographos pertinere putarem, tum quod a Piersono praestitum iri sperarem, et quod editio adornanda esset non magno parabilis. Atque secundum hoc consilium velim existiment de opera nostra et labore homines docti. Caeterum quum Hudsoni notas addere nostris placuisset: iussimus quoque eius exemplum operas sequi, non ignorantes, multas ibi coniecturas leves, immo falsas, in contextum receptas esse. Sed quia errorum ubique admonuimus lectores: nihil inde periculi timendum Moeridi videbatur.

LECTURIS

S. P. D.

GEORG AENOTHEUS KOCH.

Praeclara clarorum virorum in literas humaniores merita cum a posteris in magno poni discrimine memorique animo agnosci par sit, tum nescio an huic officio pulcherrime satisfiat, si, quae egregie ab illis inventa sunt, explicita atque disputata, ne diutius in oblivione iaceant, quasi in vitam revocari latiusque inde propagari curamus. Etenim, ut memet antiquitatis disciplinae finibus contineam, permulta eademque sat luculenta scripta, quae apud exteras gentes ab indefessis doctorum hominum studiis profecta praeteriti tempora saeculi in lucem protulerunt, tantummodo in paucorum notitiam hodie pervenire negari nequit; cuius rei causam in eo potissimum quaeras, quod rariora omnino sunt et nisi ex bibliothecarum scriniis vix arcessenda, aut, quod fere consequens est, maioris pretii, quam ut a multis coëmi possint. Quare vel is laudem aliquam mereri videtur et ad promovendum bonarum literarum studium aliquid contulisse censendus est, qui in praestantioribus huiusmodi libris, et quorum commodiorem usum aegre desideramus, typis iterum describendis operam collocet atque diligentiam. Nec profecto de segnitie quadam orbis literati in hoc, ut ita dicam, scripta conscribendi studio, quod per se neque laude destitutum est, neque fructu caret, conquerendi ullam nobis nunc quidem adesse causam quivis dies testatur. Imo vereor, ne tota res in peius abierit, id quod omnes probi mecum sentient. Namque cum hodie plerique non famae sed fami scribere videantur, lucri cupidine adducti in veterum libros cum interpretum priorum commentariis denuo a se edendos nulla ratione habita temporum

hominumque, quibus eos destinant, nullo adhibito delectu, desultorum instar certatim involant. Sic, ut in re molesta uno defungar exemplo, Horatius Lambini admodum nuper nova veste indutus prodiit, qui, quoniam multa recte et bene observata in eo invenias, iccirco non erat recoquendus. Nactus est Venusinus poëta post Lambinum tantum numerum explicatorum, ut, quae in illo nobis scitu digna sint, ab his sexcenties repetita videas. Quid quod in una Mitscherlichii editione, odas certe et epodos quod attinet, totum paene Lambinum habeas redivivum? Absit vero, ut hunc vel illum laedere in animo sit, sunt enim clara ceteroquin nomina: rationem ipsam vitupero, et valde optandum est, ut ille infaustus bonis literis impetus paullum compescatur.

Praeter ceteros autem dignus mihi videbatur Moeridis Atticistae libellus, qui praelis iterum committeretur, non quod a tractatae materiae ubertate aut praestantia commendandus sit, nam per est exiguus et supra modum exilis, sed quod homines solidae doctrinae laude florentissimi ad eum elimandum illustrandumque multum laboris impenderint. Quo magis autem innotuit huius libri, tot priorum interpretum virtutibus conspicui, utilitas, quoque maior indies accrevit exemplorum inopia et raritas, eo paucioribus verbis opus erit ad rationes aperiendas, quae ad hancce novam editionem me impulerint.

Moeridis nimirum hoc cum reliquis Atticistis commune est vitium, quod ex manca et subitaria veterum scriptorum lectione, haud raro etiam codicibus eorum deterioribus usus, praecepta sua composuit, quae inde sequitur ut nunc vana et aliquanto mera aegri capitis somnia habenda sint, nunc dubia et incerta, perpauca tantummodo ex omni parte vera. Bonum itaque factum, quod in eius opusculo emendando atque explicando felicissimo successu elaborarunt Hudsonus, Sallierius, Berglerus, et his longe superior Ioannes Piersonus *).

Erat in Piersono innatans quaedam verborum facilitas et beatissima illa ingenii ubertas, qua unice factum est, ut tam

*) De eo quam praeclare senserint Valckenarius et Ruhnkenius, horum scripta documento sunt. Legas illius Diatriben in Euripidis Reliquias, huius ad Timaeum Animadversiones.

brevi temporis spatio, nempe sex lustra nondum emensus vitae satisfecit, perlustratis omnibus fere veteris Graeciae Latiique monumentis antiquarum literarum studia tanto successu amplecti tamque luculenta doctrinae specimina edere posset. Eximiam curam adhibuit in singulorum verborum explicatione et plane singularem diligentiam in rebus grammaticis pervestigandis, in quibus si multa rectius hodie cognita sunt, gratulemur nobis de linguae Graecae studiis per hos quinquaginta annos acrius agitatis. Nunquam vero in his pervulgata tractavit, nunquam ad verba magistri obstrictus fuit. Corrigendi opportunitates non cupide quaerens, nec paucis exemtis praeter necessitatem aliquid tentans, corrupta lenissima ratione sananda, sana ab emendandi libidine iusta interpretatione esse defendenda exemplo suo egregie monstravit et sic fere perfecti Critici formam proposuisse nobis videtur. Permultas in emendationes incidimus aliorum quam Moeridis locorum, saepius brevissime illas indicatas, quarum maxima pars tam aperta est et ante oculos posita, ut legenti rationes ultro se offerant et mutata invidiam paene concitent. Accedit, quod quae ab aliis bene inventa essent, cum veneratione quadam suspexit, ubi reprehendendi causa adesset, verecundiae fines minime violavit neque eo unquam impudentiae prorupit, ut ex aliorum infami detrimento captaret gloriolam. Ea autem, ait Summus Hermannus, maxima est et non interitura laus, non utilem tantum, sed etiam bonum virum esse.

Ad Hudsonum venio, cuius cum hic illic a Piersono mutatas viderem notas, nonnullas adeo plane omissas, ex editione principe eas repetere placuit. Rara diligentia in iis, quae Schlaegerus annotavit, et eadem laus si tribuenda fuisset Sallierio, labore supersedere licuisset summi taedii pleno. Is autem in iis locis, quos e veteribus scriptoribus larga manu affert, singulos libros eorumque capita saepissime perperam indicavit, quin totos Platonis dialogos et ipsos adeo scriptores non semel confudit. Haec igitur omnia, et ubi Piersoni calamus aberraverit, qua maxima fieri potuit cura a me correcta uncis includi satius habui, quoniam homines quídam docti aliis nunquam non diffidentes falsa non minus quam vera oculis usurpare concupiscunt. Sed magis etiam

mirari subit, magnum errorum numerum ex istius observationibus in novissimam operis Stephaniani editionem transisse, unde quisquis demum in Germania librarius Thesauro illo recudendo thesaurum sibi ipsi anquirere gestiat, graviter monendus est, ne spissam illam et incaeduam exemplorum silvam prius transponi patiatur, quam radicitus pars evulsa, pars collucata, alia rectius disposita sint.

Nostra aetate Moeridi multis modis profuere Bastius, Lobeckius, Schaeferus, viri sollertissimi et in paucis, qui veteres Grammaticos gnaviter tractaverint, facile optimi. His accessit, qui ante hos sex annos peculiari dissertatione laudabile in explanandis regulis a Moeride propositis ponere coepit tirocinium, Ioannes Iacobus Tengstroemius*), Bibliothecarius in Academia Aboensi Vicarius, cuius observationes, quoniam nonnullorum interesse scio et propter paucitatem maximam partem integras recipere non dubitavi. Denique non possum, quin negligentiae cuiusdam, ut lenissime loquar, mentionem iniiciam, quam eo aegrius tango, quo peius ipsa audit et quo magis is, qui ei obnoxius inveniatur, etiamsi cetera aestimatissimus sit, propterea vituperandus. Tale autem vituperium in Schleusnerum cadit, qui cum nuper**) Observationes in Moeridem promulgaret, mehercle non cogitasse videtur, easdem se acceptas referre Ruhnkenio et Valckenario, quorum ipsissimis verbis uti haud veritus est. Haec semel indicasse sufficiat. Curae Novissimae in Photium quantopere alienis glorientur bonis, alio tempore ostendam.

Redeo ad candidissimum Bastium. Is igitur quum multis aliis nominibus, tum eo optime de Grammatico nostro meritus est, quod Codicem Sangermanensem sive Coislinianum denuo ad locos quosdam difficiliores adhibuit novamque inde attulit lucem. Idem, cum Parisiis degeret, factum a Tengstroemio, cui etiam Codicis Regii iterum conferendi copia data. Sed perpaucis tantum in locis libros illos ab utro-

*) Observationes in Moerin Atticistam. Publico examini offert Mag. Ioh. Iac. Tengstroem. Pars I. II. Aboae 1824. 4.

**) in Miscellan. critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 535.

que inspectos esse valde dolendum: nam vel in his lectiones erutae egregie comprobant, Codicum Moeridis praesidia a nemine dum ea, qua debuerant, diligentia in auxilium esse vocata. Itaque pergratum mihi fuit, quum Collationem Codicis Vossiani accuratissime a Ioanne Christophoro Wolfio institutam in Bibliotheca incluti Senatus Reip. Hamburgensis asservari auribus meis accideret. Continuo per literas rogavi Virum Summe Reverendum, qui Illustris Ioannei fasces tenet, F. C. Kraftium, ut ipso intercedente illius Collationis usus mihi concederetur. Nec frustra. Kraftius pro eximia sua in bonas artes earumque studiosos voluntate praeter alia multa nunc hoc me ornavit beneficio, ut discrepantem Apographi lectionem, quae exemplari editionis Hudsonianae adscripta erat, diligentissime enotatam humanissime ad me transmitteret. Codicem eundem esse mox perspexi, ex quo varias lectiones cum Piersono communicaverat Albertius. Vide illius Praefat. p. IX. extr. Hoc autem munere quum maiori cum laude functus esse mihi videretur Wolfius*), vel minutissima infra posui, ne ea quidem reiiciens, quae obiter ab eo adspersa essent. In ipso editionis Hudsoni titulo haec adiecta leguntur: „Contuli cum Montfaucon. in Biblioth. Coisliniana et cum Apographo recentiore, quod extat inter MSS. Vossian. in Biblioth. Leidensi. Vossianum non integrum contuli, quia vidi, illud plerumque convenire cum hac (Hudsoni) editione.“ Contulit autem ad usque literam *M.*

Singulare vitiorum genus Moeridi illatum esse videtur propter scribendi quaedam compendia secus intellecta. Nimirum, quod singulis fere articulis additum est *Ἀττικῶς*, in Codd. ubique exaratum invenimus *α*^{τ}, *ἀ*^{τ} et *ἀ*$^{τ^{τ}}$, quae quum et *Ἀττικοὶ* et *Ἀττικῶς* significare possint, loco cuique aptissimum ex serie orationis erit restituendum: quo de dixit aliquoties Bastius ad Gregorium Corinthum, p. 175. 184. 793. 800. et inprimis p. 184. Itaque *Ἀττικοὶ* reponantur oportet pro *Ἀττικῶς* p. 126. v. *Ἐῤῥύπηνα.* p. 337. v. *Τεῦχος.* p. 373. v. *Χρήματα,* id

*) Auctoris nomen frustra quidem a me quaesitum, sed Wolfii manum e literarum ductibus se agnovisse asseveravit mihi Clarissimus M. M. Runkelius, Hamburgensis.

quod verba λέγουσιν Ἕλληνες iure suo postulant. Et eadem fortassis medicina multis aliis in locis adhibenda, ubi sequente Ἕλληνες in priori membro exspectamus Ἀττικοὶ, veluti p. 178. v. Ἰσχίον. p. 229. v. Λογίους. p. 239. v. Μάντεων. p. 240. v. Μειράκια. p. 258. v. Ὀλλύασιν. p. 265. v. Ὄχλον. p. 316. v. Σίαλον. p. 328. v. Σχινδαλμός. p. 333. v. Τριχίδες. p. 335. vv. Ταὐτὸν et Τάριχος. p. 338. v. Ταμίαν. p. 348. v. Φακήν. p. 351. v. Φθοῖς. p. 357. v. Φιδάκνη. p. 360. vv. Φθῶσιν et Φερεφάττα. p. 363. v. Φοιτᾷ. p. 364. v. Φονέα. p. 365. vv. Χοάνην, Χαλκοῦς et Χρυσοῦς. p. 366. vv. Χρῆται, Χρέως et Χλωρὸν τυρόν. p. 367. v. Χανδὸν πιεῖν. p. 369. v. Χλεύη, et fortassis v. Χολήν. p. 370. v. Χλιδή. p. 371. v. Χαμεύνιον. p. 372. v. Χοανεῦσαι. 374. v. Χοᾶ. p. 376. v. Χαλκῆν. p. 377. vv. Χάριν, Χρείη, Χαμαιτύπη. p. 380. v. Ψίαθος. p. 381. v. Ψάλια. p. 387. v. Ὡραία. p. 387. v. Ὡς ἔοικεν. p. 388. v. Ὡς οἷόν τε. Contra in vocabulis Ἕλληνες et Ἑλληνικῶς per compendia scriptis lapsu erat difficilius.

Comites Moeridi adiunxit Piersonus fragmenta duo Herodiani Grammatici, quorum prius Philetaeri nomine inscriptum nihil nisi ex opere eiusdem maiore, cuius infra ad p. 170. mentionem feci, excerptum esse arbitratur I. G. Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Constant. Cephalae p. 65. Alterum plenius atque auctius e Codice Augustano vulgavit postmodo Hermannus in aureo opusculo, quod scripsit de emendanda ratione Gr. Grammaticae, inde a p. 301. hoc indice: Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ περὶ ἡμαρτημένων λέξεων. Cf. eiusdem Praef. p. XV. Eam autem huius fragmenti partem, quae a Pavo iam publicata erat, repeti iussit Lobeckius in praestantissima Phrynichi editione p. 451. sqq. Atque nuperrime diversas quasdam huius Fragmenti lectiones e Codice Parisino descriptas publici iuris fecit Ludovicus Bachmannus in Anecdott. Graec. Vol. II. p. 402. sqq. Ibi si quae sunt melioris notae, ea a Ruhnkenio pridem observata dedit Piersonus: paucula, quae omissa essent, pace Anecdotorum editoris doctissimi editioni nostrae praefixis asteriscis subieci.

Iam mihi quum quid ipse in repetita hac editione prae-

stare voluerim quidve potuerim, aperiendum sit, haud mediocriter sollicitus haereo: nam a me quae addita habes, quam minuti sint pretii, bene sentio. Id ante omnia mihi cavendum fuit, ne libri ambitus temere augeretur. Atque, verba sunt immortalis Wolfii, nostro tempore is quoque gratiam mereri debet, qui aliqua secum servat, quae dare possit, non tantum, qui undecunque congesta cumulando bonis chartulis minime parcendum putat. Et profecto, largam illam rerum grammaticarum materiam uberius tractare, multa ex iis in disceptationem iterum vocare ac de quaestionibus quibusdam spinosis, quas ne nunc quidem ad liquidum esse perductas constat, fusius etiam exponere si animus tulisset, ne maior, quam opus videretur, libelli moles multos offenderet iure erat verendum. Etenim plurima, quae huc pertineant, recentiori aetate summa sagacitáte summoque omnis doctrinae apparatu a doctis hominibus excussa sunt et enucleata: quorum libri quum omnium manibus terantur, nonne aperte acta egissem? Rarius itaque lectores in libros Godofredi amandavi Hermanni, quos nemo non lectitat, rarissime in opera grammatica Matthiae atque Buttmanni.

In ipso opusculi limine saepenumero veteres Grammaticos ex aliquot annis in lucem protractos, quorum larga post Piersoni tempora accrevit seges, consulendos duxi, quoniam ipsa eorum cum Moeride facta comparatio frugifera et quantum inter se dissenserint scitu dignum mihi videbatur. Exemplorum autem in re nota coacervandi consuetudinem ut maxime improbo, item, cum vocabulum occurreret notatu dignum aut explicatu difficilius, commentarios nominavi doctorum virorum, qui in hoc illud accuratius inquisiverint: ipse tamen ad taedium, mihi crede, minuendum latius aliquanto exspatiatus. Alia multa verbo tantum indicata, nonnullis adeo in Indices, ubi aptus cuique reperiretur locus, reiectis, quoniam sic nobis licuit esse brevissimis. Hos autem Indices de integro confectos et longe prioribus locupletiores adieci.

Sed quum iam in eo essem, ut praefandi finem facerem, Fischerum commemorare paene neglexissem, cuius observata, e quibus aliquid utilitatis redundare videretur, huc ut transferrem, movit me voluntas virorum quorundam do-

ctorum, quorum vel uni plus tribuere soleo, quam coniunctis istis, qui, quidquid scripti reliquit Fischerus, fastu nefasto contemnunt.

Scriptum Lipsiae mense Februario CIƆIƆCCCXXXI.

Pag. 1. *Ἄγαμαι Ὑπερβόλου.* Verbi ἄγαμαι, cuius constructionem illustrat etiam van Heusde Sepecim. Crit. in Plat. p. 70. cum solo Genitivo iuncti exemplum luculentum est Aristoph. Av. v. 1752. ed. Invernizz. *Ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς· Ἄγαμαι δὲ λόγων.* et Acharn. v. 495. *Τόλμησον, ἴθι, χώρησον, ἄγαμαι καρδίας.* quae lectio a Dawesio Miscell. Critt. p. 252. (cf. Burgessii Append. p. 469.) frustra tentata, Codice Aristophanis Ravennate confirmatur. Ad locum Symposii Platonici (p. 179. C.), quem attulit Ruhnk. ad Tim. *ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ*, Creuzer in Lectt. Platon. Plotini libro de Pulcr. adiectis p. 524. enotavit varietatem *ἀγασθέντεις τὸ ἔργον*, quae, etiamsi in pluribus Codd. obvia, sine dubio prae exquisitiori locutione reiicienda est. Exempla constructionis cum Ablativo sunt etiam Xen. Cyrop. VI. 4, 9. *ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις*, et Sympos. 8, 29. *ὅσων δὲ ψυχαῖς ἀγασθείης*, ut iure dederunt Zeunius et Schneider pro vulgato antea *ψυχάς*. Cum Ablativo iungitur etiam verbum *ἄγαμαι* in Lex. Sangerm. Anecdott. Bekk. p. 335, 32. ubi pro *ἄγαμαι κεραμείων*, quod dederat e Cod. MS. eundem locum excitans Ruhnkenius, iam legitur *ἄγαμαι κεραμεῖ*. Tengstroem. Add. incerti poëtae Rhes. v. 245. *ἄγαμαι λήματος*. Ruhnken. ad Tim. p. 8. sq. ed. nostr.

Pag. 2. *Ἀὴρ βαθεῖα.* V. Wolf. ad Hesiodi Theog. v. 9. p. 61. 62. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 605.

Ibid. *Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος.* Hudsoni editio habet *Ἀν. που ὁ δῆμος*, non *ποῦ*, quod Piersonus errore posuit. *πᾶς* correxerat etiam I. Chr. Wolfius.

Pag. 3. *Ἀθανάτῳ, ἀγήρῳ, Ἀττ.* Scribendum videtur, ut monuit Hemsterhusius, *Ἀθάνατοι*, cuius vocis cum *ἀγήρῳ*

iunctae exemplum, apud Aristophanem est Av. v. 688. sq. De cetero vox *ἀγήρατος* auctoritate scriptorum Atticorum nequaquam caret. Xenoph. Cyr. VIII. 7, 22. *τάξιν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον.* Memor. IV. 3, 13. *ἀτριβῆ τε καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀγήρατον.* Agesil. 11, 14. *ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν.* Eurip. Iphig. Aul. v. 557. *κλέος ἀγήρατον.* etc. Praeterea, vel e loci Xenophontei, quem primum attulimus, fato, verisimile est vocem *ἀγήρατος* a librariis passim obliteratam fuisse, eiusque loco intrusam vocem *ἀκήρατος*, quae maxime per Platonicorum philosophorum scripta frequentata est (cf. Creuzeri Commentt. Herodott. I. p. 38.). Sic apud Dionem Cass. LII. 35. pro *εἰκόνες ἀκήρατοι καὶ ἀθάνατοι* legendum esse *εἰκόνες ἀγήρατοι καὶ ἀθάνατοι*, e Moeride coniicias. Itidem dubitari posse videtur, an in loco Plat. Legg. V. [p. 735. C.] quem attulit Ruhnk. ad Tim. p. 17., *τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἠθῶν καὶ σωμάτων γένος* pro *ἀκηράτων* legendum sit *ἀγηράτων*, simili iunctura, ac in loco, quem e Xenoph. Memor. paullo ante produximus. Tengstroem. Cf. Goettling. ad Theodos. p. 249. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 349. sq. Wernsdorf. ad Himer. p. 422. Platonis locus nulla eget emendatione; namque *ἀκήρατον* id dicitur, quod integrum atque incorruptum, quod in ipso flore est. Confidenter autem illud repono in Dionys. Perieg. v. 548. — *ἀρετὴ γὰρ ἀγήρατον ἔλλαχε τιμήν*, loco vulgati *ἀκήρατον. τιμὴ ἀγήρατος* et alibi legitur; cf. quae notavimus in Ind. s. v. p. 440. Walch. ad Taciti Agric. p. 480.

Ibid. *Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι.* Inter Addenda ad Aristophanis fragmenta illud exemplum enotavit Porsonus Adversar. p. 280. (p. 248. ed. Lips.) Exemplis locutionis a Piersono allatis adiici potest: *τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν δεῖ*, e Platonis Comici *Νίκαις*, secundum emendationem Elmsleii ad Aristoph. Acharn. v. 385. Cf. Burgess. in Comment. ad Aristoph. Vol. IV. p. 784. not. f). De animadversione Grammatici SGerm. a Piersono citati, iam vulgati in Bekkeri Anecdd., cf. Frommelius in Creuzeri Melett. P. III. p. 157. Tengstroem. Alterum *βούλομαι* plane omisit cum Coisl. et fortassis Apograph. Voss. Hudsonus.

Loco autem prioris *βούλομαι* Apogr. Voss. perperam *βουλόμου*. Ceterum cf. Zonar. T. I. c. 196. et editor.

Pag. 4. *Ἄνθην, Ἀττ.* Eiusdem generis Atticae formae sunt *ἄσκη, αὔξη,* a Moeride ipso infra enotatae, *βλάστη, μάθη,* al. De nostra *ἄνθη* idem quod Moeris observavit Phrynichus App. Soph. p. 12, 30. *Ἄνθη, ἡ ἄνθησις, ὡς βλάστη ἡ βλάστησις.* Nihil in Platone illis formis frequentius. Cf. Hemsterh. ad Thom. p. 127. et Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 90. 126. Eiusdem generis forma est *ὤνη* Plat. de Rep. VII. p. 346, 12. de Legg. VIII. p. 115, 12. p. 117, 3. XI. p. 235, 10. ed. Bekk. Protag. p. 478. ed. Heindf. etc. Xenoph. Vect. 3, 12. Formam *κύρωσις* pro *κῦρος,* quod itidem apud Platonem occurrit, tanquam non Atticam notat Scholiasta Platonis p. 102. Ruhnk. bis. [p. 339. Bekk. cf. Gorg. p. 450. B.] Utrumque tamen habet Thucydides. Neque vero generatim huiusmodi substantiva in *σις* terminata, auctoritate Atticorum carent. Thucyd. I. 69. *καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες.* Xenoph. de Venat. 7, 1. *ἡ γὰρ ὥρα πρὸς τὰς αὐξήσεις τῶν κυνῶν κρατίστη αὕτη.* Cf. Stallbaum l. c. p. 126. Pro *ἄσκη*, quod e Platone Comico excitat, perperam illud improbans, Pollux III. 154. frequentissimum est *ἄσκησις,* ex. c. Plat. de Legg. VII. p. 7, 20. IX. p. 142, 11. Thucyd. II. 39. V. 67. Xen. Hell. VI. 3, 16. Memor. I. 2, 24. III. 14, 3. Oecon. 5, 1. Hipparch. I. 16. *τίμησις* Plat. de Legg. III. p. 318, 6. At posteriori aetate haec terminatio multis nominibus luxurie prava, seu praeter usum veterum, advecta est; unde admonita Grammaticorum. V. Lobeck. ad Phryn. p. 351. Tengstroem. Addo rarissimum *ἄντη* pro *ἄντησις,* quod in lucem protraxit Hermannus ad Sophocl. Electr. v. 137. p. 30. ed. sec. Alia sunt *βόσκη, πάθη.* V. Ast. ad Platonis Legg. p. 146. Valckenar. ad Thom. Mag. in eiusdem, Ruhnkenii aliorumque Epist. ed. Tittmann. p. 151. sq. Abresch. ad Cattier. Gazophyl. p. 27. Animadvv. in Aeschyl. lib. II. p. 338.

Pag. 5. *Ἀμφορέα.* Cod. Coisl. habet vitiose *Ἀφυρέα,* quod in Regio deletum est: uterque *μακρὸν* pro *μακρῶς.*

Quod ad ipsam Moeridis observationem attinet, eam, ut pleraque, quae Atticistae de uno vel paucis speciminibus aiunt, de toto genere valere, vix est quod commemoremus. Alia exempla Accusativi Singul. Substantivorum in ε̄ύς producti exhibet ipse infra p. 192. Cf. VV. DD. quos citavit Matthiae ad Eurip. Hippol. v. 950. et eund. ad Eurip. Alcest. v. 25. Ad pauca a Piersono l. c. enotata exceptionis exempla seu versus poëtarum Atticorum, ubi illud ᾱ corripitur, addi fortasse potest Alexidis Comici fragmentum apud Athen. lib. XI. p. 502. D. V. Porsoni Adverss. p. 132. (115. ed. Lips.) TENGSTROEM. Apogr. Voss. *Ἀφορε··· ἅλυε* (α) *μακρὸν Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλλ.* De re ipsa v. Draco Strat. p. 26, 7. de ultima syllaba correpta Porsonus ad Eurip. Hec. v. 870. p. 66. ed. Lips. tert. Seidler. ad Electr. v. 594. Hermann. ad Herc. Fur. v. 340.

Ibid. *Ἀγυιᾶ, μακρῶς. Ἀττ. ἀγυιά, Ἑλλ.* Cod. Coisl. *Ἀγυιᾶ, μακρῶς τὴν ἐπὶ τέλει, Ἀττ. ἀγυιά, Ἑλλ.* Sic etiam Regius, praeter *ἄγυιᾶ* initio. Locum difficilem emendatu esse iudicat Piersonus. Fortasse legendum: *Ἀγυιὰ — Ἀττ. ἄγυια, Ἑλλ.* Vid. Etym. M. ad vv. *Εἶς* et *Ἀγυιά.* Duker. ad Thucyd. III. 104. Spitzner. Anleit. z. Griech. Pros. p. 20. TENGSTROEM. Apogr. Voss. ap. Wolf. *Ἀγυῖα, μακρῶς, τὴν ἐπὶ τέλος* (ει), *Ἀττ.*

Pag. 8. *Ἀμυγδάλας, θηλ. Ἀττ.* Neutrius *ἀμύγδαλα* ex Hermippo exemplum affert etiam Antiatticista in Bekk. An. Gr. p. 82, 19. TENGSTROEM.

Pag. 9. *Ἀρχαιρεσίας.* Apogr. Voss. omittit *Ἀττικῶς* et mox pro *ἀρχαιρέσια* praebet *ἀρχαιρέσιον.* Auctor *Συναγ. λέξ. χρησ.* in Bekk. An. Gr. T. I. p. 449, 29. Atticos tantummodo plurali huius vocabuli numero usos esse tradit. In locis certe a Piersono citatis ad unum omnibus non *ἀρχαιρεσία* legitur, quod dicit, sed *ἀρχαιρεσίαι.* Singularem tamen servavit Herodotus lib. VI. cap. 59. V. Lobeck. ad Phryn. p. 518. Schoemann. de Comitt. Athen. p. 322. *ἀρχαιρέσια* in Plutarchi editionibus aliquoties occurrunt, sed vix dubitandum, quin altera forma sit restituenda. V. Schaeferi Animadvv. T. IV. p. 347.

*****

Ibid. Ἄσβολος. V. Lobeck. ad Phryn. p. 113. Welcker. ad Hipponactis Fragm. p. 106. Phrynichus Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 17, 22. Ἄσβολος θηλυκῶς λέγουσι, Ἱππῶναξ δ' ἀρσενικῶς. τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀσβολήν. Et auctor Συναγ. λέξ. χρησ. ibid. p. 450, 32. sive ap. Bachmann. Vol. I. p. 150, 19. Ἄσβολος, θηλυκῶς ἡ ἄσβολος· οὐδὲ γὰρ ἀρσενικῶς ὁ ἄσβολος. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· τὰ πλεῖστα γὰρ Ἀποπεπόνηκας. φεῦ, ἰοὺ τῆς ἀσβόλου. De accentu v. Arcad. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 864.

Pag. 10. Ἄλλοθι. Et Coisl. et Reg. revera habent: ἄλλοθι, ἄλλοθεν, ἄλλοσε, Ἀττ. ἀλλαχόθι, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε, καινότερον. in quibus nihil mutandum. TENGSTROEM. Apogr. Voss. pro ἀλλαχοῦ, quod Piersonus dedit, ἀλλαχῇ.

Pag. 11. Ἄνοργοι. Phrynichus in Appar. Soph. ap. Bekk. An. Gr. T. I. p. 3, 24. Ἄνοργοι, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀνόργητοι. Cf. Συναγ. λέξ. χρησ. ibid. p. 406, 11. ἀνόργητος autem quum habeat Moeris et Thomas M. p. 75. inde corrigas Lobeckii dicta in Parerg. ad Phryn. p. 730. ἀόργητος diu notum, illud nuper demum e Phryn. Appar. init. erutum.

Ibid. Ἀπαλλάξονται. Sic revera habet Cod. Coisl. Regius ἀπαλλάξατε, sed eadem manu deinde correctum ἀπαλλάξονται. Talis usus Futuri Medii frequens est apud Atticos. Cf. VV. DD. citatos a Matthiae Gr. Gr. p. 690. etiam Dukerum ad Thuc. VII. 25. Dahl. Gr. Gr. p. 244. TENGSTROEM. De ἀπαλλαχθήσομαι v. Porson. ad Eurip. Phoen. v. 986. p. 74. ed. Lips. tert. Monk. ad eiusd. Hippol. v. 356.

Pag. 12. Ἀπηλάθη. Apogr. Voss. pro ἀπηλάσθη exhibet ἀπηλάθησαν.

Ibid. Ἀπαλλαξείοντες. Solus Regius vitiose ἀπαλλαξέοντες, Coisl. ἀπαλλαξείοντες. TENGSTROEM. Cf. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1214. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 180. Haec autem desiderativa ita explicare Grammaticos notum est, ut verbum ἔχειν iungant adverbiis in τικως desinentibus. V. Schäfer. ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 180. 328. 624. Aliquando sic et posterioris aetatis scriptores loquuntur. Certe Plutarchum

aliquoties *συμβατικῶς ἔχειν* dicere scio, ubi Thucydides *συμβασείειν*.

Pag. 14. *Ἀκροῶ*. Non possum, quin huc transferam Lobeckii verba ad Phryn. p. 360. „Nescio quid glaucomae Piersono alias oculissimo obiectum fuerit, ut Imperativos *ἀκροῶ* et *ἀκρόασαι* non posset dignoscere. Sed aliud aptius huius verbi exemplum expromsit Antiatt. p. 98. *Ἠκροᾶσο ἀντὶ τοῦ ἠκροῶ Ἀντιφάνης Ἐπιδαύρῳ* (*ἠκροάσω* male Koppiersius edidit Observv. Phil. p. 16.). Credo equidem, ex ambiguitate verborum in *μι*, *ἐτίθεσο* et *ἐτίθου*, *ἐπίστασο* et *ἐπίστω*, illum errorem translatione quadam inductum esse.“

Pag. 15. *Ἄπεισιν*. *Ἐλεύσεσθαι* a Tragicis non prorsus repudiatum esse, animadvertit Lobeckius ad Phryn. p. 37. sq. Sine dubio in Platonis Phaedro p. 324. Heind. p. 269. A. legendum est ex emendatione Buttmanni *δίημεν* pro *διΐμεν*, in Xenoph. Anab. II. 3, 11. pro vulgato, in recente etiam editione Upsaliensi recepto, *ὅπως ἀπίωμεν* leg. *ὅπως ἄπιμεν*. (sic etiam ex. c. Aristoph. Vesp. v. 1289. *ὅπως ἴμεν*. Thucyd. VI. 18. *ὅπως ἔπεισι*). Tengstroem. Vid. Schaefer. ad Soph. T. II. p. 323. Elmsleius ad eiusd. Oed. Col. v. 1206. ad Heracl. v. 210. p. 74. ed. Lips.

Pag. 17. *Ἄετον*. V. Elmslei. ad Eurip. Bach. v. 757.

Ibid. *Ἀνίστω*. Reg. *ἀνίστο* vitiose. Sic etiam *ἐξίστω* Aristoph. Acharn. v. 624. *ἐπίστω* Xenoph. Cyrop. III. 3, 32. *ἀνίστω* ex Amipsia enotavit etiam Grammaticus in Bekk. An. Gr. p. 405, 15. Cf. Matthiae Gr. Gr. p. 274. Lobeck. ad Phryn. p. 360. Tengstroem.

Ibid. *Ἄθρους* — *ἀθρόους*. Brunckius ad Aristoph. Acharn. v. 26. „Suidas, inquit, *ἄθροι καταῤῥέοντες, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ*. Idem paullo ante: *ἀθρόους καὶ ἄθρους λέγουσι δισυλλάβως*. At Codd. nostri cum impressis *ἀθρόοι* unanimiter exhibent, quae forma Comico usitata est. Altera nescio an apud eum occurrat praeterquam in versu ex Eustathio (p. 1387, 4.) prolato, Fragm. incert. CXXIX. Nugatur sane Moeris aut eius verba inverterunt librarii, quorum fidem temere, ut mihi videtur, sequutus est Piersonus. Qui Aristophanem fere ubique respiciebat, ex unico Comici loco Atti-

cismi normam statuere non debuit, ad quam longe plures alii se cogi non patiuntur. Adeo falsum est, minus Atticam esse formam trisyllabam, ut in plerisque locis, ubi apud Comicum occurrit, altera per metri legem ne locum quidem habere possit. Nam certo certius est, primam in ἄθροι corripi, quod tum ex analogia liquet, tum ex unico illo, quod modo dixi, exemplo: ἑστῶτας, ὥσπερ τοὺς ὀρεωκόμους ἄθρους. Proinde melior erat priorum Moeridis editionum lectio, cui concinit Thomas Mag. ἀθρόος, Ἀττικοί. οὐκ ἄθρους." Cf. Munck. et Verheyck. ad Anton. Lib. cap. 24. p. 162. Lobeck. ad Phryn. p. 234. Buttmann. Gramm. Gr. ampl. T. I. p. 248. ἀθρόος legas etiam ap. Theocrit. Id. XIII. v. 50. 51. XXV. v. 252. Antip. Sidon. LXIII. Apollonid. XV. Item Plato, Thucydides et Xenophon formam solutam, si bene memini, constanti usu probarunt, quorum exemplum alii secuti sunt; v. Schaef. Praef. ad Pindar. p. VII. sq. ed. Tauchn. De forma ἀθρόος Porsonus ad Hom. Odyss. I. v. 27. T. III. p. 11. ed. Schaef. Moerin autem, quum et alibi vocabulorum formas tanquam Atticas afferat, quarum nonnisi unum specimen nobis innotuit, hic quoque ad exemplum unicum seu rarius respexisse arbitratur Tengstroemius l. c. p. 8. Canonem Dawesianum quod attinet, de potestate liquidarum post tenues et aspiratas, in dubitationem illum a Piersono vocatum, defendendum in se suscepit Th. Burgess. in Append. ad Miscell. Critt. p. 452. laudatus propterea Brunckio ad Aristoph. Thesmoph. v. 169. (175.).

Pag. 19. Ἄφυκτον etc. Forma ἄφυκτος apud Tragicos frequens, ex. c. Aeschyl. Prom. v. 911. 1024. Eumen. v. 765. etc. ἀνάφυξις Plat. de Legg. lib. IV. p. 350. Bekk. (p. 713. E. St.). Sed apud scriptores Atticos neque alterius formae exempla desunt. V. Lobeck. ad Phryn. p. 726. Quae varietas fortasse explicari potest ex usu Praesentis φεύγειν pro φυγεῖν, de quo monuit Heindf. ad Plat. Protag. p. 463. (ἀδικεῖν pro Perfecto, de quo idem ibidem, est etiam in Aristoph. Thesmoph. v. 384.). Tengstroem.

Ibid. Ἀχθήσεται. Ex hoc praecepto Atticistarum Heindorfius in Plat. Hipp. Mai. p. 153. (p. 292. E. St.) pro

ἀχθεσθήσῃ dedit ἀχθέσῃ *), quod vero deinde deseruit in Gorgia p. 205. (p. 506. C. St.) e Codd. retinens ἀχθεσθήσομαι, tanquam in nostris Atticorum libris saepius obvium. ἀχθεσθήσῃ Xenoph. Cyrop. VIII. 4, 10. TENGSTROEM. Cf. Fischer. ad Weller. T. III. P. 1. p. 43. In his et reliquis Platonis locis a Piersono citatis genuinum ἀχθήσομαι nunc quidem e libris MSS. receptum videmus, nec omnino ἀχθεσθήσομαι apud veterum quemquam legitur, quin alterum aut in Codd. revera appareat aut in iis adhuc latere statuendum sit. Hoc sibi persuadeat, cui conferendi otium sit atque copia. Quare non dubito, quin Struvius Gr. Gr. T. I. p. 228. formam ἀχθεσθήσομαι ubique eiiciendam esse recte iudicaverit. In Luciani Hercul. c. 3. etiamnum vulgo ἀχθεσθησομένοις expressum; sed bonum factum, quod Codex Gorlicensis ἀχθησομένοις (f. ἀχθεσομένοις) servavit. Fieri autem facile potuit, ut Grammatici veteres vitiosam librariorum scripturam tanquam formam minus Atticam venditarent.

Ibid. Ἀναβιοῦν. Coisl. et Reg. revera habent ἀναβιῶν, Ἀντ. quod itaque reponendum. Cf. Buttmann. in Mus. Antiq. Stud. I. p. 236. De verbo ἀναβιώσασθαι active usurpato cf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 146. et qui eum ipsum locum Platonis profert, Thomam M. p. 66. TENGSTROEM. Missum faciam Schleusneri commentum in Miscell. Critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 536. Ἀναβιῶναι reponentis propterea, quod Moeris ἀναβιώσασθαι in lingua communi idem valere, quod in Attica dialecto ἀναβιῶναι, h. e. *revixisse*, tradidisse videatur. Hudsoni notulae addas: „Mihi vero locus sanus et integer videtur. Intelligitur Plato Comicus, non Philosophus, cuius fabulam Σκευαὶ Suidas laudat. Unde leg. Πλάτων Σκευαῖς, ἀναβιῶναι κ. λ. neque erit, quod cum Fabricio (Biblioth. Gr. II. 22. p. 746.) reponendum apud Suidam Σκύθαι pro Σκευαὶ censeas." FISCHER.

---

*) Corrigas ἀχθέσει; namque sententiam suam de hac secundae personae forma ad Theaetet. p. 326. propositam rectractavit Heindorfius ad Protag. init., cui Bekkerus aliique accesserunt. Cf. Piers. et Sallierius infra p. 98. b. Non igitur audiendus est Loersius, V. Cl., ad Menex. p. 60. 61.

Σκευαῖς correxerat etiam I. Chr. Wolfius in Indice Edit. Huds. Summam autem inscitiam prodit Toupius Emendatt. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. cum, in quo iam Fabricius peccaverat, *Σκευαῖς* in *Σκύθαις*, quamquam timidior quam confidentior, mutandum esse censet. Nempe error errorem parere solet. Scholiastes Aristophanis ad Av. v. 151. inter alia Melanthium quendam, actorem tragicum, a Platone Comico *ἐν Σκύθαις* exagitatum esse perhibet. Quod ut per se in Platonis fabulam *Σκευαὶ* inscriptam unice fere quadrare videtur, multis aliis de causis Scholiastam *ἐν Σκευαῖς* dedisse atque prava librarii scriptura Toupium defraudatum esse vero simillimum est. Namque, licet negari non possit, aliorum Comicorum *Σκύθαι* saepius memorari, velut Antimachi ab Athenaeo lib. VI. p. 243. C. 247. F. Polluce lib. VII. sect. 59. item Xenarchi ab eodem Athenaeo lib. IX. p. 367. B. X. p. 418. D. Platonis fabulam eiusdem argumenti a veterum quoquam, quorum huc qui pertineant loci, diligenter omnes collegi, laudatum reperire adhuc mihi non contigit. Contra de eius *Σκευαῖς*, quis est, quin saepius audiverit?

Omnino vero fabularum veterum Comicorum nomina quantopere cum a Grammaticis, Scholiastis aliisque id genus hominibus mediocriter doctis, tum a librariis inter se commutata atque adeo corrupta sint, dici vix potest. Ut in Platone consistamus, *Μωμοθήρας* ex fabularum eius catalogo dudum expulit magnus Porsonus. Idem faciam occasione invitante titulo *Πεδηταί*. Scholiastes Platonis in Menex. p. 391. ed. Bekk. ubi de Aspasia, Periclis uxore, sermo est, inter alia haec habet: *καὶ τὸν Λυσικλέα ῥήτορα δεινότατον κατεσκευάσατο, καθάπερ καὶ Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν, ὡς Αἰσχίνης ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ καὶ Πλάτων ὁμοίως Πεδηταῖς.* Ad Platonem Comicum a Bekkero in Indice p. 472. haec relata videmus. Atqui fabulae huiusmodi Platonicae vestigia in veterum pariter atque recentiorum scriptis frustra quaeras et altissimum de ea silentium obtinent, qui titulos diligenter enumerarunt, Suidas T. III. p. 124. ed. Kust. et Andronicus *περὶ τάξεως ποιητῶν* ap. Bekker. An. Gr. T. III. p. 1461. not. Num credamus, unicum Scholiastam nomen istius fabulae nobis reliquisse an errorem suum ipsi relinquendum esse?

Dicam quod sentio. Calliam, poëtam Comicum, argumentum illud tractandum sibi sumpsisse testis est Athenaeus, qui bis eius fabulae *Πεδηταὶ*, sive *Vincti*, diserte mentionem facit, lib. IV. p. 176. F. lib. VIII. p. 344. E. testis est, ut alios mittam, Suidas s. v. Unde mihi suspicio suborta est, Scholiastae verba in hunc undum esse corrigenda: *ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ καὶ Καλλίας ὁμοίως Πεδηταῖς.* Satis audacter, dicat aliquis. Sed ut Platonis scholia saepius descripta et ideo saepe depravata esse nemo harum rerum peritus negabit, ita hoc ipso loco erroris origo haud longe erit arcessenda. Videlicet cum *Καλλίας*, Aeschinis dialogus sic inscriptus, proxime antecedat, eius loco, qui scholia in Platonem philosophum describebat, Platonis Comici nomen infeliciter se obtulisse probabile est.

Prius haec a me in chartulas coniecta erant, quam eandem coniecturam in mentem venisse intellexi Dindorfio maiori Aristoph. Fragment. p. 21. qui *ὡς Αἰσχ. ὁ Σωκρ. ἐν διαλ. Ἀσπασίᾳ* insuper corrigens sic scribere debuisse Scholiastam recte perspexit.

Denique erroris plane ridiculi ansam dedit Harpocration T. I. p. 15, 25. ed. Lips. *Ἀναθέσθαι δὲ ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστιν. — Πλάτων ἐν Ἱππάρχῳ ἢ Φιλοκερδεῖ.* Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 403. miratur neminem vidisse haec Platonis Comici esse et senarium esse rotundissimum: *Οὐκ ἔστι δ' ὥσπερ πεττὸν ἀναθέσθαι βίον.* Hunc igitur latuit veteribus Platonis philosophi dialogum Hipparchum *Φιλοκερδὴς* nomine laudari: in quo illa verba extant.

Pag. 20. *Ἀροῦν.* Formam *ἀροτριᾶν* iam apud Theophrastum apparere, sed semel tantum, ut quasi furtim illata videatur, postea paullisper insuevisse, docet Lobeckius ad Phryn. p. 254. sq. *ἀροῦν* habet etiam Aristoph. Plut. v. 525. Xenoph. Oecon. 4, 15. 16, 11. TENGSTROEM.

Pag. 21. *Ἀεὶ νῶν.* Praecepta Moeridis de vocc. *Ἀροῦν* et *Ἀείνων* in Cod. Coisl. per errorem librarii totidem verbis repetita sunt post *Ἀκρατέστερον* etc. (p. 23.). Priori loco *ἀενάων* (pro *ἀέναον* Piers.), posteriori *ἀεν άων*, spatio vacuo

inter $\bar{\nu}$ et $\bar{\alpha}$ relicto, ubi videtur alterum $\bar{\nu}$ consulto esse omissum a librario haesitante de scriptura. Regius habet: Ἀείνων, Ἀττ. ἀεννάων, Ἑλλ. Scribendum sine dubio est Ἀείνων, Ἀττ. ἀένναον, Ἑλλ. quod patet etiam e Phrynichi App. Soph. p. 22, 16. Ἀείζων, πᾶν τὸ ἀεὶ ζῶν. τοιοῦτον καὶ τὸ ἀείνων καὶ τὸ ἀένναον etc. et Συναγ. λέξ. p. 348, 1. Ἀείνων, τὸ ἀένναον. Illud ἀείνων, seu, ut in editionibus Aristophanis et apud Eustathium expressum est, ἀεὶ νῶν exhibet illius Ran. v. 146. quem in animo habuisse videtur Moeris. Longe frequentior forma ἀέναος seu ἀένναος, ex. c. Arist. Nub. v. 275. ἀέναοι νεφέλαι. Ran. v. 1336. ἀεννάοις κύμασι. Aesch. Suppl. v. 556. τοὺς ποταμούς τ' ἀενάους. Plato Phaedon. p. 238. Heindf. (p. 111. D. St.) ἀενάων ποταμῶν. Xenoph. Hellen. III. 2, 19. λίμνη ἀένναος. Plato de Legg. lib. XII. p. 239. Bekk. (p. 966. E. St.) ἀέναον οὐσίαν. Xenoph. Cyrop. IV. 2, 44. ἀνεναότερον ὄλβον. Agesil. 1, 20. ἀένναον τροφήν. de Vectig. 4, 17. πρόσοδον ἀένναον. Eurip. Or. v. 1285. ὦ Διὸς ἀέναον κράτος. — Scripturae huius vocis per $\bar{\nu}$ simplex favet Heindorfius, sic apud Pindarum, Euripidem, Aristophanem ubivis fere vel scriptum in libris, vel metro postulante scribendum statuens ad Platonis Phaedon. l. c. ubi ἀεννάων retinuit Wyttenbachius p. 87. extr. Cf. Boeckhius ad Pindar. p. 482. s. Tengstroem. V. Schellenberg. ad Antimachi Reliqq. p. 71. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 117. p. 13.

Pag. 22. Ἄπλατον. Grammaticus in Bekkeri An. Gr. p. 425, 7. Ἄπλετον, ἄπειρον. λέγεται δὲ καὶ ἄπλατον. Bene. Vox ἄπλετος reperitur etiam in Platonis Sophista p. 246. C. p. 382. ed. Heind. quem conferas. Vid. etiam Bastii Epist. Crit. p. 45. Tengstroem.

Pag. 23. Ἀκρατέστερον etc. Et Coisl. et Reg. habent κοινὸν pro κοινῶς. Eiusmodi Comparativorum in έστερος exempla sistit Matthiae Gr. Gr. p. 153. Pro ἀκρατώτερον hic ap. Moerin legendum esse ἀκρατότερον (ductum ab ἄκρατος) e Polluce VI. 24. monuit Porsonus. Vid. Schneider. ad Xenoph. Anab. I. 9, 6. Schaeferi Melett. Critt. p. 9. Heindf. ad Plat. Phaedon. p. 237. (p. 111. D. St.) ubi, pariter ac Wyt-

tenbachius p. 87. retinuit στενότερα. TENGSTROEM. Add. Schaefer. ad Pindar. p. V. ed. Tauchnitz.

Ibid. Ἀπολλύασιν etc. Ambo Codices nostri exhibent ἀπόλλυσιν male pro ἀπολλίουσιν. Phrynichi Appar. Soph. p. 8, 12. Ἀπολλύασιν, ὥσπερ δεικνύασι καὶ ὀμνύασιν, Ἀττικῶς ἀντὶ ὀμνύουσι καὶ δεικνύουσι καὶ ἀπολλίουσιν. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 268. Cur vero formam ἀπολλύουσιν apud Xenoph. de Rep. Athen. librariis imputandum esse suspicetur Piersonus, nescimus, cum ille scriptor neque admodum magnam, coram Grammaticis, auctoritatem habeat, et frequentissimae apud eum sint formae ἀναπεταννύουσι, συμμιγνύουσιν, ἀποδεικνύουσιν al. Anab. VII. 1, 17. Hellen. VI. 5, 22. Memor. III. 14, 5. I. 6, 3. etc. TENGSTROEM.

Ibid. Ἀνηλωμένον etc. Et Coisl. et Reg. habent Ἀνηλωμένα, Ἀττ. ἀναλωμένα, Ἑλλ. Ipsius praecepti nomine nihil interesse patet. De eo cf. Matthiae Gr. Gr. §. 166. not. 2. et VV. DD. ibi citatos. Sed cum Moeride faciunt, inscriptionum fide adhibita, Elmsleius et Hermannus ad Soph. Aiac. v. 1028. Conferri potest Poppo Prolegg. in Thucyd. I. p. 226. ἀνηλωμένα Xenoph. Hellen. II. 1, 11. TENGSTROEM. Goettlingius ad Theodos. Gramm. p. 221. „Nunquam, inquit, si recte observavi, in perfecto huius verbi augmentum Attici adhibuerunt. Corrigendus est Moeris." V. Bremius ap. Schaefer. Appar. in Demosth. T. I. p. 496. sq. Multa de his disputare memini, si recte memini, Bergmanum ad Isocratis Areopagiticum.

Pag. 24. Ἄῤῥενα. Apud Aristophanem ubique legitur ἄῤῥην, quod tanquam mollius praevaluit in recentiore Atticismo. Forma ἄρσην, Tragicis usitata, veteri dialecto Atticae et vulgo Graecorum communis erat. Cf. Piersoni Praef. p. XXXVII. Koen. ad Greg. Cor. p. 153. sq. Brunckius ad Aristoph. Plut. v. 166. Poppo Obss. in Thucyd. p. 147. Generatim de iunctura literarum λσ, νσ, ρσ, non in omnibus vocabulorum locis, ac ne eo quidem loco omnibus aetatibus pariter improbata, disserit Lobeck. ad Phryn. p. 214. sq. TENGSTROEM.

Ibid. Ἀνθρωπείᾳ φύσει, Ἀττ. ἀνθρωπίνῃ, Ἑλλ. Haecce observatio, si quae alia, admodum incerta est atque

adeo inepta. Nam praeterquam quod Adiectiva ἀνθρώπειος et ἀνθρώπινος in libris MSS. tam crebro commutata sunt, ut utrum potius eligendum sit, saepissime dubius haereas, praeterea scriptores optimos utramque formam usurpasse certissimum est. Sic illud ipsum ἀνθρωπίνη φύσις a Moeride damnatum Plato tuetur de Legg. lib. IX. p. 854. A. lib. XII. p. 947. E. Epinom. p. 976. E. Xenophon Hist. Gr. lib. VI. cap. 52. Et coniuncta habemus Plat. Sympos. p. 189. D. ἀνθρώπειον γένος et ἀνθρωπίνη φύσις. de Legg. lib. IV. p. 713. C. ὡς ἀνθρωπεία φύσις οὐδεμία ἱκανὴ, τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσα αὐτοκράτωρ πάντα. Cf. Xenoph. Mem. lib. I. cap. 1. §. 12. cap. 2. §. 18. De qua variatione videsis quae dicam ad p. 105. Forma autem ἀνθρώπινος primum Platonem esse usum quo iure contendat Lennepius ad Phalar. Epp. p. 263. nunc quidem definire nequeo. Contra labentis Graecitatis scriptoribus ἀνθρωπεία φύσις haud infrequens, velut Aristid. T. I. p. 31. ed. Iebb. all. De his multi multa. V. Duker. ad Thucyd. lib. III. cap. 40. Wesseling. Observatt. I. 30. Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. p. 14. Fischeri Index in Theophrast. Char. s. v. Heindorf. ad Plat. Hipp. Mai. §. 20. Schaefer. Melett. Critt. p. 2. Poppo Observv. in Thucyd. p. 144. Tragicos formam ἀνθρώπειος, utpote grandiori orationi magis convenientem, alteri ἀνθρώπινος praetulisse edisserit Blomfieldus Glossar. in Aesch. Agam. v. 910. p. 227. ed. Lips.

Pag. 25. Ἀδολέσχης. V. Lobeck. ad Phryn. p. 25.

Ibid. Ἀθήναζε, Ἀττ. ἐξ Ἀθηνῶν, Ἑλλ. Etiam in nostris Codd. sic male scriptum est. Ἀθήναζε Atticis vulgatum. At dixerunt etiam εἰς τὰς Ἀθήνας, ut ex. c. Plato init. Hipp. Mai. εἰς Ὀλυμπίαν Epist. VII. p. 477. Bekk. Cf. Apollonius ap. Bekk. p. 618. Thomas M. p. 14. sq. Gregorius p. 165. sq. De locutione ἐπιχωριάζειν Ἀθήναζε v. Gramm. ap. Bekk. p. 352. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 4. Wolf. ad Plat. Phaedon. p. 7. Tengstroem.

Ibid. Αἰσχυντηλοὶ, Ἀττ. αἰσχυνητροὶ, Ἑλλ. Sic Coislinianus teste Tengstroemio; in Regio Αἰσχυντηλὸς et αἰσχυντηρός.

Pag. 26. *Ἀποκτειννύναι.* Pro ἀποκτιννύειν Codd. Coislin. et Regius apud Tengstroem. exhibent ἀποκτείνειν. Ceterum cf. Schaeferi Appar. in Demosth. T. IV. p. 37. Hermanni Praef. ad Soph. Antig. p. XXIII. ed. tert.

Ibid. *Ἀνοητίαν.* Sic et in Cod. Coisl. et Regio clare exaratum auctore Tengstroemio, non *Ἀνοητίας*, uti Piersonus refert. Cf. etiam Lobeck. ad Phryn. p. 506.

Pag. 27. *Ἀνάθημα.* Turbat haec Zonaras T. I. c. 188. Lobeckius ad Phryn. p. 249. formam citerioris Graecitatis ἀνάθεμα non uno illustrans exemplo apud Plutarchum tamen Pelop. cap. 25. mutari mavult in ἀνάθημα. Ad haec vero Schaeferus in Animadvv. Vol. V. p. 11. „Sane, crepat, magistri docent ἀττικῶς dici ἀνάθημα, ἑλληνικῶς ἀνάθεμα. Sed gravissimus scriptor, si haec decreta legeret, suaviter rideret quidquid est Atticistarum."

Ibid. *Ἀπεῖπα*, *Ἀττ.* ἀπεῖπον, *Ἑ.* Nihil fortasse mutandum. Aoristi formam Ionicam εἶπα, postea Alexandrinis frequentatam (cf. Creuzeri Commentatt. Herodott. I. p. 81.) Atticis scriptoribus non displicuisse ostendit Schaefer. ad Dionys. Halic. de Compos. Verbb. p. 436. εἶπας Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 808. Pers. v. 298. 795. Agam. v. 924. Aristoph. Eccles. v. 538. Acharn. v. 587. ubi Brunckius dederat εἶπες (cf. eundem ad Thesmoph. v. 748.) προσεῖπας in fragmento Comici v. *Χαίρειν* (p. 379.) προεῖπας Xenophon Cyrop. II. 2, 19. εἶπα Philemon ap. Bekker. p. 476, 17. προσεῖπα Eurip. Cycl. v. 101. De imperativi forma εἰπὸν cf. Schneider. ad Xenoph. Memor. III. 6, 4. Lobeck. ad Phryn. p. 348. Eam Aristoph. Eccl. v. 256. adsciscendam urget Dindorfius ad h. vers. Tengstroem. Add. Etym. M. p. 302, 26. Fischer ad Weller. T. III. P. I. p. 89. Sturz. de Dial. Maced. p. 63. Boeckh. ad Pind. Ol. VI. 92. Iacobs ad Anthol. Pal. p. 62. Bornemann. ad Xenoph. Sympos. cap. 4. §. 56. p. 148. De Imperativo εἰπὸν Buttmann. in Exc. I. ad Plat. Menon. p. 70. sqq. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 345. p. 32. Schaef. in Demosth. T. II. p. 476.

Ibid. *Ἀνυπόδητος.* V. Lobeck. ad Phryn. p. 445.

Ibid. Ἁλυκόν. Eundem Aristophanis locum in animo habuisse videtur Grammaticus in Bekk. An. Gr. T. I. p. 383, 20. et fortassis ex aliis Comici locis notavit Phrynichus Apparat. Soph. ibid. p. 80, 14. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 210. not.

Pag. 28. Ἀπέκτονεν — ἀπέκταγκεν. In Codd. nostris legitur, ut edidit Piersonus. In loco Suidae, quem protulit Piersonus: Ἀπεκτάκασι καὶ ἀπεκτόνασι. Μισοῦσι μὲν, ὦ πάτερ, Θράσωνα, ἀπεκτάκασι δ' οὔ. pro ἀπεκτάκασι e Grammatico Bekkeri p. 429, 27. legendum esse videtur ἀπεκτάγκασι, fragmentumque de cetero e Toupii emendatione in Epist. Crit. Opusc. Critt. T. II. p. 28. ed. Lips. ita numeris suis restituendum:

ὦ πάτερ,
Μισοῦσι μὲν Θράσων', ἀπεκτάγκασι δ' οὔ.

De formis ἀπέκτακα, ἀπέκταγκα cf. Lobeck. ad Phryn. p. 36. de forma ἀπεκτόνηκα Bastius Epist. Crit. p. 242. ed. Lips. Exemplis ab hoc laudatis addi potest Xenoph. Hier. 3, 8. τοὺς δὲ τυράννους πολλοὺς μὲν παῖδας ἑαυτῶν ἀπεκτονηκότας, ubi vero Stobaeus praebet ἀπεκτονότας. Tengstroem. Add. Fischer. ad Weller. T. II. p. 250. Thom. Mag. p. 89. Ἀπέκτονα κάλλιον ἢ ἀπέκτεινα. ἀπέκτανον δὲ ἀδόκιμον πάντῃ. Tentat Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seeb. editis Vol. I. P. 3. p. 536. ἀπέκταγκα δὲ ἀδόκιμον πάντῃ. coll. 2 Regg. 4, 12. Cf. Elmslei. ad Eurip. Med. v. 774. p. 211. not. ed. Lips.

Pag. 29. Ἄκναπτον. Gramm. Bekkeri p. 338, 27. Ἄγναπτος, καὶ διὰ τοῦ γ, καὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον τοὔνομα. Cf. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 166. Thesmoph. v. 175. Tengstroem. Ibid. not. 57. Hudsoni annotatio integra est: „V. H. Stephanum de Dialectis Gr., cuius coniectura ex hoc loco firmatur."

Ibid. Ἀωρί. — ἀωρίᾳ. Posterius ἀωρίᾳ Atticis vocabulis annumerat Phrynichus Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 4, 22. et alius Grammaticus ibid. p. 476, 10. νυκτὸς ἀωρὶ habet etiam Theocritus Id. XI. v. 40. XXIV. v. 38.

Pag. 31. Ἀπόλλω. Pro Ἀπόλλωνα ambo Codd. habent vitiose Ἀπόλλονα, quam scripturam exhibet etiam ex. c.

Schol. Aesch. Prom. v. 49. Tengstroem. De Accusativo illo v. Porsonus ad Eurip. Orest. v. 584. p. 57. ed. Schaef. tert. Atticos autem non constanter Ἀπόλλω dixisse, ut ille contendit, docet Hermannus ad Soph. Trachin. v. 208. p. 44. Cf. etiam Hanovius Exercitt. Critt. in Com. Gr. p. 107. sq.

Pag. 32. Ἄχρι. Cf. Herodianus infra p. 409. Idem ab aliis Grammaticis, Thoma M. p. 135. Phrynicho p. 14. sq. verissime, nisi fallor, praeceptum. Quae quondam pervulgata erat opinio, Graecos ἄχρι et μέχρι sequente consona, ἄχρις vero et μέχρις ante vocalem posuisse, peritiores postmodo ita mutandam esse intellexerunt, ut in solos poëtas normam illam quadrare statuerent. Et profecto in Atticis prosae orationis scriptoribus ἄχρι et μέχρι subsequente vocali, tanquam μέχρι ἐνταῦθα, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν, ubique fere e Codd. melioris notae nunc adscitum videmus, alteram formam in eorum scriptis paene obliteratam. In Platone iure primus id fecit Fischerus ad Phaedon. cap. 5. p. 254. et iustis causis motus, Imm. Bekkerus, a quo, quos ad Gorg. p. 137. Heindorfius congessit locos, ii nunc omnes e Codd. emendati sunt. V. Stallbaum. ad Phileb. p. 39. ad Phaedon. p. 183. ad Sympos. p. 128. quidquid contradicat Loersius ad Menex. (quem tamen dialogum a Platonis manu non esse profectum demonstrare nuper aggressus est Goettlingius ad Arist. Polit. p. 328. 329. rationibus usus haud contemnendis) p. 155. Cf. Schaefer. App. in Demosth. T. III. p. 353. T. IV. p. 303. et Animadvv. ad Plutarch. Vol. V. p. 268. 269. Baehrius ad eiusd. Pyrrh. cap. 10. p. 165. In Xenophonte ἄχρις et μέχρις etiamnum hic illic legas, veluti Anab. II. 3, 2. III. 4, 8. V. 1, 1. 5, 4. Hist. Gr. VI. 5, 37. Bornemann. ad Anab. I. 4, 13. p. 41. De Thucydide v. Poppo in Proleg. T. I. p. 215. P. 1. Vol. I. p. 417. sq.

Ibid. Ἀσταφίς. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 453, 27. Koen. ad Greg. Cor. p. 454.

Ibid. Ἀσκαρίζειν. Sic Apogr. Voss. Cf. Phryn. App. Soph. p. 24, 17.

Pag. 33. Αἰαίλουρος. Legendum sine dubio αἰέλουρος. Cf. Brunck. ad Aristoph. Acharn. v. 887. Versum Anaxan-

dridae a Piersono refictum ulterius egregieque emendat Porsonus Adversarr. p. 97. (84. ed. Lips.). TENGSTROEM. Zonar. T. I. c. 66. cum Etym. M. fere concordans: *Αἰέλουρος, ζῶον τοῦτο. — γράφεται δὲ καὶ αἴλουρος.* ubi Cod. Dresdensis priori loco similiter *Αἰάλουρος.* V. Buttmannus Lexilog. T. II. p. 77. Add. Artemidor. lib. III. cap. 11.

Pag. 34. *Ἀρύτεσθαι.* Grammaticus Bekkeri p. 448, 24. *Ἀρύτεσθαι, σὺν τῷ τ̄ λέγουσι, καὶ οὐκ ἀρύεσθαι. Πλάτων Νόμοις· ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος ὅθεν τε δὴ καὶ ὁπόσον καὶ ὁπότε.* Activum *ἀρύτω* habet Plat. Phaedr. p. 253. A. quem locum respiciunt Procli in Alcib. prior. Commentarii p. 26. sq. ubi *ἀρύσωνται* auctoritate Moeridis tuetur Creuzerus. Eadem ratio in formis *ἀνύτω, ἀνύω.* Cf. Gregorium p. 69. ibique VV. DD. TENGSTROEM. Platonis locus a Grammatico ap. Bekk. laudatus est de Legg. lib. I. p. 636. D. *ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος, ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον.* V. Brunck. ad Aristoph. Nub. v. 272. Valckenar. ad Thom. M. in eiusdem, Ruhnkenii et al. Epist. p. 150. ed. Tittmann. inprimis Porsonus ad Eurip. Phoeniss. v. 463. p. 38. sq. ed. Lips. tert. Monk. ad Hippol. v. 209. p. 29.

Ibid. *Ἀπέδραν.* V. Lobeck. in Parerg. ad Phryn. p. 737. Phrynichus Appar. Soph. ap. Bekk. An. Gr. T. I. p. 11, 1. *Ἀπέδραν, ἐκτεταμένου τοῦ ἐπὶ τέλους ᾱ.* Zonar. T. I. c. 274. *Ἀπέδραν καὶ ἀπέδρα χρὴ λέγειν, οὐχὶ ἀπέδρασα καὶ ἀπέδρασεν*

ἔλυσα ἐμαυτὸν, εἶτ᾿ ἀπέδραν μόνος —

καὶ Πλάτων. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα. Versus est Menandri e *Δαιταλεῦσι*, ut Suidas diserte dicit, ultima verba tantum, et vitiose quidem, exhibens. Extrema autem ad Platonem Comicum referenda esse puto. *ἀπέδραν* pro *ἀπέδρασαν* dixit Sophocles Aiac. v. 167.

Pag. 35. *Ἄξομαι.* Futura Activi et Medii in nonnullis verbis apud Atticos promiscue usurpari satis notum; v. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 106. p. 181. Huc referendum esse etiam *ἄξομαι* nostrum et *ἄξω*, Grammaticorum exempla ostendunt. V. Bekk. An. Gr. T. I. p. 413, 1. Unicum in medium proferam Platonis locum ex Hipp. Mai. p. 286. C. *ἀλλ᾿*

ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξεις, ubi Tengstroemius festinans reponi mavult ἄξει. Codices miro consensu ἄξεις suppeditant, eorumque fidem iure secutus est Bekkerus.

Pag. 40. Ἀμόργινον. Idem restituendum Zonarae T. I. c. 155.

Pag. 47. Ἀλίσας. Vox rarissima, neque nisi in Grammaticorum libris nunc obvia. Zonar. T. I. c. 139. ἀλίσας, ἀντὶ τοῦ κονίσας. In Psello ibid. c. CXV. v. 7. pro ἁλίσας rescribendum ἀλίσας.

Pag. 48. Αἱμασιά. V. Ast. ad Plat. Legg. p. 150.

Pag. 49. Ἀμπεχόνιον. Etymol. M. v. et Zonaras T. I. c. 150. hocce servarunt fragmentum: καὶ γὰρ ἦν αὐτῇ ἱμάτια, καὶ περιζώνια (Apogr. Kulenkampii περιζώματα, Etym. περίζωμα), καὶ ἀμπεχόνια δύο. ἀμπεχόνη magis in usu fuisse videtur. Pro Ἑλληνικῶς scribendum κοινῶς aut Moeris gravi errori obnoxius censendus est. Nam λεπτὸν πέπλον ut Euripides dixit in Med. v. 768. (919.) ita λεπτὸν ἱμάτιον apud Atticos non semel occurrit.

Ibid. Ἀποφράδες ἡμέραι. Piersoni diligentiam desideramus. Etenim in verbis ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἐπιτήδειοι vox πράξεις uncis inclusa ab Hudsono: deinde Apogr. Voss. habet ἀπηγορευμέναι δὲ τὰς πράξεις.

Ibid. Ἀργυραμοιβοί. De his accurate egit C. F. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 76.

Pag. 53. Ἀσκάντης. κράββατος Apogr. Voss.

Pag. 56. Ἀφυπνίσαι. Recte sic emendatum. Georg. Lecapenus ap. Matthaei Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 59. Ἀφυπνίσαι, Ἀττικῶς. ἐξυπνίσαι δὲ οὐκ ἔστιν. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 573, 8.

Pag. 59. Ἀμφιμάσχαλος. Χειριδωτὸς κιθὼν legitur apud Herodot. lib. VII. cap. 61. Cf. Pollux lib. II. sect. 151. VII. 58. Zonar. T. I. c. 144. Casaubon. ad Sueton. Caes. p. 72. Compar huic sed rarissimum quodque notatu dignum habuit Ernestus Observatt. Philol. Critt. p. 92. Adiectivum est χειρόδετος, *ad manus colligatus*, formatum ut ἀκρόδετος, Ioseph. Ant. Iud. lib. VII. cap. 8. §. 1.

Ibid. Ἀνακραγεῖν. V. Bastii Epist. Crit. p. 219. sq. ed. Lips.

Pag. 63. Ἅλμην, τὸ etiam Apogr. Voss.

Pag. 73. Ἀκμήν. — ἢ μόνος Ξεν. Sic MS. Coisl. et Apogr. Voss. non accurate id observatum Piersono. Verbis ἀντὶ τοῦ adscripserat I. C. Wolfius: „Pricae. ex Phrynicho legit: haec nota MS. Huds. erat addita. Alberti Obss. p. 106."

Pag. 79. Ἀφροντιστεῖν. Apogr. Voss. Ἀφροντιτιστεῖν. Cf. Zonar. T. I. c. 359. ubi pro ἀμεριμνεῖ scribo ἀμεριμνᾷ.

Pag. 80. Ἀναδάσασθαι — ἀναμερίσασθαι. Apogr. Voss. ἀναμερίζεσθαι. Sed v. Bekk. An. Gr. T. I. p. 396, 6. Zonar. T. I. c. 197.

Pag. 82. Ἀμέμπτους — τοὺς μὴ ἀξίους μ. Illam negationem, quae Codd. omnibus deest, *Pricaeum habere* in margine Apogr. Voss. notatum vidit I. C. Wolfius.

Pag. 83. b. v. penult. Integra Hudsoni nota sic se habet: „Ita legendum coniicio ex Scholiaste in Aristophanis Ἱππεῖς v. 262. In MS. voci Ἀδδηφ." etc. Ad quae Fischerus: „Totum locum ita restituit Hudsonus haud dubie non tam ex ipso Scholiaste, quam e Suidae verbis his: ἀγκυρίσας, ἀντὶ τοῦ καταπαλαίσας: quae tamen, ut Kusterus ad eum locum scienter observat, petita sunt e Schol. Aristoph. d. l." Cf. Zonar. T. I. c. 36.

Pag. 89. Βαλλάντιον. De scriptura omnia congessit Bornemannus ad Xenoph. Symp. cap. 4. §. 2. p. 100. Cf. Schaeferus Animadvv. ad Plutarch. Vol. V. p. 351.

Pag. 92. Βρύκειν. I. C. Wolfius ad haec: „Affert Spanhem. T. I. p. 117. de Numis." Hermannus ad Sophocl. Philoct. v. 735. p. 133. etsi verba βρύκειν et βρύχειν origine unum sint, usu tamen aliquid discriminis invaluisse statuit, et hoc quidem *frendere*, illud *mandere* significare.

Pag. 96. Βαλβῖδες. — βαλβῖδ' ἀπόδος, θέτε πόδα παρὰ πόδα etc. Ita Piersonus postrema haec verba ex emendatione Salmasii et Valesii constituit, quoniam meliora dare ipsi tum non licuit. Codices, quos inter Apogr. Voss. βαλβῖδα ποδὸς auctore Wolfio praebet, neque vero πόδας, uti

Piersono visum, manca partim, partim depravata ea exhibere quivis videt. Duumviri autem illi verum ex aliqua parte ut assecuti sint, valde vereor. Dicebantur *βαλβίδες*, ut in pauca conferam, curriculi carceres sive cancelli, quos veteres ita descripsisse traduntur, ut lora duobus alligarent fustibus, quibus cursores arcerentur in stadio, ne prius, quam signum datum esset, currerent. Accuratiorem huius rei notitiam debemus Zonarae T. I. c. 373. *Βαλβίδες, τὰ κάγκελα, ἡ ἀφετηρία καὶ ὁ καμπτός. ἤγουν ἡ ἄφεσις τῶν δρομέων. ἔστι δὲ δύο ξύλα, ἀφ' ὧν σχοινία διατείνεται. ἀφ' ὧν βαλβίδων ἐξέτρεχον οἱ ἀγωνιζόμενοι.* Aliter Scholiastes Apollonii Rhod. in lib. III. v. 1272. *βαλβὶς δὲ γραμμή τις, ᾗ ἐπιβαίνουσιν οἱ δρομεῖς.* Cf. Schol. Eurip. in Med. v. 1212. *βαλβὶς κυρίως ἡ τῶν δρομέων ἄφεσις.* Sophoclis in Antig. v. 130. p. 539. ed. Brunck. *βαλβὶς δὲ καὶ ἀφετηρία, ἡ ἀρχὴ τοῦ δρόμου.* Deinde ad alias res vocabulum *βαλβὶς* metaphorice translatum videmus. V. Musgrav. ad Sophocl. Antig. v. 131. Iam vero alter Oedipus sit qui mihi extricet illa *βαλβίδ' ἀπόδος* et *θῆτε πόδα καρὰ πόδα* quomodo cum antecedentibus apte congruant demonstret. Equidem dixisse Lycurgum constat *ἀγῶνα ἀποδιδόναι* c. Leocr. p. 240. Reisk. ubi perficiendi notio involvitur, nec alios similiter locutos esse negaverim: at quid inde lucramur? Sensit difficultatem, neque tamen sustulit, ingenium illud ad emendandum promtissimum, Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. Is igitur *βαλβίδι πόδα θέντες* (vel *θέτε*) *παρὰ πόδα* ludens de vera vocis *βαλβὶς* potestate ne somniavit quidem. Ipse depravatis qua ratione medear, in praesenti non habeo.

Pag. 97. *Βωμολόχος.* Optime explicuit C. F. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 122. Ultimam vocem *ἐπαίτης* temere suspectam habet Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. *ἀπατεὼν* eius loco substituens. Scilicet Hesychius s. v. ita explicuit, cui accedit nunc Zonaras T. I. c. 413. *βωμολόχοι, ἀπατεῶνες, πανοῦργοι.* Sed *ἐπαίτης* aeque bonum. De Pherecratis versibus a Piersono allatis v. Porsonus ad Eurip. Phoeniss. v. 1422. p. 102. ed. Lips. tert.

******

Pag. 99. *Γεννηταί.* Bis ita Apogr. Voss. Dein *τὸ παλαὶ δὲ κεκόσμητο δίχα,* et *οὗτοι δὲ πάλιν διῄρ.* Reliqua Piersonus indicavit. Ceterum nota 5. prior Hudsono tribuenda, cuius nomen per errorem excidit.

Pag. 100. *Γέλων.* — *Ἑλληνικῶς* prae *κοινῶς* praefert etiam Apogr. Voss.

Pag. 101. *Γρίφοι. προβαλλόμενα* etiam in Apogr. Voss. exaratum.

Pag. 102. *Γραῦς, πληθυντικῶς, Ἀττ. γραίας, Ἑλλ.* Pro *γραίας,* quod Piersono placuit, e Codd. MSS. et Thoma M. p. 195. *γραῖαι* reponendum videri posse ait Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. v. 1026. at vulgatam lectionem *γραία* tueri Etymol. M. *γραῦς, Ἀττικῶς, ἡ παλαιὰ γυνή.* Addo nunc Zonaram T. I. c. 453. *γραῦς καὶ κλίνεται γραός· ἔστι καὶ ἡ γραία, τῆς γραίας.*

Ibid. *Γλαμῶσα, Ἀττ. λημῶσα, Ἑλληνικῶς. κοινὸν, ἀμφότερα.* Ita hunc articulum constituit Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. Fortassis recte.

Pag. 104. *Γαλῆ.* Apogr. Voss. *Γαληά,* et mox *γαλέα.*

Pag. 105. *Γραμματοκύφωνα — περίτριμμα ἀγορᾶς.* I. C. Wolfius: „*περιτρημα* MS. d. adscriptum erat: *ἴσ. περίτριμμα.*"

Pag. 106. *Γέλγη* etc. Apogr. Voss. *Γένη καὶ γεγοπάλις, Ἀττικῶς. Ῥωπος* (sic) *καὶ ῥωποπόλης, Ἑλλ.* Luciani locum, quem tetigit Piersonus, inquinavit Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 106. corrigendo *ἐπὶ τὴν γέλγην ἀπαντᾶν,* ut locus indicetur, ubi *γέλγη, scruta* sive *frivola* venduntur. Nempe *ἡ γέλγη* Graecis fuisse inauditum ignorabat.

Pag. 107. *Γυμνάσεται.* Apogr. Voss. *Γυμνάσηται.*

Pag. 108. *Διωκάθειν.* Hudsonus non *Ἀττικῶς,* sed *Ἀττικῶν* dedit. Paullo post in verbis *καὶ Ἰώνων* particulam non agnoscit Montfauc. in Bibl. Coisl. Ceterum prorsus nova est Elmsleii sententia ad Eurip. Med. v. 186. p. 106. ed. Lips. proposita, omnes istas verborum formas in *αθειν* meros esse aoristos atque scribatur oportere *εἰκαθεῖν* etc. Quod quidem inventum Buttmannus tacite improbasse mihi videtur

neque Hermanno ad Soph. Antig. v. 1083. p. 256. ed. tert. et ad Oed. Col. v. 1019. p. 204. de probabilitate eius persuasum esse video. Etenim cum certi stent atque firmi similes praesentis temporis Infinitivi τελέθειν, μινύθειν aliique, ut μινύθουσιν Sophocl. Oed. Col. v. 692. satis probat, profecto non est, quod de illis in αθειν dubitemus.

Pag. 110. Διαγράφειν — Πολιτικῶν γ'. Sic etiam Apogr. Voss.

Pag. 112. Δεδιηκόνηκα, Ἀττ. διηκόνηκα, Ἑλλ. Sic Moeridem scripsisse arbitratur Valckenarius Diatr. in Eurip. Reliqq. p. 278. c. sive 289. ed. Lips. propterea quod infra annotatum sit: Πεπαρῴνηκεν, Ἀττ. παρῴνηκεν, Ἑλλ. atque Hesychius habeat Δεδιηκόνηκεν. Rem expediit Piersonus.

Pag. 115. Διαβιβῶ. Add. καλῶ Eurip. Ion. v. 1155. γαμῶ, quod illustrat Bornemannus ad Xenoph. Symp. cap. 1. §. 15. p. 59. cap. 9. §. 7. p. 222. Alia v. ap. Kidd. ad Dawesii Miscell. Critt. p. 117. 132. 603. Buttmann. Gramm. mai. T. I. p. 403.

Ibid. Δυσωπεῖσθαι. Ubi praeclaram C. F. Hermanni observationem in Lucian. de conscrib. hist. p. 251. legeris, nihil ultra requires.

Pag. 117. Δεικνῦσι. V. Goettlingius ad Theodos. Gramm. p. 211. Schaefer. App. in Demosth. T. IV. p. 455. et de sequenti Δρύφακτος idem ad Plutarch. T. V. p. 38.

Pag. 119. Διανεκεῖ λόγῳ. In Platonis Hipp. Mai. hanc formam, quae Attica fuisse videtur, cum optimi libri, tum Scholiastes p. 394. ed. Bekk. praeferunt. Reposuit eam Blomfieldus etiam in Aeschyli Agam. v. 310. Sed loquitur ibi chorus. Ipsa vocis origo nemini ambigua esse potest, qui ad ἠνεκὴς et ἤνεγκα recedere velit. Tamen fefellit Blomfieldum, in etymo διά et ἐνείκω, *fero*, acquiescentem (v. Glossar. eius p. 212.), quod praeter alia memorat Zonaras T. I. c. 528. rectius certe ἐνέκω exhibens.

Pag. 122. Δένδροις. Georg. Lecapenus ap. Matthaei Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 61. τοῖς δένδροις μὲν γράφεται κοινῶς, τοῖς δένδρεσι δὲ Ἀττικῶς. V. Intpp. ad Greg. Cor.

p. 61. sp. Bast. Epist. Crit. p. 185. sq. ed. Lips. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 369. Coraës ad Heliodor. p. 132. De poëtis quid statuendum sit, docet nos Hermann. ad Soph. Antig. v. 709. p. 166. ed. tert.

Pag. 124. b. Confusionis vocc. *αἴσχιστος* et *ἔχθιστος* exempla dedit. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 1042. Elmsleius ad Med. p. 317. not. ed. Lips.

Pag. 128. a. In Scholiasta Aristophanis et Etymologo pro *βλάψαι* vel *βάψαι*, quod multis defendere studet Tittmannus ad Zonar. T. I. c. 602. cum Lobeckio in Aglaopham. T. I. p. 632. not. *n.* malim *θάψαι.*

Pag. 128. *Ἐφεστρὶς — καὶ πύρκην.* Apogr. Voss. *πύρκὴν* (sic), ex adverso tamen *πορκὸν* scriptum. Quod in fine legitur *κολύμην*, mihi non satisfacit: nam de vestibus quum ante dictum sit, nomen nunc exspectamus, quod proximis *σέλα* et *ἀστράβη* certe aliqua ex parte respondeat. Ceterum v. Bornemann. ad Xenoph. Symp. cap. 4. §. 38. p. 136.

Pag. 130. *Ἐῤῥηφόροι.* „Accusativum *δρόσον* Sallierius et Piersonus ferri posse negant; quibus adsentiens Kulenkampius ad Etym. M. p. 762. *τὴν πομπὴν τελοῦσαι* emendat. Sed *δρόσου* nomine ille (Moeris) sine dubio inferias intelligi volebat, quas ut ceteris heroibus heroinisque, ita etiam Hersae datas esse credi par est; recteque sane Grammaticus *Roriferas* ab eo quod ferrent dictas existimat, non ab ea cui ferrent; neque incommode illam adsperginem, qua mortuorum monumenta irrorarent, antiquo sermone *rorem* vocari sumsit.“ Hancce eximiam Lobeckii observationem ex Aglaopham. T. II. p. 872. quin integram huc transscriberem, eo minus dubitavi, quo simplicius difficillima illa quaestio nunc ad liquidum perducta est quoque facilius alia huc pertinentia (ex. c. Zonar. T. I. c. 866. *Ἐρσηφορία, δροσοφορία*, ubi haesit editor) poterunt explicari. Quanto intricatiora autem protulit Odofr. Muellerus in libello de Minerva Pol. p. 15. qui *ἔρσας* vocatas esse existimat frondes recentes et ramusculos, et hoc esse mysterium illud, quod Arrhephorae sub exitum muneris ex aede Minervae in specum sacram intulisse dicantur, successuris reportandum. Fontem huius explica-

tionis indicat Pausaniam lib. I. cap. 27. Sed fraudulentam rei imaginem inde nobis proposuit vir ingeniosissimus: nam in nostris Pausaniae editionibus de ramulis *οὐδὲ φεψάλυξ*.

Pag. 134. *Ἐλῶ*. Cf. Hermann. ad Soph. Oed. Col. v. 1454. p. 286. Hanovius Exercitt. Critt. in Comic. Gr. p. 116. sq.

Pag. 141. *Εἰς Διονυσίου, Ἀττ.* Hanc loquendi rationem, Graecis omnium maxime celebratam, multi viri docti praeter eos, quos Piersonus in medium protulit, exemplis illustrarunt. V. Intpp. ad Lucian. Hermot. c. 32. p. 827. ed. Hemsterh. ad Amor. §. 44. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. lib. I. cap. 24. Olear. ad Philostr. V. A. lib. II. cap. 27. extr. Duker. ad Thucyd. lib. III. cap. 106. Fischer. ad Weller. Vol. III. P. I. p. 255. P. II. p. 158. 159. Reiff. ad Artemidor. T. II. p. 298. sq. Kuster. ad Aristoph. Nub. v. 420. (443.) Iensius Lection. Lucian. II. 2. p. 140. Bos. Animadvv. p. 8. Vechner. Hellenol. p. 70. sq. ed. Heus. Bergler. ad Alciphr. lib. III. ep. 64. Heusinger. ad Plutarch. de puer. educ. cap. 11. p. 94. Heynius in Homer. T. VIII. p. 659. Porsonus in Maty's Rev. p. 67. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 1222. p. 127. ed. Lips. In huiusmodi locis fere omnibus *δόμον*, vel *οἶκον*, vel *γυμνάσιον*, prout aptum cuique loco videatur, supplent. Apud Latinos scriptores ellipsin illam, qua *aedes* vel simile quid omissum esse volunt, non ita frequentem dixeris. Terent. Adelph. IV. 2, 43. *ubi ad Dianae veneris, ito ad dextram.* Cic. ad Divers. VIII. 4. *Sed cum Senatus habitus esset ad Apollinis.* pro Mil. cap. 33. *cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt.* Alia dedit Ramshornius Gr. Lat. mai. p. 708. ed. pr. Haec satis trita. Minus recte autem linguae nostrae indolem perspexisse videtur Riemerus, quem et alii temere secuti sunt, in Lexico Graeco s. v. *εἰς* conferens vernacula *zu Kantor's, zu Pachter's gehen* et quae sunt id genus alia: nam in his minime de secundo casu singularis numeri, sed de tertio plurali cogitandum esse vel inde apparet, quod totam familiam complectentes dicimus *Richters ihr Haus, die Müller's sind brave Leute* etc.

Pag. 144. a. b. De verbis *ἀπεμπολεῖν* et *διεμπολεῖν* similibusque acute, ut solet, disputavit Lobeckius in Parerg.

ad Phryn. p. 584. unde apparet, veteres Atticos illis formis abstinuisse. Errorem, quo homo quidam doctus διεμπολήσομεν in Euripidis Bacch. v. 512. ad Infinitivum διεμπολεῖν retulit, posteriores iidemque peritiores huius fabulae interpretes correxerunt. Cf. praeter eos, quos in Indice nominavi, Schaefer. Melett. Critt. p. 85. Iacobum ad Luciani Tox. p. 102. Sed recentiores quum ita omnino locuti sint, Piersonus Hesychii glossam Ἀπεμπολεῖ non mutare debuerat in Ἀπεμπολᾷ.

Pag. 150. Ἐπηλυγαζόμενός — λύγη γὰρ ἡ σκιά. Adscripserat I. C. Wolfius: „ἠλύγη. V. Wasse ad Thucyd. p. 402. Adde Dukerum."

Pag. 157. a. ἀναζωπυρεῖν notione *revalescendi* figurata legas apud Plutarch. Timol. cap. 24. οὕτω δὲ τῆς πόλεως ἀναζωπυρούσης καὶ πληρουμένης.

Pag. 158. Ἦν, Ἀττ. ἤμην, Ἑλλ. I. C. Wolfius: „Ἦ, Ἀττικοί. ἤμην, Ἕλληνες. Ita Montfauc. Vide in Ἦν, quo omne pertinere puto." Cod. Coisl. ἦ, cui lectioni non defuturos esse patronos vere praevidit Piersonus. Platoni permultis in locis illam veteris Atticismi formam reddidit Bekkerus, Codicum auctoritate nisus. V. Heindorf. ad Protag. p. 310. E. Quid? quod Elmsleius apud tragicos poëtas in prima persona ubique ἦ scribendum esse iubet? Sed de tota hac quaestione omnes norunt certius aliquid attulisse Hermannum in Praefatione Sophoclis Oedipo Regi praemissa, cui paucula adiecit in annotatione ad Eurip. Alcest. v. 665. De communis Graecismi forma ἤμην nonnulla invenies ap. Valckenar. Opusc. T. II. p. 293. ed. Lips.

Pag. 159. Ἤδη. V. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 35.

Pag. 161. Ἤμελλον. Arctius haec definit Scholiastes Apoll. Rhod. ad lib. I. v. 1309. Ἰστέον δὲ, ὅτι οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ ε̅ ἀρχομένους παρατατικοὺς τῷ η̅ γράφουσιν, ἤμελλον, ἠβουλόμην, καὶ τὰ ἑξῆς. Sed alterum quoque apud Atticos saepenumero inveniri satis notum: quin utrumque, ἐδυνήθη et ἠδυνήθη, in uno eodemque loco Xenophontis se offert, Cyrop. I. 1, 5. Scilicet Graeci,

cum brevi intervallo idem repetendum esset verbum, tali variatione delectabantur.

Pag. 162. Ἠνέσχετο. Formam Graecis revera inauditam ἠνεχόμην, quam Piersonus nihil mali suspicans offert Sophocli, Aristophani atque Platoni (cuius in Charmide ἠνέχετο vitium est Editionis Francofurtanae typothetae commissum), magno consensu exploserunt Porsonus in Supplem. Praef. ad Eurip. Hecub. p. XIX. sq. ed. Lips. tert. Erfurdtius ad Sophocl. Antig. v. 463. p. 105. ed. Herm. tert. Reisigius Coniectt. p. 217. sq. et nuperrime Rudolphus Hanovius Exercitt. Critt. in Comicos Gr. Lib. I. p. 104.

Pag. 163. Ἥττω. Pro Ἑλληνικῶς h. l. reponendum esse κοινῶς sive κοινὸν, quod Hudsoni editio occupat, corrigens monuit Piersonus p. 353. b.

Pag. 165. Ἡμωδίαν — αἱμωδίαν. Codicis Reg. et Coll. Gron. lectio ἁμμοδίαν non ita spernenda est, siquidem Matthaeum Lectt. Mosqq. Vol. II. p. 82. audimus. Eadem fere ratione in Hermog. p. 406. αἱμωδεῖν, ἁμωδεῖν Codex Lipsiensis praebet ἀμμωδεῖν, quod et Hesychio reddere tentat Matthaeus. Cf. etiam Zonar. T. I. c. 82. 91.

Pag. 169. Θερόμενος. θερμαίνειν Platonis est Phaedr. p. 268. A.

Ibid. Θαλοῦ, τὴν γενικήν. τῆς γενετικῆς annotaverat I. C. Wolfius; unde, iam nescio.

Ibid. Θοίνη — θοίνα. Pertinet huc locus Phrynichi Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 66, 33. Τόλμη καὶ τόλμα, πρύμνη καὶ πρύμνα, νάρκη δὲ διὰ τοῦ η̄. Recentiores formae fuerunt etiam πρίμνα, μέριμνα, λίμνα. V. Elmslei. ad Eurip. Heracl. v. 19. et Iphig. Taur. v. 118. Hermann. ad Soph. Philoct. v. 480. p. 87. Alia exempla suppeditabit Lobeckius ad Phryn. p. 331. ubi lenissimum viri egregii errorem ut corrigamus, paucula nobis speciminis causa expromere liceat ex Appendice Observationum in Timaei Lexicon Platon., quae proelo iam subiecta propediem in lucem prodibit. Timaeus igitur p. 117. ed. nostrae Θέρμη, ὁ πυρετός. Ruhnkenius scriptum fuisse suspicatur θέρμα, afferens ex Theaeteto p. 178. E. οἷον θέρμα· ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης etc.

Hunc autem Platonis locum aut negligentius inspexit Ruhnkenius, aut tacite correxit. Nempe pro *θέρμα*, quod in eo se reperisse dicit, omnes Codd. et Editt. exhibent *θερμὰ*, h. e. *θερμότητες*, quod nos diceremus *Zustände der Hitze.* Utut est, a Ruhnkenio in errorem se induci passus est Lobeckius l. c. cum scriberet: „Si nostris editionibus standum est, de Platone aliter se habet, nam in Theaet. p. 129. E. (Ed. Laem.) *θέρμα* legitur, sed *θέρμαι* Timaeus h. l. invenisse videtur.“ Atqui *θέρμαι* in Platone Timaeum legisse credibile non est, quum glossa ad Thucydidem referenda sit, quem aliquoties glossographum respexisse in aprico est. Praetermissis iis, quae Lobeckius de v. *θέρμη* disseruit, apprime huc spectat Heliodorus Aeth. VIII. 13. *πυρετοῦ τινος ὥσπερ θεηλάτου τῆς προτεραίας ἐνσκήψαντος καὶ θέρμης ὀξείας ὑποδραμούσης.* Nec abs re erit commemorasse Plat. Phaedon. p. 105. C. ubi *θερμότης* et *πυρετός.* Ad Moeridem propero. Quod hic dicit Piersonus, Eustathium in mente habuisse locum Herodiani in Philetaero: *ὁμίχλη, οὐχὶ ὁμίχλα* etc. levi indiget correctione. Certiorem fontem, unde hauserit ille, aperuit nobis I. G. Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Gr. p. 65. sq. dico Herodiani librum *Ζητουμένων κατὰ κλίσιν παντὸς τοῦ λόγου μερῶν* apud Bandinum in Bibl. Laurentiana T. I. p. 146. ubi haec scripta: *ἔτι πλημμελοῦσιν οἱ λέγοντες τρίγλα καὶ κίχλα, καὶ ὁμίχλα, δέον λέγειν διὰ τοῦ η̄ τρίγλη, καὶ κίχλη, καὶ ὁμίχλη. οὐδὲν γὰρ ὄνομα θηλυκὸν τῷ λ̄ παραληγόμενον εἰς ᾱ, ἀλλ᾽ εἰς η̄, ὥσπερ πύλη, πύλης, κρωβύλη, κρωβύλης, ἀρβύλη, ἀρβύλης. οὕτως ἐροῦμεν καὶ ταῦτα.*

Pag. 172. b. *θρέξας* Plutarchi est. V. Schaef. Animadvv. T. V. p. 44.

Pag. 174. *Θάῤῥος.* A I. C. Wolfio haec adscripta: „Affert Spanhem. de Numis T. I. p. 105.“

Pag. 176. *Ἴκταρ.* Hudsonus *οὐδὲ ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ* (male in Edd. *σκόπου*) *γίνεται* suppleverat ex Eustathio ad Odyss. *Ψ.* p. 1936, 17. notante Alberto ad Hesych. T. II. c. 39. Cf. Steph. de Dial. Gr. p. 227. A. Schott. ad Zenob. V. 55.

Pag. 180. *Ἰλιγγιᾶν.* De h. v. cuius usus latius patet,

exquisita est Piersoni commentatiuncula. Dicuntur etiam ii ἰλιγγιᾶν, qui novae ac subitae alicuius rei admiratione defixi tenentur. V. Iacobsius ad Achill. Tat. p. 565. et Iacobus ad Luciani Tox. p. 106.

Pag. 187. Ἴτρια, πλάσματα λεπτά etc. Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 409. ed. Oxon. pro πλάσματα scribi mavult κλάσματα. Quidni potius, si hariolari licet, πλατύσματα? Sed nihil mutandum esse nos docent vel reliqui veteres Lexicographi inter se collati. Sic Photius c. 90. ed. Herm. Ἴτρια, καπυρώδη πλάσματα, et pari fere modo Suidas in v., Zonaras T. II. c. 1131. Etymol. M. p. 479, 40. Hesychius, Cyrillus ap. Tittmann. ad Zon. T. I. c. CVIII. In gravi mendo cubat auctor Συναγ. λέξ. χρησ. in Bachmanni An. Gr. Vol. I. p. 264, 21. Ἰτρία, τὰ καπυρώδη τραύματα ἢ πλάσματα. Confidenter corrigo καπ. τρίμματα, nam de τραγήματα quo minus cogitemus, multa prohibent. Sed longe atrociora huic libello inflicta sunt vulnera, quae eadem facilitate possint sanari. De accentu vocis ἴτρια, admodum ille incertus est, quum ab aliis ut modo scripsi, a quibusdam ἰτρία pronuntiatum esse constet, quam posteriorem rationem ab eruditis hominibus nunc iure praeferri videmus. V. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 1092.

Pag. 194. a. Rhiani Epigr. invenias ap. Iacobs. Anthol. Gr. T. I. p. 231. carm. VI.

Pag. 194. b. In Platonis Sympos. p. 212. C. ex optimis libris κρουομένην pro κροτουμένην nunc receptum est. Cuius paullo post mentio facta est Leonis s. Leonidae Epigramma integrum legas ap. Iacobs. l. l. T. I. p. 155. carm. I.

Pag. 195. a. v. 8. inf. Locus Scholiastae Nicandri in Ther. est ad v. 861. p. 118. ed. Schneid.

Pag. 195. Καθεδεῖ. Multa de Futuro καθεδοῦμαι congessit Fischeri diligentia ad Weller. T. III. P. I. p. 113. Add. Diog. Laërt. Aristipp. lib. II. §. 72. Utramque formam iunxit Plato Lys. p. 207. A. ἐκαθεζόμεθα — παρακαθιζησόμενος, et Charmid. p. 153. C. καθιζόμενος, καθίζει, παρακαθεζόμενος. Graecos enim, si idem nomen brevi intervallo

repetendum esset, genera, ubi usus id admitteret, plerumque variasse multis ostendit Lobeckius in Addend. ad Phryn. p. 762. Nec etiam in formis verborum similem varietatem evitasse reperiuntur, ut argumento sunt Platonis loci modo allati, quibus addo de Legg. lib. XII. p. 286. ed. Bekk. ubi *ῥιφέντες* — *ῥιφθέντες*. ibid. p. 305. *κεκτημένος* — *ἐκτημένος*, ut revera erret Heindorfius ad Theaetet. p. 471. et ad Protag. p. 572. Huic mori poëtae aliquando indulserunt, velut Aeschylus Sept. c. Theb. v. 1038. *δοκησάτω* et v. 1042. *δόξῃ*. Pers. v. 776. *ἔκυρσα* et v. 794. *κυρήσει*. Eurip. Hec. v. 779. *ἔκτεινε* (Aor.) — *κτανεῖν*. In eundemque censum veniunt, quae supra ad p. 24. et 161. notavi. Veteres autem Grammaticos huius inconstantiae insuetos alterutram formam magis Atticam pronuntiasse nihil mirum.

Pag. 196. *Κακκαχεῖν*. Eius loco *καχλάζειν* et mox *κακχάζειν* reponi vult Albertus ad Hesych. T. II. c. 97.

Pag. 198. a. Piersonum emendationes Hesychii a se propositas Fabro ad Anacr. III. 19. tacite sublegisse in aspectum lucemque proferre non veritus est Ioannes Gottlob Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Gr. p. 19. Quotquot vero Piersoni scriptis non solum perlectis, sed cum aliorum virorum doctorum, qui easdem tractaverint res, diligentius etiam comparatis, eximiam eius probitatem, animi candorem atque fidem sane quam raram, qua honestum virum suum cuique tribuere decet, cognoverunt, Manes eius a tali crimine acriter vindicandos esse communi mecum decernent consensu. Fieri solet in vita humana, ut criminationi, quam quis in alios falso confert, ipse vel maxime obnoxius reperiatur. Idem accidisse dolemus optimo Schneidero, cui, quum Lexicon suum conscriberet, tanta non fuisse videtur religio, quominus multa ex Piersoni observationibus in usus suos converteret, fontem, unde hortulos suos irrigaverit, callide celans.

Pag. 202. b. In Hesychio fortasse praestat *Ἑρμῆς* — *καὶ πέμματος εἶδος κηριοειδὲς*, h. e. *genus placentarum, quae favorum formam exhibent.* Ipsa verborum *εἶδος κηριοειδὲς* compositio nihil, opinor, offensionis habet.

Pag. 205. *Καταγλωττίσματα, τὰ περίεργα φιλήματα.* Cave probes Blomfieldi coniecturam *περίοργα*, cui locum dedi

in annotatione. Etenim vocabulum περίεργος in rebus amatoriis cum usitatissimum sit, nescio an huc maxime pertineat. Sic certe Scholiastes Aristophanis ad Nub. v. 51. καττaγλωττισμάτων) αἰσχρῶν φιλημάτων. περιεργότερον. ἢ εἶδος αἰσχροῦ φιλήματος τὸ καταγλώττισμα. ubi tamen quaedam turbata esse videntur. Neque aliter explicant Photius c. 101. ed. Herm. Auctor Συναγ. λέξ. χρησ. ap. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 268, 26. et alii. Et Longus quidem Pastor. lib. III. p. 76. ed. Villois. Ἐζήτουν δὲ αὐτοὶ, inquit, περιττότερόν τι φιλήματος καὶ περιβολῆς, καὶ μάλιστα δὲ ὁ Δάφνις πρός τε τὰ φιλήματα ὦργα καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκιτάλιζε, καὶ ἦν ἐς πᾶν ἔργον περιεργότερος καὶ θρασύτερος. Ut autem Daphnis profectum in amore faciens et ferocior factus περιεργότερος a Longo dicitur, ita apud Achillem Tatium aliquod περιεργότερον quaerit Clitophon. Unde περίεργα φιλήματα quam bene se habeant, nemini protinus erit ambiguum. Nimirum περίεργον dicitur *id, quod simplicem* ἔργου sive *rei alicuius modum naturamque excedit, quod exquisitum est, quod nimium.* Saepius ea notione a Grammaticis usurpatum invenias. Auctor Συναγ. λέξ. χρησ. ap. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 281, 1. κομμὸς, περίεργος κόσμησις. Sed nolo fluctus excitare in simpulo. Otium nobis fecit Iacobus ad Luciani Tox. p. 134.

Iam vero ipsa καταγλωττίσματα quod attinet, aliud significare putat Burgess. ad Dawesii Miscell. Critt. p. 356. quam quod intellexisse videatur Piersonus; et quamquam aliis id exponendum se relinquere dicit, tamen turpissimae ac infimae spurcitiae illa fuisse contendere haud erubuit. Res in medio posita est. Audiamus Scholiastem Aristophanis l. c. Κυρίως δὲ καταγλώττισμα, ὅταν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνουσίας ὁ ἀνὴρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐμβάλλῃ στόματι. Plura qui cupit, eum legisse non poenitebit Toupium Epist. Crit. p. 164. et Emendd. in Suid. T. II. p. 605. Monetae Epistolam ad Buherium apud Brunck. Anall. Poët. Gr. T. III. p. 316. Casaubonum ad Aristoph. Equitt. v. 352. Comment. ed. Beck. Vol. IV. p. 88. Schedium de Diis Germanis p. 468. 469. ed. Iark. quibus addas Polluc. lib. II. sect. 109. Lucian. T. III. p. 181. ed. Reitz.

Pag. 206. a. v. 2. Automedontis Epigramma Iacobsius dedit in Anthol. Gr. T. II. p. 191. carm. III.

Pag. 213. a. b. Participia *κέας*, *ἐκκέας*, et quae sint similia, tamquam Atticae dialecto repugnantia nescio an calidius damnaverit Doederlinus in Symboll. Helvett. T. I. p. 246. sq. Memorata ibi Bergleri coniectura in Aristophanis Pac. v. 1132. *ἐκκέας τῶν ξύλων ἅττ' ἂν ᾖ* hunc in modum pergit vir doctissimus: „Aoristi forma *κέας* non magis probatur Atticae dialecto quam praesens *κείω*; ipsaque prava ista coniectura deceptus est Buttmannus, cum hoc loco utebatur, quo nisus in Soph. El. 759. formam *κείαντες*, cui dudum editores probis e MSS. substituerant *κήαντες*, revocaret; vid. Gramm. Gr. p. 364." Loco Aristophaneo ceteroquin vexatissimo non multum tribuendum esse concedam, quoniam ex corruptis argumentandi ratio fere infirma atque lubrica est, licet Brunckius simile *ἐγκέας* vel *συγκέας* coniecerit et ipsum *ἐκκέας* addicente Codice Ravenn. ab Invernizio in orationem receptum sit: de versu autem e Sophoclis Electr. notato non recte iudicasse Doederlinum quovis pignore contenderim. Ubi si erravit beatus Buttmannus, in eo error ponendus est, quod epicam formam retinuit, quam, ni memoria me fallit, in *κέαντες* primum cum Erfurdtio mutatum ivit Hermannus. Deinde quid faciamus Aeschyli verbis *ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως*, in quibus plana omnia et lectionis varietas nulla?

Pag. 214. a. Eustathii locus est in Odyss. p. 1390, 51. ed. Rom.

Pag. 220. a. b. *μεταλλεὺς* vox est aeque proba ac *μεταλλευτὴς*, ut a quibusdam improbatam esse mireris. V. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 93. et in Ind. p. 668.

Pag. 223. *Λέμμα, ἀντὶ τοῦ λέπισμα.* Quod nunc sequitur *λέπος, κοινόν.* separare dicit I. C. Wolfius Montefauconium a prioribus et novum facere versum. Platonis locus in Timaeo prostat p. 109, 18. Bekk. ubi Scholiastes p. 428. *φλοιός, λέπισμα* explicat. Similiter Zonaras T. II. c. 1297. *Λέπος καὶ λέπισμα καὶ λέπυρον* (eo usus est auctor Batrachom. v. 131.), *ὁ φλοιός.*

Pag. 224. *Λογοποιός.* Adde Georg. Lecapen. ap. Matth. Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 70.

Pag. 228. a. In loco ex Aristophane allato *ἐλοῦμεν* scribas, collato Brunckii Schol. MS. *Ἀττικὸν τὸ ἐλοῦμεν ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐλοῦμεν.*

Pag. 235. *Μύλη.* *μῦλος* pro *μύλος* MS. Coisl.

Pag. 240. *Μειράκια — Ἀττ. μείρακας, Ἑλλ. Μεῖραξ* ex observatione veterum Grammaticorum tantum de foeminis dicitur, de maribus *μειράκιον.* V. Bachmann. An. Gr. Vol. II. p. 322, 26. 374, 30. Zonar. T. II. c. 1346. Bene itaque vidit Hudsonus, illud *Ἕλληνες* sive *Ἑλληνικῶς* expungendum esse, binas proponens coniecturas, quae sensum praebent non diversum.

Pag. 243. *Μεριμνῶν, Ἀττικῶς. φροντίζων, Ξενοφῶν.* Bastius ad Greg. Cor. p. 175. iure Ruhnkenii laudat emendationem *ἀντὶ τοῦ* pro *Ἀττικῶς* legentis. Videlicet in Codd. Moeridis quum vox *Ἀττικῶς* singulis fere articulis addita scribatur $\overset{\tau^{\tau}}{\alpha}$, haud raro etiam contractius $\overset{\tau}{\alpha}$, factum est, ut facillime confunderetur cum $\overset{\tau\ \tau}{\alpha\nu}$, i. e. *ἀντὶ τοῦ.* Ceterum idem Bastius in afferendo illo loco *Μεριμνᾶν* posuit et *φροντίζειν*, errore, puto: nam in Codice ita se reperisse nihil nos admonet.

Pag. 244. *Νῆες.* V. Schaefer. ad Plutarch. Vol. VI. p. 445.

Pag. 246. *Ναυτιᾶν, Ἀττ.* et seqq. Plato Theaet. p. 279, 17. Bekk. In Cod. SGerm. ap. Bast. Append. ad Epist. Crit. p. 15. huncce in modum haec scripta sunt: *Ναυττιᾶν, ἐν τοῖς* $\overline{\omega}\ \overset{*}{\tau\tau}$, $\overset{\tau}{\alpha}$ (i. e. *Ἀττικοί*). *ναυσιᾶν, ἐλλ*$^{\Pi}$ (i. e. *Ἕλληνες.* v. eundem ad Greg. Cor. p. 800.). Pro *ἐν τοῖς* $\overline{\omega}\ \overline{\tau\tau}$ corrigatur oportet *ἐν τοῖς* $\overline{\beta}$ (h. e. *δύο*) $\overline{\tau\tau}$ iudice Bastio: nam numeralibus notis asteriscus pro lineola superscriptus aliquoties reperitur. Ceterum similiter supra p. 226. *Λῆμμα, διὰ* $\overline{\beta}$ $\overline{\mu\mu}$.

Pag. 250. *Ὀρικὸν ζεῦγος, Ἀττ.* Adde Scholiastem in Platonis Lys. p. 321. ed. Bekk. *Ὀρικοῦ) τοῦ ἡμιονικοῦ. ὀρεὺς*

γὰρ ὁ ἡμίονος. Photius c. 253. ed. Herm. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 320, 19. Tittmann. ad Zonar. T. II. c. 1467. 1468.

Pag. 253. a. *βοίδιον* Aristoph. Acharn. v. 1036. ubi cf. Elmslei.

Pag. 256. *Ὀρχηστρὶς*, *Ἀττ.* *ὀρχήστρια*, *Ἑλλ.* Vox *ὀρχήστρια* etsi purioris notae non sit, haud mutandam tamen censet Albertus ad Hesych. T. II. c. 792. comparans *ποιήτρια* et similia.

Pag. 261. *Ὀστρία.* Cod. SGerm. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 343. 892. rectius: *Ὄστρια* et dein *ὄστρεα.* V. praestantissimus Stallbaumius ad Platonis Phileb. p. 50. 51.

Pag. 270. *Πενοιθέναι.* Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 409. ed. Oxon. „Fortasse, inquit, *Πενοιθίαν.* V. Hesychium.“ Phrynichum vellem inspexisset.

Pag. 271. *Πρόχους.* De hac voce atque de Hedyli epigrammate a Piersono tentato v. Brunck. ad Apoll. Rhod. lib. I. v. 456. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 449. p. 43.

Pag. 275. b. Piersonus verbum *αἴσσειν* Atticis ubique dissyllabum fuisse contendit, locos, qui regulam illam aperte infringunt, corrigens. Qua de re cautius iudicat Porsonus ad Eurip. Hecub. v. 31. p. 8. ad Orest. v. 1427. p. 114. ed. Lips. tert. cum quibus conferas Monk. ad Hippol. v. 1347. et Elmsleium ad Bacch. v. 147. p. 26. ed. Lips.

Pag. 281. *Πεττεία — ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει.* Haec glossa e Timaeo huc illata est, ubi ad *λέγει* Platonem intelligendum esse recte observavit Ruhnkenius. Contra Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 409. *λέγει* significare putat *significat* et conferri iubet de eo Meursium Spicileg. ad Theocr. p. 59. et Schol. ad Aristoph. Av. 1714. *λέγει* (v. *λείπει*) *δὲ τὸ πνέουσι.*

Pag. 282. *Πλεύμων.* Hoc vulgare dicunt Brunckius et Hermannus ad Sophocl. Trachin. v. 564. coll. v. 775. 1043. Codices rem in suspenso relinquunt.

Pag. 284. *Πέτομαι.* V. Buttmann. Gr. Gr. amplior T. II. P. 1. p. 212. Porson. ad Eurip. Med. v. 1. Hermann. ad Ion. v. 90. p. 11.

Pag. 286. *Παρακαταθήκην.* V. Spohn. ad Isocr. Panegyr. p. 142. Ast. ad Plat. Legg. lib. XI. p. 508.

Pag. 287. *Πειραιῶς.* Atticam hanc scripturam Platoni reddidit Bekkerus, de Rep. lib. IV. p. 439. E. et al., solutam formam Accusativi, velut *Παιανιέα*, servans in Demosthene. V. Loers. ad Plat. Menex. p. 146. Schaef. App. in Demosth. T. II. p. 90. 176.

Pag. 288. *Πλάνος — πλάνη.* Add. Hermann. ad Sophocl. Philoct. v. 748. p. 136.

Pag. 298. *Πηχῶν.* Contracta haec forma Plutarcho familiaris, e quo plura exempla congessit Schaeferus Vol. V. p. 151. 190. 264. Vol. VI. p. 398.

Pag. 303. *Πλέω, ἀντὶ τοῦ πλήρεις. Πλέῳ*, iam a Fischero propositum, placuit quoque Bastio ad Greg. Cor. p. 646. Videlicet Atticos *πλέως* dixisse constat pro *πλέος*: inde secundum Grammaticorum praeceptum pluralis numerus masculini *πλέῳ* scribendus pro *πλέοι*, non *πλέω*. Sic *ἀνάπλεῳ* in Platonis Theaet. p. 196. E.

Ibid. *Πομπεῖα.* Valckenarii emendationem pro *Θουκυδίδης* reponentis *Ἀνδοκίδης* multis praedicat Ruhnkenius in Hist. crit. Oratt. Gr. Rutilio praemissa p. LVI.

Pag. 309. *Ῥιγῶν.* V. Stallbaum. ad Phileb. p. 141.

Pag. 313. *Στῖμις, Ἀττ. στίμι, Ἑλλ.* Haec lectio in mentem venerat iam Bielio ad Hesych. T. II. c. 1270. ed. Albert. qui praeterea Lex. Cyrilli MS. Br. *Στίμις, τὸ μέλαν χρῶμα* etc. affert. Zonaras T. II. c. 1677. *Στίμμι, εἶδος βάμματος.* Vid. Trilleri Observv. Critt. p. 404. sq. Singulare est, quod legimus in Choerobosco ap. Bekk. An. Gr. T. III. p. 1208. Recenset ibi vocabula nonnulla quae ex aliena lingua in Graecam transvecta sint, atque annumerat iis *καὶ τὸ στίμμι, ὅπερ αἱ γυναῖκες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίονται, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λαγῶς καλεῖται. — εὑρέθη δὲ καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον, οἷον ἡ στίμμις, τῆς στίμμιδος. Ἴων Ὀμφάλῃ*

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Ibid. *Σιγηλός.* Cf. infra p. 25. *Αἰσχυντηλοί.* Similiter *σιωπηρὸς* et *σιωπηλὸς*, de quibus Bornemann. ad Xenoph. Sympos. cap. I. §. 9. p. 53.

Pag. 315. *Σηκός.* Hoc quid sit, melius Arnaldo Animadvv. I. 1. docuisse Valckenarium Animadvv. ad Ammon. p. 153. sqq. didici ex observatione Hermanni in Sophocl. Philoct. v. 1312. Pro *στριγχῷ* levi mutatione reponendum esse *θριγχῷ* sive *θριγγῷ* existimat Toupius eandemque cantilenam tanquam novam canit Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 535. Dudum id coniectando assecutus erat Berglerus apud Piersonum. Iam quid facias istis hominibus?

Pag. 316. *Σᾶ.* V. Osann. ad Philem. Gramm. p. 148. Goettling. ad Theodos. p. 227. De Accusativo *σῶν* et simili *ζῶν*, a *ζωὸς*, *ζῶς*, quem exquisitiorem iure dicas, v. Schaefer. ad Longum p. 347. Reisigius ad Soph. Oed. Col. Enarr. p. CLI. v. 1205.

Pag. 323. *Σκότος.* Aliter Georg. Lecapen. ap. Matthaei Lectt. Mosqq. V. I. p. 76. *τὸ σκότος καὶ ὁ σκότος γράφεται, πλὴν παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς ἀεὶ ὁ σκότος ἀρσενικῶς γράφεται, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ σκότος οὐδετέρως.* Cum Moeride consentit Etymol. M. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 523. Fischerus ad Weller. T. II. p. 172. veteres Atticos dixisse existimat *ὁ σκότος*, medios *τὸ σκότος*, quae distinctio vereor ut cuiquam probetur. Illud enim manifestum est atque exploratum, Atticos utrumque omnino usurpasse, sed prius multo saepius, ut erret Coraës ad Heliodor. p. 198. *τὸ σκότος* minus Atticum dicens. Neutrum genus utpote magis Atticum poëtas Tragicos praetulisse dicit Porsonus ad Eurip. Hec. v. 819. quod nihil moratur Elmsleius ad Soph. Oed. Col. v. 40. p. 94. ed. Lips. Apud Platonem et Xenophontem non uno loco invenies *τὸ σκότος*, quamquam Codicum lectio fluctuat et Viri Docti alterutrum genus inde pro lubitu reposuerunt. V. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 266.

Pag. 324. *Σμικρόν.* V. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. v. 5. 6. p. 87. ed. Lips. Hermann. ad Eurip. Bacch. v. 1361.

Pag. 326. *Συνέριθοι, Ἀττ. συνυφαίνουσαι, Ἑλλ.* Eadem fere repetierunt Photius Lex. c. 408. ed. Herm. Auct. *Συναγ. λέξ. χρησ.* in Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 375, 10. Scholiastes Platonis in Legg. lib. X. p. 456. ed. Bekk. Sim-

pliciter Zonaras T. II. c. 1683. *Συνέριθος, ὁ βοηθός.* Cf. Valckenar. ad Callimachi Fragm. p. 207. sq. atque de altera huius vocis potestate, qua *συνυφαίνουσαν* notat, Iacobs. ad Anth. Palat. p. 471.

Pag. 327. *Στερίφη, Ἀττ. στεῖρα, Ἑλλ.* Sic corrigit Ruhnkenius ad Tim. p. 239. s. p. 199. ed. meae.

Pag. 329. a. *Σφόγγος* pro *σπόγγος.* De hoc Atticismo cf. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 463. p. 55. ed. Lips.

Pag. 333. *Τέρα.* Adscripserat I. C. Wolfius: „Alberti Glossar. p. 144."

Pag. 335. *Τέως.* V. Schaefer. App. in Demosth. T. I. p. 261. 337. T. IV. p. 214.

Pag. 337. *Τεῦχος.* Pro *λέγουσιν Ἕλληνες* infelicissimo conatu Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 410. ed. Oxon. tentat *λέγει Ἑλληνικῶς,* i. e. *significat.*

Pag. 342. *Ὕσπληξ.* Huius vocis ne tenuissimum quidem indicium in Atticorum libris cerni contendit Lobeckius ad Phryn. p. 71. Illa igitur cum scriberet vir egregius, immemor fuit Platonis Phaedr. p. 254. D. *Ὁ δὲ ἡνίοχος ἔτι μᾶλλον ταὐτὸ πάθος παθών, ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγος ἀποπεσών.* Nominabant autem proprie sic funem sive vectem transversum, quo demisso cursores in stadium effundebantur. Inde veteribus scriptoribus in comparatione ut plurima huiusmodi vocabula, itidem hoc quantopere placuerit, dici vix potest. Nonnulla dedit Astius ad Plat. Phaedr. p. 335. Addo Iamblichum in Nicomachi Arithm. p. 107. B. ed. Tennul. *Ἀπ᾽ αὐτῆς τε γὰρ ἡ τῆς προβάσεως ἀρχὴ γίνεται — ὡς ἀπὸ ὕσπληγος.* quae in immensum fere augeri possint. Docte explicuit vocem Boschius in Observatt. et Notis ad Anthol. Gr. p. 173. Cf. Salmasii Exercitt. Plin. p. 648. Barthius ad Statii Theb. VI. 593. Valckenarius in Epistola ad Roever. Opusc. T. I. inserta, p. 328. Eustathius in Dionys. Perieg. v. 121. p. 21. ed. Steph. (ubi de fluminis flexu dicitur, qua de notione figurata Lexica vulgata tacere obiter moneo) et in Homer. p. 629, 53. Scholl. in Luciani Catapl. 4. Is autem vocabuli significatus, quo scuticam notari volunt vel stimulum potius, quo sues aliaeque pe-

cudes agantur et verberentur, admodum incertus est et solis fortasse Grammaticis relinquendus, qui vaga etymologia (ὗς et πλήσσω) atque simili βουπλήξ decepti illam notionem sibi finxisse videntur. Sic Scholiastes Platonis p. 316. ed. Bekk. "Ὕσπληξ, ἀφετήριον, πληγή, ὥσπερ νῦν, πάσσαλος, κεράτινος κρίκος, πάντα θηλυκῶς. Photio c. 463. ed. Herm. est φραγέλιον, ἀφετηρία. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 64, 12. Bachmanni An. Gr. Vol. I. p. 401, 6. Zonar. T. II. c. 1788. At ne in recentissimis quidem Graecis scriptoribus huius explicationis vestigium apparet. Tamen viros haud indoctos a magistellis istis in errores valde ridiculos esse inductos videre est ex Tennulii animadversione ad Iamblich. l. c. p. 179.

Pag. 346. Ὑποκορίζεσθαι. Ruhnkenius ad Tim. p. 267. s. p. 222. ed. meae scribendum suspicatur Ὑποκορίζεσθαι, Ἀττ. ὑποκορίζειν, Ἑλλ. „Monere voluit, Atticos huius verbi forma media usos esse, recentiores Graecos activa. Damascius ap. Phot. p. 1044. Βάβιον καὶ παιδίον ἀνεκάλει ὑποκορίζουσα τὴν φωνήν." Hancce candidissimi Ruhnkenii observationem cum pulvisculo abstulit Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seeb. editis Vol. I. P. 3. p. 535.

Pag. 351. Φιλόγελω, Ἀττ. φιλογέλωτες, Ἑλλ. Bastius ad Greg. Cor. p. 646. tentat φιλόγελῳ, quem nominativum plural. nobis explicuisset vellem. Equidem probo Hudsoni φιλωγέλοτος, quod et Thomas habet Magister.

Pag. 358. Φάκελον, Ἀττ. φορτίον, ἔκκαυμα, Ἑλλ. Cod. SGerm. ap. Bast. Append. ad Ep. Crit. p. 17. sic ea exhibet: Φάκελον, Ἀττικῶς. φορτίον, ἐκκαυμά, i. e. φορτίον ἐκκαυμάτων, Ἑλληνικῶς. Quod reponendum.

Pag. 372. a. v. 21. Eustathii locus est in Hom. Il. Σ. p. 1153, 41. ed. Rom.

Pag. 373. Χρήματα, καὶ τὰ πράγματα etc. Piersonum huius observationis sensum non satis perspexisse demiror. Pervulgata erat opinio, quam quasi per manus sibi tradidisse videntur Atticistae, vocibus χρῆμα et χρήματα pro ἀργύρια opti-

mum quemque scriptorem abstinuisse. Semel monuisse non contentus binis locis haec luculenter prodit Auctor *Συναγ. Λέξ. χρησ.* in Bachmanni An. Gr. Vol. I. p. 416. extr. *Χρῆμα, πρᾶγμα, κτῆμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς μόνον τὸ πρᾶγμα λέγεται.* et p. 417, 9. *Χρῆμα οὐ τὸ ἀργύριον λέγεται, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα.* Idem praecipiunt maximam partem reliqui Grammatici, et quoniam homines creduli in errorem se induci facile patiuntur, stolide secuti sunt Scholiastae, veluti Thucyd. ad lib. VII. cap. 25. Itaque Moerin quoque sententiae illius patronum extitisse quem offendat? Quae si vero ita sunt, extrema verba, ut omnia sibi bene constent, inverso ordine *μόνως δὲ τὰ πράγματα χρήματα* scribi debere vix quenquam dubitaturum esse existimo. Pridem id coniectura assecutus erat Abreschius Dilucidd. Thucydd. p. 677. et Codex ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 184. nunc confirmat.

Pag. 375. a. Hedyli Epigramma iterum pertractatum legimus a *Westono* in Hermesianacte s. Coniectur. in Athen. p. 40. sed infelicissimo successu et tanta securitate, ut egregias Piersoni emendationes non legisse aut plane non intellexisse videatur. Medium enim distichon, quod maximam habet difficultatem, scribi vult hoc modo: *Ἧστο δὲ οἱ Παφίη —, χεῖται*, et in fine *ἓξ ὑέλους.* Ex Graecis malis Latina fecit non bona, nam sic ista interpretatus est: *Adstitit huic Paphia halantes emensa culullos, et capiunt Lesbi pocula sex calices.* Iure itaque reprehensus est a magno Porsono in *Tracts and Miscellaneous Criticism.* p. 42. 43. ed. Kidd. qui Piersoni rationem unice amplectens interpretationem adiecit ad verbum factam, quam, Piersonus ipse quum a se correcta non explicuerit, hic repetere iuvat: *By whom the cup of purple glass, which measured the fragrant wine, is dedicated to thee, o Venus.* Ceterum eidem Porsono Adversarr. p. 129. ed. Cantabr. pro *μετροῦσα θυῶεν* placuit *μετροῦν θυόεντα.*

Pag. 376. b. *Χέρνιβον, pollubrum*, Eurip. Alcest. v. 100. *Πυλῶν πάροιθε δ᾽ οὐχ ὁρῶ Πηγαῖα θ᾽, ὡς νομίζεται, Χέρνιβ᾽ ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.* Nempe eximium in his secutus sum Tragicorum sospitatorem, quem et conferas ad Herc. Fur. v. 924.

Pag. 377. *Χρέων*, *Ἀττικῶς*. Quoniam in fine iteratur *Ἀττικῶς*, priore loco positum rectius abest a Codice ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 172.

Pag. 380. *Ψιμύθιον*. De scriptura huius vocis ambigit Reisigius ad Xenoph. Oecon. cap. 10. p. 130. Uno *μ* praefert Wesselingius ad Diod. Sic. lib. II. cap. 33. Adde Taylor. ad Lysiam p. 18. ed. Reisk. C. F. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 64.

Pag. 386. *Ὡσαύτως, ἀντὶ τοῦ παραπλησίως, καὶ κατὰ ταῦτα*. Ultima in Cod. Coisl. sic exhiberi scribit Piersonus. At Bastio ad Greg. Cor. p. 57. asseverante, quem in his sequi fas est, in eo exaratum *καταυτὰ*, quod lenissima, ne dicam, paene nulla correctione in *κατὰ ταυτὰ* mutandum videtur. Consentit Thomas Mag. p. 934. *Ὡσαύτως. καὶ παραπλησίως, καὶ κατὰ ταὐτά.*

Pag. 388. *Ὧδε — οὑτωσί, Ἕλληνες*. Codex SGerm. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 73. melius ea hunc in modum exhibet: *Ὧδε, κοινὸν Ἰώνων, Ἀττικῶν. οὕτως, Ἕλληνες.*

Pag. 391. *Εἱλόμην, εἵλου* etc. V. Schaefer. in Praef. ad Iulian. p. XXIII.

Pag. 392. *Θάτερον*. In fine articuli *οἱ δὲ λέγοντες θάτερος* unice verum est. Codices in his parum nos iuvant, quoniam *θάτερ* (with superscript o) in iis tum *θάτερος* quam *θάτερον* esse potest. V. Bast. ad Greg. Cor. p. 303. Neutrum *θάτερον* et *θάτερα* invenias apud Platon. ex. c. Phaedon. p. 114. E. de Legg. lib. VI. p. 765. E. apud Demosthenem, Xenophontem, alios. Haec trita. Accusativum masculinum *θάτερον* in Euripidis Ion. v. 849. reperiri observat Piersonus. Ibi Paedagogus haec facit verba: *Δυοῖν γὰρ ἐχθροῖν εἰς ἓν ἐλθόντοιν στέγος, Ἢ θάτερον δεῖ δυστυχεῖν, ἢ θάτερον.* Neque Buttmanno ad Sophocl. Philoct. p. 142. *θάτερον* pro *τὸν ἕτερον*, quod mirere, hic sollicitandum videtur. Contra Hermannus ad eundem Philoct. v. 841. p. 160. hunc locum alio modo expediri posse monet, id est ita, ut *θάτερον* neutrius sit generis. Atticos enim dura illa contractione prorsus abstinuisse mihi persuasissimum est: quanquam citerioris Graecitatis scriptores eandem haud aspernati sunt. Exempla dederunt Coraës ad Heliodor. T. II. p. 92. 119. 120.

215. 229. 253. 271. ed. Paris. Boissonadus ad Eunap. T. I. p. 448. et in Nov. Addend. ibid. p. LVI. ubi vera lectio latuit editorem.

Pag. 395. *Λαρυγγίζειν.* De v. *λαμπροφωνεύεσθαι* v. Valckenar. ad I. Chrysost. Or. II. in Opusc. T. II. p. 210. not. ed. Lips. ubi Herodianum et Moeridem per errorem confundit.

Pag. 396. *Κυμινοπρίστης.* Sic apud Graecos praesertim Comicos hominem parcum dici et avarum res nota. *Hominem inaniter subtilem, pusilli et contracti animi* intelligit Herodianus, quam quidem notionem in Lexicis desideramus. Cf. Spanhemius ad Iulian. Caes. p. 84. 364. et, si tanti est, Olearius ap. Ernest. Observv. Philol. Critt. p. 262. Huc facit Photius Lex. c. 137. ed. Herm. *κύμινον, ἐπὶ μικρολόγου, Μένανδρος.*

Pag. 398. *Τὸν — Μίνω.* Hunc Accusativum confirmat etiam Apollon. Rhod. lib. III. v. 1107. — *οἷον ἔειπας Μίνω Πασιφάης πόσιν ἔμμεναι.*

Pag. 398. b. Lucianus in libro: Quom. hist. conscrib. §. 57. Parthenium, Euphorionem et Callimachum in iis numerat, qui inepto loco copiam dicendi ostentent. At Callimachum quod attinet, scrupulus haud exiguus residere videtur: is enim, si veterum testimonia audire placet, brevitatis vel maxime studiosus fuit. Hanc difficultatem ut radicitus evelleret, Piersonus Callimacho Antimachi nomen substituendum esse existimavit, quam sententiam qui acriter impugnarent, plures postmodo extiterunt. Et iure quidem. Brevem fuisse Callimachum in verbis nec ultra modum carmina extendisse sua veteres sane prodiderunt et negari nequit. Num idem voluit Lucianus? Minime vero. In summa brevitate, haec vera eius mens est, Callimachus fuit loquacissimus: nam sive spectes singularum sententiarum concinnitatem, quae in eo cernitur, ut ne multis verbis amplectamur pusilla neque plus quam opus sit proferamus, sive attendas ad concisam quandam argumenti tractationem, eorum nihil in eius scriptis deprehendes. Acu tetigit C. F. Hermannus in praeclara libelli Lucianei editione p. 336. sq. quem tamen latuisse demiror, quae egregie hanc in rem disputavit Meinekius de Euphorionis Vita et Scriptis p. 51. sq. qui etiam Heynio adversatur Opusc.

Acad. T. I. p. 93. Luciani verba ad doctrinae copiam trahenti, qua expromenda Callimachus sibi indulserit. De Callimacheae poeseos indole digna est omnino, quae legatur A. F. Naekii Dissertatio de Tzetzae et Callimachi locis p. 13. Paullo aliter totam rem aggressus est Vir praestantissimus, Matterus in *Essai historique sur l' ecole d' Alexandrie* T. II. p. 28. cuius de Callimacho iudicium a me impetrare non possum, quin ex parte huc transferam: „*Le ton de Callimaque est solennel et digne de son sujet; son style pompeux ajoute à l' élévation des pensées: on s' arrête, on revient sur ses tableaux. Callimaque imitait peut-être les hymnes, qu' on nous a légués sous le nom d' Homère; mais il traite son sujet avec une supériorité qui est à lui. — Les sujets de Callimaque sont trop riches, et au lieu de se contenter d' heureuses allusions, il s' arrête souvent à développer les faits avec trop de complaisance.*“ Et postrema haec exprimere voluisse Lucianum dicit Matterus in Addend. p. 298.

Pag. 400. *ἀνακεῖσθαι ἐπὶ εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων.* Vid. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 339. ubi Scholiastes ineditus Philostrati: *λέγεται δὲ τὸ ἀνακεῖσθαι κυρίως ἐπὶ τῶν ἀναθημάτων καὶ ἀνδριάντων.*

Pag. 403. *Οἱ Διόσκουροι σὺν τῷ $\overline{υ}$, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται.* Schaeferus ad Greg. Cor. p. 300. *λέγωνται* scribendum esse putat, Bastii, ni fallor, observatione ibid. p. 115. motus, cui tamen non statim subscripserim, quandoquidem serioris aevi scriptores particulae *ὅταν* Indicativum adiunxisse exploratum est. V. Iacobsii Observv. Critt. in Anthol. p. 30. 31. Ceterum cf. Bornemann. ad Xenoph. Symp. cap. 8. §. 29. p. 205.

Pag. 404. *Διπλήδιον.* Piersonus contractum esse putat ex *διπληΐδιον.* Alia sentit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 527. cui Graeci in huiusmodi vocibus compositis pro — *πλάσιος* etiam — *πλάδιος* dixisse videntur, et, ubi antepenultima producenda esset, adeo — *πλήδιος.*

Pag. 410. De *πρίασθαι* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 138. 360. et quae contra Buttmannum Gr. Gr. mai. T. II. p. 223. idem Lobeckius monuit Aglaopham. T. II. p. 876. not. *g.*

Pag. 415. De scriptura Σμύρνα et Ζμύρνα consulas Goettlingium ad Theodos. Gramm. p. 225.

Pag. 423. Ἔτους ὥραν. V. Boissonadus ad Philostr. Her. p. 186. ad Eunap. p. 186. et qui egregie illustravit, Wyttenbachius ad eundem Eunap. T. II. p. 59. 60. ed. Boiss.

Pag. 425. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα. Scholiastes Platonis in Charmid. p. 161. E. p. 324. ed. Bekk. Στλεγγὶς, ξύστρα· τὸ πάλαι δὲ ἡ τοῦ καλάμου κόμη παρὰ Λάκωσιν, ᾗ ἀπεμάσσοντο. στλεγγίσματα δὲ τὰ περιξύσματα (v. Brunck. ad Apoll. Rhod. lib. IV. v. 658.). κυρίως δὲ καλάμιναι ξύστραι. ὁ δὲ Θυατειρηνὸς στλεγγίδα μὲν τὴν ξύστραν, στλαγγίδα δὲ τὸ χρυσοῦν στεφάνιον. Et in Hipp. Min. p. 334. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα, καὶ στλεγγιζόμενοι οἱ ἀποξυόμενοι, ὅ ἐστι κτενιζόμενοι. στλεγγὶς γὰρ τὸ κτένιον, ὡς Ἀριστοφάνης Γήρᾳ — καὶ Δαιταλεῦσιν. — καλεῖται δὲ στλεγγὶς καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν. Lexicon Lucian. in Bachmanni An. Gr. Vol. II. p. 341, 34. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα. ἔοικεν δὲ τὸ κτένιον οὕτως καλεῖν. coll. Vol. I. p. 119, 2. Lobeckio ad Phryn. p. 299. observanti, melioris notae scriptores non usurpasse vocem ξύστρα, quamvis testem habeamus Archippum, veteris comoediae poëtam, lubenter equidem accedam: sed in Herodiano quod emendat οὐ ξύστρα, in eo secum me non habet consentientem. Etenim Grammatici sententiam quin penitus perspexerit, valde dubito. Tria autem potissimum voce στλεγγὶς significasse videntur veteres Graeci. Ac primum quidem, quae notio princeps eademque satis trita, instrumentum quoddam sic dictum, quo, qui ad balneas itarent aut in palaestram descenderent, ad cutem abradendam cutisque sudorem abstergendum usi sunt. Propter similitudinem deinde, ni fallor, muliebre quoddam capitis ornamentum, aurea fortassis bractea in culmi formam desinens, eo nomine signatum, quo de consulas Casauboni Animadvv. in Athen. lib. XV. cap. 4 p. 952. et Boeckhium in singulari illo perfectae antiquitatis disciplinae exemplo, Staatshaushalt. der Athener T. II. p. 330. Tertia superest significatio, qua στλεγγὶς siphonem esse dicunt, per quem in dolia insertum

vinum exhauriatur. Hanc vero vacabuli notionem, a prioribus non ita abhorrentem, rarissimam dixeris, quum tantummodo iusta interpretatione loci Aristophanei (Thesmophor. v. 562.), qui mirum quantum Kusteros vexavit Brunckiosque, stabiliri possit. Imperite autem Lexicographi nonnulli inde collegerunt, *στλεγγὶς* vas esse, quo aqua hauritur, qui error ne Olearium quidem fugit in Not. ad Suidam Ernesti Observatt. Philoll. Critt. insertis p. 304. Cf. Petav. ad Synes. p. 38.

Redeo, unde digressus sum. Herodianus igitur, si quid video, hoc unice voluit, vocis *στλεγγὶς* significationem eam esse probam, vel usitatissimam, qua *ξύστραν* notet quamque primariam ante posui, nec aliter usurpari verbum *ἀποστλεγγίσασθαι* inde deductum. Iam in fine observationis quae leguntur, *ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς ξύστρας ὄνομα παρὰ Ἀρχίππῳ τῷ κωμικῷ*, non ea de causa addita fuisse puto a Grammatico, ut vocabulum *ξύστρα* tanquam deterius improbaret: imo, quod in rarioribus certe numeratur vox, notatu haec digna habuit.

Pag. 431. *Εὐθενεῖσθαι.* Legitur sic quidem ap. Dem. de Cor. p. 321. de Fals. Leg. p. 431. de iis qui in Cherron. p. 94. et praestare dicit Thomas Magister hanc scripturam alteri *εὐθηνεῖν*, quam tamen ut veram e Numis eruit Spanhemius de P. N. p. 536. Cf. Wesselingius ad Diod. Sic. T. III. p. 544. ed. Bip. Grauertus ad Aristid. Declam. Lept. p. 98.

Pag. 434. b. not. *οὐκ ἀσύμβολος*). De Eustathii loco v. Valckenarii Diss. de Scholl. in Homer. Opusc. T. II. p. 149. ed. Lips. Hermann. ad Soph. Antig. v. 488. p. 110. ed. tert.

Pag. 436. *ἔπαινος* inter et *ἐγκώμιον* quid rhetores statuerint discriminis, exposuit Ernestus in Lex. Thechnol. Rhet. p. 92. Add. I. C. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 50.

Pag. 436. sq. *Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται* etc. Koenius ad Greg. Cor. p. 15. ed. Schaef. totam hancce observationem et sequentem collato Thoma Magistro, qui

Herodianum exscripsit, ita optime constitui posse arbitratur: *Τὸ μὴ ἀπαγ. οὐ συντάσσεται ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, προστακτικοῦ δὲ, καὶ ὑποτακτικοῦ ἀορίστῳ· οἷον μὴ ποιῇς οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μὴ ποίει. μὴ ποιήσῃς δὲ ἐρεῖς, καὶ μὴ ποίησον οὐκ ἐρεῖς. τὸ δὲ μὴ ψεῦσον καινόν.* Probat haec Bastius, *προστακτικῷ*, quod ipse olim loco alterius *ὑποτακτικῷ* coniecerat, reiiciens. Ceterum de hoc usu particulae *μὴ* exquisita, ut solet, protulit Schaeferus ibid. p. 16.

Corrigenda.

Praef. p. LXIII. v. 9. inf. l. aliquándo.

Praef. p. LXVI. v. 9. inf. dele verba *pro* ἄντησις.

p. 4. b. v. 17. pro ἄδυρμα l. ἄθυρμα.

p. 50. v. 4. l. τὴν διαφ.

p. 64. v. 4. l. ἀγορᾷ pro ἀγρᾷ.

p. 103. b. v. 7. l. *e* Cynaeg.

p. 142. a. v. 15. l. περιτυγχάνουσιν.

p. 163. v. Ἡδῦναι. Post Ἀττικῶς maior excidit interpunctio.

p. 179. a. v. 22. Στόμιον. Mutato accentu in Indice dedi στομίον, sententiam tum secutus Schaeferi ad Scholiast. Apoll. Rhod. T. II. p. 153. Sed στόμιον exaratum nunc video ab Hermanno ad Soph. Trach. v. 1251. ubi Scholiastes apposite ad rem: ὡσανεὶ στόμα φρέατος λίθῳ κεκολλημένου πρὸς τὸ μήκετι ὕδωρ ἀνιμᾶσθαι.

p. 192. b. v. 16. l. *Glocito.*

p. 403. b. v. 3. inf. distingue Διοσ-κούρῳ.

p. 416. v. 4. inf. l. Phocione.

p. 441. a. v. 6. l. αἰσχυντηροί.

p. 456. l. ὑϊδοῦς, coll. Elmslei. ad Argum. Soph. Oed. Col. p. 86. ed. Lips.

ΜΟΙΡΙΔΟΣ[1] ΑΤΤΙΚΙΣΤΟΥ

ΛΕΞΕΙΣ

ΑΤΤΙΚΩΝ καὶ ΕΛΛΗΝΩΝ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ.

Ἄγαμαι[2] Ὑπερβόλου, *Ἀττικῶς. ἄγαμαι* Ὑπέρβολον, Ἑλληνικῶς.

1. Ita e Codd. Photii [Cod. 157. p. 171. ed. Hoesch.], qui Atticistae nostri meminit. *Εὐμοιρίδου* in MS. unde haec descripta sunt. Hudson.

Similiter MS. Leidens. in quo etiam Ἑλληνικῶν. Recte *Hudsonum Μοίριδος* edidisse in praefatione docui, ubi etiam de diverso libelli in Codd. MSS. titulo.

2. *Ἄγαμαι Ὑπερβόλου*] De varia huius verbi constructione videndus praeter *H. Stephanum* in Thes. *Davides Ruhnkenius* V. C. in not. ad *Timaeum* p. 3. [p. 8. ed. sec.] Quibus alia adderem, si tam necessarium quam facile esset. *Orion* apud *Etymol.* p. 5. l. 8. *Ἄγαμαι αὐτοῦ. καὶ τοῦτο μᾶλλον οὕτως συντάσσουσιν καὶ τὸ θαυμάζειν πολλάκις* etc. Quando autem ita cum genit. personae construitur, *contemtum* plerumque indicat et *ἐπὶ κατηγορίας* ponitur. Vid. *H. Stephan.* add. de D. A. p. 122. coll. *Suida* v. *Θαυμάζω*. *Plato* Hippia Mai. loco a *Ruhnken.* laudato [p. 291. E. St.]: *καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαί σου.* 2 *Herodot.* lib. VI. cap. 76. *ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολιήτας.* Atque ita procul dubio hoc in *Moeridis* loco sumi debet: qui hoc fragmentum e veteri comico videtur derivasse. Hyperbolus enim iste, uti notum, homo fuit pessumus et flagitiosissimus, qui cum ex infimo Athenis loco ad summos honores pervenisset, tandem, Nicia auctore, testarum suffragiis exilio mulctatus est. Eius autem improbitatem veteres Atticorum comoediae perpetuo notarunt. *Cicero* Bruto cap. 62. *Plutarch.* Alcib. [cap. 13.] p. 196. F. Videri possunt *Aristophanes* Eq. v. 736.

Ἀήρ[3] βαθεῖα, Ἀττικῶς. ἀὴρ βαθὺς, Ἑλληνικῶς.

Ἀνέστησαν[4] πᾶς ὁ δῆμος, Ἀττικῶς. ἀνέστη πᾶς ὁ δῆμος, Ἑλληνικῶς.

Schol. 851. 1301. 1360. Ach. v. 846. Vesp. v. 1001. Schol. Pac. v. 680. Schol. 920. 1319. *Plato* Comicus apud *Schol. Aristophan.* ad Aves v. 121. et apud *Plutarchum* [Alcib. cap. 13.] T. I. p. 197. B. et [Nicia cap. 11.] 530. F. qui integram quoque comoediam in eum scripsit *Hyperbolum* dictam (vid. *Scholiast.* Lucian. T. I. p. 142. et Magnus *Hemsterhus.*): uti *Eupolis* Maricam. Vid. *Quinctilian.* Inst. Or. lib. 1. cap. 10. p. 106. *Leucon* comicus apud *Hesych.* v. Πάαπις.

—— Παάπιδος

Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκε.

In Cod. Coisl. erat: Ἄγαμαι ὑπὲρ βόλου et ὑπὲρ βόλον: et sic edidit *Montefalcon.* Bibl. Coisl. p. 485. Leid. utroque loco ὑπερβόλου et — ον cum υ minore.

3. Ἀὴρ βαθεῖα] Respicit *Moeris Homerum* Od. I. v. 144. Ἀὴρ γὰρ περὶ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν, οὐδὲ σελήνη Οὐρανόθεν προὔφαινε. ubi ὁμίχλην, ἀορασίαν denotat. Vid. *Erotianum* v. Ἀήρ, et *Etymolog.* p. 421. l. 36. etc. *Eustathius* ad Od. H. p. 268. l. 43. ἠέρα δὲ καὶ ἐνταῦθα τὴν ἀορασίαν φησὶ, θηλυκῶς σχηματίζων κατὰ ἔθος Ἰωνικόν. Conf. Od. Y. v. 446. Plura dabit *H. Stephanus* in Thes. et *D'Orvill.* V. Cl. Vann. Crit. p. 108. Ἀέρα βαθὺν pro *aëre sublimiori* posuit *Aelian.* H. A. lib. II. cap. 27. Βαθεῖα αἰθὴρ occurrit in fragmento *Euripidae* apud *Plutarch.* T. II. p. 539. A. Εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι, Οὐδεὶς ἂν αὑτὸν εὖ λέγειν ἐβούλετο. Νῦν δ', ἐκ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος Λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων Τά τ' ὄντα καὶ μή. ζημίαν γὰρ οὐκ ἔχει. ubi fortasse rectius legetur βαθείας — ἀέρος.

4. Ἀνέστησαν ποῦ ὁ δ.] Locus depravatus sic e Cod. Cois- 3
lin. emendandus: Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος, Ἀττικῶς. ἀνέστη πᾶς ὁ δῆμος, Ἑλληνικῶς. SALLIER.

Πᾶς utroque loco pro ποῦ exhibent Codd. Coisl. Reg. Collatio Schlaeg. Gronov. et Ward. Verissimam lectionem in textum recepi. Multa huius locutionis exempla post alios dedit Cl. *D'Orvillius* ad Charit. p. 298. [p. 380. ed. Lips. add. *Wyttenbach.* ad Iulian. p. 192. Sch. *Boissonad.* ad Philostr. Her. p. 450.] ubi *Moeridis* loco depravato utitur. Πᾶς his in locutionibus saepe addi ex exemplis a V. Cl. prolatis liquet. Vetus Auctor apud *Suidam* v. Ἀπήλγησαν. Ὁ δὲ δῆμος ἅπας ἀπήλγησαν τὸ πάθος εὐθὺς καὶ ξὺν οἰμωγῇ ἀνέκραγον οὐράνιον ὅσον. Ita ex optimo Cod. Leidensi scribendum pro ἅπαξ. Atque ita apud *Procopium* H. A. cap. 16. cuius fragmentum esse monuit Cl. *Abreschius* Diluc. Thucyd. p. 249.

Ἀθανάτω [5], ἀγήρω, Ἀττικῶς. ἀθάνατοι, ἀγήρατοι, Ἑλληνικῶς.

Ἀναβῆναι [6] τὴν γυναῖκα βούλομαι, Ἀττικῶς. ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γυναῖκα βούλομαι, Ἑλληνικῶς.

5. *Ἀθανάτω*] In MS. *Ἀθανάτῳ, ἀγήρῳ.* Vide *Homer.* Il. M. v. 323. Hudson.

Sic et Leid. *ἀθανάτῳ, ἀγήρῳ.* Coisl. et Reg. *ἀθανάτω, ἀγήρω.* „Scribi malim: *Ἀθάνατοι, ἀγή-* „*ρω.* Observatio pertinet ad so- „lum *ἀγήρω* et *ἀγήρατοι.*" *T. Hemsterhusius.* Ita alibi *Plato* haec bina *ἀθάνατοι* et *ἀγήρω* coniunxit Philebo p. 373. A. [p. 15. E. St.] *ἀθάνατον καὶ ἀγήρων* [*πάθος*]. *Theocrit.* Id. XII. v. 17. *εἰ γὰρ ἀγήρω Ἀθάνατοι.*

6. *Ἀναβῆναι*] *Ἀναβῆναι* ibi significat *cum uxore rem habere.* Quod autem ait *Moeris*, verbum illud eo sensu acceptum nusquam cum praepositione *ἐπὶ* reperiri, nullo negotio refelli potest ex *Aristotele* lib. VI. [cap. 21.] Hist. Anim. p. 188. *οἱ μὲν οὖν πρεσβύτεροι τῶν ταύρων οὐδ' ἀναβαίνουσι πλεονάκις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ἐὰν μὴ ἄρα διαλιπόντες, οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὴν αὐτὴν βιάζονται πλεονάκις καὶ ἐπὶ πολλὰς ἀναβαίνουσι.* Eodem loquendi genere utitur *Lucianus* [Lucio 52.] T. II. p. 168. (T. II. p. 620. nov. ed.) *καὶ κελεύει πρὸς μηδένα ἔξω τοῦτο εἰπεῖν, ἵνα, ἔφη, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς θέας παραγάγωμεν τοῦτον εἰς τὸ θέατρον σύν τινι τῶν καταδεδικασμένων γυναικῶν, καὶ πάντων ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἀναβήσεται.* Sallier.

Ἀναβῆναι proprie de *pecoribus et equis admissariis* ponitur. *Herodot.* lib. I. cap. 192. *ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους.* *Lucian.* Eunuch. [13.] T. II. p. 359. l. 9. *ὡς οὐδὲν χείρων ἐστὶ τῶν τὰς ἵππους ἀναβαινόντων ὄνων.* Hinc facili tra- 4
latione de *viris mulieres ineuntibus* poni coepit. *Lucian.* Lexiph. [19.] T. II. p. 340. l. 38. *ἀκάθαρτον εἶναι αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ ταύτην νοσεῖν, ὅτι μὴ ῥεῖ. ὥστε οὐκέτι οὐδ' ἀναβαίνει αὐτήν.* Lucio [51.] p. 619. l. 47. *σφόδρα ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον.* Is tamen *ἀναβῆναι ἐπὶ* posuit loco a *Sall.* indicato. Ceterum conieceram, *Moeridem* haec verba e comico hausisse: finem enim senarii comici faciunt. Neque ea in coniectura falsum me fuisse docuit me Suavissimus *Ruhnkenius.* Is enim e Lexico MS. Regio haec mecum communicavit: *Ἀναβὰς τὴν ἵππον, οὐ* (hoc del.) *πάνυ δόκιμον. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι.* Secundis nempe, quas infra v. *Πομφόλυγας* citat. Alius Grammaticus MS. in Biblioth. S. Germani [*Bekk.* An. Gr. I. pag. 8, 25.]: *Ἀναβῆναι τὸν ἵππον, ἀντὶ τοῦ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτόμῳ τῶν Ἡροδότου.* ubi omnino probabile est scribi debere *τὴν ἵππον*, ut ipsius Herodoti verba retinuerit *Theopompus.*

Αἴτιαι [7], *ὡς ὅσιαι, Ἀττικῶς βαρυτόνως. αἰτίαι, ὡς εὐδίαι, Ἑλληνικῶς παροξυτόνως.*
Ἄνθην [8], *Ἀττικῶς. ἄνθησιν, Ἑλληνικῶς.*
Ἄθυρμα [9] *δασέως, Ἀττικῶς. ψιλῶς, Ἑλληνικῶς.*

7. In MS. *Αἴτιαὶ ὡς ὅσιαὶ Ἀττ.* dein quibusdam interpositis sequebatur: *Αἰτίαι ὡς εὐωδίαι.* HUDSON.

In Leidensi similiter haec disiuncta erant: *Αἴτιαι ὡς ὅσιαι Ἀττ. βαρυτόνως. Ἀθανάτω. κ. τ. λ. Ἀναβῆναι κ. τ. λ. Αἰτίαι ὡς εὐωδίοι.* Sic. Recte *Hudsonus* coniunxerat atque ita plane Codd. Coislin. Reg. Coll. Gronov. E quibus pro *εὐωδίαι* etiam reposui *εὐδίαι.* Citat hunc locum Vir Magnus *Cl. Salmasius* de Hellenist. p. 71. ubi typorum vitio scriptum est *ἐνδίαι.* Vid. *Thomam M.* v. coll. *Etymologo* p. 461. 462.

8. *Ἄνθησιν, Ἑλληνικῶς*] Ex Atticorum igitur numero expungendus est *Theophrastus*, quem eo nomine saepissime usum esse constat, v. g. Hist. Plant. lib. II. cap. 10. *ἡ δὲ ἄνθησις ἅμα τοῖς ἡμέροις, ὁ δὲ καρπὸς στρόγγυλος.* et lib. VII. cap. 10. *τούτων δὲ ἐν πολλαῖς, μᾶλλον δὲ ἐν ἁπάσαις ἡ βλάστησις καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἄνθησις.* Satis itaque mirari non possumus huiusce vocis exempla in Lexicis non reperiri, cum ab aliis etiam scriptoribus sit usurpata, *Plutarcho* scil. [Sympos. lib. II. cap. 7. lib. III. cap. 1.] T. II. pag. 641. D. 647. C. [Quaest. Nat.] p. 917. E. et *Clem. Alex.* [Paedag. lib. II. cap. 8.] p. 180. SALLIER.

Usus hoc loco *Salmasius* de Hellen. p. 49. ubi *ἄνθη* et *ἄνθη-*
5 *σις.* Huius generis nomina Attica sunt: *Ἄνθη, Ἄσκη, Αὔξη, Βλάστη, Καύχη, Σύλη, Ὤνη.* Vid. *Schol. Pindari* Nem. IX. v. 17. et *Thomam M.* p. 24. ibique Magnum *Hemsterhusium.*

9. *Ἄθυρμα*] Vide Indicem ad *Eustathium* in *Homerum* voce *Ἄθυρμα.* HUDSON. IN ADD.

Assentitur *Eustathius*, qui Comm. p. 1387. ait nomen illud a veteribus, id est, Atticis cum spiritu aspero pronunciatum: *παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ τὸ ἄθυρμα, φασὶ, δασύνεται.* Verum intra hosce limites non se continuit *Thomas Mag.*, qui voce *παίγνιον* repudiata *ἄθυρμα* tantum apud Atticos in usu fuisse auctor est. *Ἄθυρμα κρεῖττον ἢ παίγνιον*, inquit ille, sed insulse, cum hoc nomine *Platonem* usum esse constet de Legg. lib. I. pag. 644. D. *θαῦμα μὲν*, inquit, *ἕκαστον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν ζώων τὸ θεῖον, εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῇ τινι ξυνεστηκός.* et lib. V. [imo lib. VII.] p. 803. C. *ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ παίγνιον μεμηχανημένον.* quae duo *Platonis* loca *Plautus* ob oculos forte habuit, cum Prol. in Captiv. v. 23. dixit: *Enimvero Di nos homines quasi pilas habent.* Ad *παίγνιον* autem ut redeamus, illa vox etiam occurrit apud *Aristophanem* Concionatr. v. 917. *Ἀλλ' οὐκ ἂν ὑφαρπάσαιο τἀμὰ παίγνια.* Occurrit et apud *Lucianum* saepenumero et *Achillem Tatium* lib. III. [cap. 16.] p. 193. Ab illa

Ἀμφορέα[10], ἁλιέα, μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς.
Ἀγυιᾶ[11], μακρῶς, Ἀττικῶς. ἀγυιά, Ἑλληνικῶς.

vero ortum habent aliae nonnullae, v. g. παιγνίδιον, παιγνιήμων et παιγνιόω. SALLIER. Vide infra ad Ἧνυσα.

10. Ἀμφορέα κ. τ. λ.] Ita ex coniectura. In MS. Ἀφϋρε, ἀλϋε, μακρὸν, Ἀττικῶς etc. Vide Adnott. ad v. Ἱππέα. HUDSON. In Coll. Gronov. Ἀφυ. . . ἁλιέα, μακρόν. In Cod. Coislin. Ἀφορέα, unde *Hudsoni* coniectura confirmatur. Dicemus quaedam infra v. Ἱππέα.

11. Ἀγυιέα μ. Α. ἀγυιέα [βραχέως] Ἑλλ.] Ita ex coniectura: ad quam firmandam vide quae attulimus in Adnott. ad v. Ἱππέα. In MS. Ἀγυιᾶ, μακρῶς, Ἀττικῶς. ἀγυιά, Ἑλληνικῶς. HUDSON.
6 Locus difficilis emendatu est, in quo Codd. MSS. parum aut nihil iuvant. *Hudsoni* coniectura probanda non est. E Coisl. et Reg. nihil varietatis enotatum. In MS. Leid. et Coll. Gron. legitur: Ἀγυιᾶ. μακρῶς τὴν ἐπὶ τέλει, Ἀττικῶς· Ἀγυιά, Ἑλληνικῶς. Suspicor *Moerin* scripsisse: Ἀγυιᾶς, μ. Α. Ἀγυιάς, Ἑλλ. *Harpocration* v. ἔνιοι μὲν ὀξύνουσι θηλυκῶς χρώμενοι, οἷον τὰς ὁδούς. βέλτιον δὲ περισπᾶν· ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιέας. et paucis interiectis: ἔστιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιέας καὶ κατὰ τὴν Ἀττικῶν διάλεκτον ἀγυιᾶς etc. Conf. *Suid.* et *Steph. Byzant.* v. Ἀγυιά. et litteratorum principem, *T. Hemsterhusium* ad *Luciani* Prometh. T. I. p. 202. cui tamen altera scribendi ratio ἀγυιὰς magis probatur. *Etymologi* observatio p. 14. l. 21. an huc faciat et *Moeridi* lucem accendat, videant alii. An vero scribendum: Ἀγυιᾶ μ. Α. Ἀγυιέα Ἑ. ut Εὐβοιᾶ, Πειραιᾶ, Στειριᾶ, pro Εὐβοιέα, Πειραιέα, Στειριέα. Accusat. singul. Ἀγυιᾶ legitur in *Aristophan.* Thesmophor. v. 496. quem locum paulo copiosius adscribam, tum ut taedium Grammaticum minuam, tum ut illum emendem: Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν· εἶτ' ἠρειδόμην Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ κύνδ' ἐχομένη τῆς δάφνης· Ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷς, Εὐριπίδης· Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων Σποδούμεθ', ἢν μὴ 'χωμεν ἕτερον, οὐ λέγει. Οὐδ' ὡς, ὅτ' ἂν μάλισθ' ὑπό του βινώμεθα Τὴν νύχθ', ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα. Ita hunc locum partim recte constituit *R. Dawesius*, Vir Doctissimus, Miscell. Critt. p. 326. 328. Praeterea v. 496. pro κύνδ' scribi debet κύβδα. Vide Equit. v. 364. Sch. *Athenaeum* lib. X. p. 447. C. et lib. XIII. p. 580. D. κύβδ' ἔφη τριωβόλου. Versu autem 500. pro βινώμεθα revocandum verbum rarius et comicum ληκώμεθα. Auctor *Suidas*, qui tale apospasmation citat v. Ληκώμεθα. κινώμεθα. Ἀριστοφάνης· Μάλισθ' ὅταν ἀπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ' ὅλην. ubi *Kusterus* pro κινώμεθα reponebat βινώμεθα. Sed hac mutatione opus non

Ἀντίγραφα[12], πληθυντικῶς, Ἀττικῶς. ἀντίγραφον, ἑνικῶς, Ἑλληνικῶς.

esse monuit *Hemsterhusius* ad Arist. Plut. v. 1094. *Archilochus* apud *Harpocrat.* v. *Παλίνσκιον*. *Πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ.* quem locum interpres non intellexit. *Κινητιᾶν* apud *Platon.* Comicum in fragm. apud *Athen.* lib. X. p. 442. A. Ex ista *Suidae* comparatione plurimis adhucdum locis emendari posse *Aristophanem* res est eruditis notissima. Addam unicum ex iisdem his Thesmophoriazusis exemplum, e scena, in qua Mnesilochus veluti Helena, Euripides veluti Menelaus, introducuntur loquentes. Versu 916. Euripides inquit: *Ἑλένῃ σ᾽ ὁμοίαν δὴ μάλιστ᾽ ἴδον γύναι.* Respondet Mnesilochus:
7 *Ἐγὼ δὲ Μενέλαον, ὅσα γ᾽ ἐκ τῶν ἀφύων.* Quae cum manifeste corrupta essent, *Kusterus*, Vir cum maximis comparandus, sed nimis plerumque festinans, ex *Euripidae* Helen. v. 570. in textu reposuit: *Ἐγὼ δὲ Μενέλαον γέ σ᾽, οὐδ᾽ ἔχω τι φῶ.* atque ita veteris lectionis et elegantiae comicae vestigia penitus delevit. Scribendum levissima mutatione: *Ἐγὼ δὲ Μενέλεων* (vel *Μενελέῳ σ᾽*) *ὅσα γ᾽ ἐκ τῶν ἰφύων*. *Suidas*: *Ἰφύη* (malim *Ἴφυα* vel *Ἴφια*, vid. *Hesych.* v. et *H. Steph.* Ind. *Athen.* lib. II. p. 62. D.) *εἶδος ἀγρίου λαχάνου. Ἀριστοφάνης· Ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων.* Quod fragmentum unde depromtum sit, se ignorare fatetur *Kusterus*. Ridet *Aristophanes*, ut solet, et traducit Euripidem, tanquam olitoris et *λαχανοπώλιδος* filium. Notissimus e Ranis versus 864. *Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ*, eadem elegantia ex Euripideo *Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ* distortus. Hinc Euripides *σκανδικοπώλης*. Vid. *Hesych.* v. *Σκάνδιξ*. *Suidas* v. *Εὐριπίδης* et *Σκανδίκα*. Valde autem mihi verosimile fit, Aristophanem hac in scena Euripidem introduxisse corona ex oleribus agrestibus ornatum. Plura ad manum sunt *Suidae* loca, e quibus maior lux comico possit accedere: sed haec speciminis ergo doctis proposuisse sufficiat. Revertar ad *Moeridem*.

12. *Ἀντίγραφα κ. τ. λ.*] Ita quoque *Thomas M.* Utrumque tamen falli ostendunt haec *Demosthenis* verba pro Phorm. p. 600. [p. 946. Reisk. p. 212, 7. Bekk.] *Λάβε τῆς διαθήκης τὸ ἀντίγραφον καὶ τὴν πρόκλησιν ταυτηνί.* Eadem vox singulari numero legitur apud *Andocidem* Orat. 1. [de Myster.] p. 11. [ed. Steph. p. 107, 79. Bekk.] *Τά τε ἄλλα πάντα ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὰ εἰρημένα πανταχόθεν, ὅπου τί ἐστιν ἐν τῷ δημοσίῳ, καὶ εἰ ἀντίγραφόν που ἐστὶν, παρέχειν τοὺς θεσμοθέτας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς.* Sallier.

Noster per errorem ne esset lapsus, quando Atticos *ἀντίγραφα, πληθυντικῶς καὶ οὐδετέρως*, locutos adnotat, initio erat, quod metuerem. Rescribere cogitabam *ἀντιγράφη*, toties in oratorum

Atheniensium libris obvium, quod duos praecipue admittit significatus. Denotat *actionem contra eos, qui hereditatem sibi vindicant ex iure cognationis proximae*, et *actoris reique litigantium tabellas* (vide sis *Pollucem* lib. VIII. sect. 33. et 58. *Hesy-*
8 *chium*, *Harpocrationem* et alios).
Sed harum notionum ulla apud ceteros Graecos ἀντίγραφον adhibitum nusquam reperiebam. Aliam porro circumspiciens medicinam memoria repetebam, solemne esse Atticis, ἀντίγραφα in plurium numero ponere pro ἰσοτύπῳ, *exemplo* (conf. Cl. *Salmasium* ad Ius Att. et Roman. p. 205. seqq.). Verum nec ita bene procedebat. Nam huic dictioni scriptores semper iungunt eiusdem numeri gignendi casum. *Demosthenes* Or. I. in Steph. p. 972. [p. 1104. Reisk. p. 344, 8. Bekk.] Ἀντίγραφα εἶναι τῶν διαθηκῶν. Praeterea eum morem non constanter servant adhibentes subinde ἀντίγραφον cum genitivo ἑνικῷ. *Idem* pro Phormione p. 959. [p. 946. Reisk. p. 212, 7. Bekk.] Λάβε τῆς διαθήκης τὸ ἀντίγραφον. In contrarium huius *Thomas Magister*, ut probet, ἀντίγραφα κάλλιον εἶναι ἢ ἀντίγραφον, provocat ad testimonium *Libanii* in epistola, quae tertia est a venerando *Ioanne Christophoro Wolfio* Lipsiae 1711. editarum p. 4. Τῆς ἐπιστολῆς ἀντίγραφα. Attamen tanti non est rhetoris recentioris fides, quae gravissimi oratoris auctoritati quicquam detrahat. Tandem, qui culpam in librarios vertendo pro caussa possem propugnare *Moeridis*, commodum succurrebat. Propense enim credo, eum ἀντίγραφαι in litteras retulisse. Et certe θηλυκῶς pluriumque numero apud *Aristophanem*, quem ut plurimum explicat noster, invenio vocabulum in Nub. v. 472. πράγματα κἀντιγραφάς. Οὕτω ἐκάλουν, inquit Scholiastes, τὰς δίκας πάσας, *caussas forenses quascunque:* quo sensu apud reliquos quoque Graeco sermone loquentes dicitur ἀντίγραφον. Schlaeger. in *Consp.* p. 11. et 12.

Excitat *Schlaegerus* V. Cl. fluctus in simpulo et magno conatu nihil agit. Recta omnino est *Moeridis* lectio et sarta tecta conservanda. Attici ἀντίγραφα plurali numero dicebant pro ἀντίγραφον, ut ἐνέχυρα pro ἐνέχυρον. *Demosthenes* Or. II. in Stephan. p. 622. C. [p. 1136. Reisk. p. 369, 25. Bekk.] Παρὰ πάντας δὲ τοὺς νόμους μεμαρτύρηκε Στέφανος οὑτοσὶ τὰ ψευδῆ, ὡς ἀντίγραφά ἐστι τῆς διαθήκης τοῦ Πασίωνος. p. 623. A. [p. 1137. Reisk. p. 370, 28. Bekk.] Ὅτι διαθήκης οὐδεὶς πώποτε ἀντίγραφα ἐποιήσατο. Saepe τὰ τῶν διαθηκῶν ἀντίγραφα, ubi διαθῆκαι etiam more Attico in plurali ponuntur. Ἀντίγραφον habetur Or. in Pantaen. p. 629. B. [p. 978. Reisk. p. 239, 42. Bekk.] οὐδὲν οὔτ' ἀντίγραφον, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἐποιησάμην. Verum quemadmodum una duaeve hirundines ver non faciunt, ita ex uno alterove exemplo nihil contra veteres Grammaticos decerni potest nec ipsi erroris convinci. Neque existimandum est, qua in opinione multos homines eruditissimos versari video,
scriptores Atticos ab istis vocibus, 9
quas Grammatici Ἑλληνικὰς, com-

Ἀμυγδάλας[13], θηλυκῶς, Ἀττικῶς. ἀμύγδαλα, οὐδετέρως, Ἑλληνικῶς.

munes, *vulgares* vocant, plane abstinuisse aut abstinere debuisse. Minime vero. Sed praeter voces vulgares, quae ipsis cum plerisque Graecis et cum vulgo erant communes, nonnullas usurparunt aut alia forma, veluti veste, donatas, aut significatione a vulgo recepta paullum diversa, aut plane novas et glossematicas. Quas cum multi suo iam tempore non intelligerent, veteres magistri, *Aristophanes Grammaticus*, *Aelius Dionysius*, *Moeris*, alii a *Suida* in initio Lexici memorati, suis in libellis exposuerunt et interpretati sunt per voces communes et a vulgo Graecorum receptas, quas tamen non damnarunt. Qua in re diversum fuit *Phrynichi* institutum, nimium severi Atticismi censoris. *Thomas M.* veteres Grammaticos, quos expilavit (perpauca enim iste habet, quae non aliis debeat), saepe non intellexit atque ita, dum *Phrynichum* insuper imitari studuit, frequenter hallucinatus est. Sed pluribus hac de re deque recto Magistrorum Atticistarum usu disputavi in Praefatione.

13. Ἀμυγδάλας] *Moeridi* accedit *Thomas Magister* contradicente *Galeno*, qui lib. II. de Facult. Alim. cap. 29. nomen, de quo disputatur, cum feminino tum neutro genere apud veteres efferri solitum auctor est. Neque illud temere, cum vocibus ἀμυγδάλη et ἀμύγδαλον *Theophrastum* promiscue usum esse constet. Equidem neutrum genus in eius scriptis minus obvium. Verum cum ab ipso bis usurpatum deprehendatur, nempe Hist. Plant. lib. IV. cap. 5. et de Caus. Plant. lib. IV. cap. 2. Atticum esse, quis negaverit? Adde, quod *Hermippum* Atheniensem, veteris comoediae poëtam, eandem scribendi rationem secutum esse testetur *Hesychius* v. Διὸς βάλανοι. Utrique praeiverat *Hippocrates*, in cuius lib. II. de morbis ἀμυγδάλια reperias. Recte igitur a Galeno traditum, Graecis in eo nomine pronunciando modo femininum modo neutrum genus arrisisse: quae consuetudo etiam apud Latinos obtinuit; nec ex iis defuere, qui masculinum genus praeferrent, *Palladius* v. g. et *Arnobius* lib. V. p. 160. Nullo tamen, si bene meminimus, Graecorum exemplo. ἀμύγδαλος enim legitur quidem apud *Lucian.* [Pro merc. cond. 5.] T. I. p. 507. Sed nomen illud tametsi in ος desinit, ex adiectivo femininum esse manifestum est. ἐπεὶ δὲ, inquit, εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόῤῥω κειμένην. Femininum fecit et *Hesychius*: Κάρυα, τὰς ἀμυγδάλους καὶ καστάνους. Cum autem diversae fuerint vocis illius scribendae rationes, omnium receptissima, quae exit in η, deinde quae in ον: nam praeter *Theophrastum* et *Hermippum* eam quoque a *Diphilo* Comico usurpatam testis est *Athenaeus* lib. II. p. 52. ὅτι καὶ οὐδετέρως, inquit, ἀμύγδαλα λέγεται. Δίφιλος· Τρωγάλια, μυρτίδες, πλακοῦς, ἀμύ-

Ἀρχαιρεσίας [14], θηλυκῶς, Ἀττικῶς, ὡς Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. ἀρχαιρέσια, οὐδετέρως, Ἑλληνικῶς.

Ἄσβολος [15], Ἀττικῶς. ἀσβόλη, Ἑλληνικῶς.

γδαλα. Non audiendus itaque *Moeris*, qui nomen ἀμύγδαλον e finibus Atticis migrare iubet. Auctores tamen habuit, quos sequeretur, ut ex his *Athenaei* colligas, lib. II. cap. 53. Τρύφων δ' ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν. Quasi nempe femininum ἀμυγδάλη apud Atticos, neutrum vero ἀμύγδαλον apud alios in usu fuisset. Quid vero de hac illorum opinione sentiendum sit, allata hactenus exempla aperiunt, quibus ostenditur nomen ἀμύγδαλον ab Atticis civitate donatum esse. Si quod autem inter illos ceterosque Graecos discrimen fuit, illud omne in tono positum videtur: testis *Trypho* et *Tryphone* antiquior *Pamphilus* et *Aristarchus*, e quorum fragmentis discimus, non unam fuisse veterum Grammaticorum de huiusce nominis accentu sententiam. ὅτι περὶ τῆς προφορᾶς (inquit. *Athen.* p. 52.) τοῦ τόνου τῆς ἀμυγδάλης Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ καρποῦ βαρύνειν ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ· τὸ μέντοι δένδρον θέλει περισπᾶν — Ἀρίσταρχος δὲ καὶ τὸν καρπὸν, καὶ τὸ δένδρον ὁμοίως προφέρεται κατ' ὀξεῖαν τάσιν. Φιλόξενος δὲ ἀμφότερον περισπᾷ. Hinc *Ammonius*: Ἀμυγδαλῆ καὶ ἀμυγδάλη διαφέρουσιν. ἀμυγδαλῆ μὲν γὰρ περισπωμένως τὸ δένδρον δηλοῖ, ἀμυγδάλη δὲ παροξυτόνως τὸν καρπόν. καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις φησί· Δίδου μασᾶσθαι ἀξίας ἀμυγδάλας, ubi Cl. *Kusterus* mallit Ναξίας ex *Athenaeo* p. 52. qui versus illius *Eupolidis* meminit, ut probaret amygdalas Naxias magno apud veteres in pretio fuisse. Sallier.

Ἀμυγδάλας dedi pro ἀμυγδάλαι e Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gronov., in qua pro οὐδετέρως est οὐδέτερον.

14. Ἀρχαιρεσίας κ. τ. λ.] Pro ἀρχαιρέσια in MS. ἀρχαιρέσιον. Hudson.

Similiter Leid., in quo Ἀττικῶς deest. Ἀρχαιρέσια habent
Codd. Coisl. et Reg., e quibus 11
pro Ἀρχαιρεσίαι etiam reposui Ἀρχαιρεσίας. Femininum Ἀρχαιρεσία legitur ap. *Platon.* de Legg. lib. VI. p. 855. F. [p. 752. C. St.] *Isaeum* Or. de Her. Apollod. p. 66. l. 14. [ed. Steph. p. 90, 28. Bekk.] *Aeschin.* in Ctesiph. pag. 276. A. [p. 55. Steph. p. 383, 13. Bekk.] *Demosthen.* de Rep. ord. p. 70. A. [p. 171. Reisk. p. 154, 19. Bekk.] adv. Aristocrat. p. 453. A. [p. 677. Reisk. p. 608, 171. Bekk.] adv. Leochar. p. 675. B. [p. 1092. Reisk. p. 334, 39. Bekk.] In Philippicis non reperi. Sed plures fuerunt olim *Demosthenis* Philippicae. Vid. *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. I. p. 923. f.

15. Ἄσβολος, Α.] *Moeridi* convenit cum *Phrynicho* et

Ἄλλοθι[16], ἄλλοσε, ἄλλοθεν, Ἀττικῶς. ἀλλαχόθι, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχοῦ καινότερον, Ἀττικῶς καὶ Ἑλληνικῶς.

Ἀπέδομεν[17], ἀπέδοτε, ἀπέδοσαν, Ἀττικῶς. ἀπεδώκαμεν, ἀπεδώκατε, ἀπέδωκαν, Ἑλληνικῶς.

Ἀπολλὺς[18], Ἀττικῶς. ἀπολλύων, Ἑλληνικῶς.

Thoma M. Addit autem *Eustathius* Comm. p. 1390. illudque auctore *Aelio Dionysio*, celebri inprimis Grammatico, illud nomen ab Atticis cum articulo femin. efferri. Αἴλιος δὲ Διονύσιος, inquit, παρασημειούμενος τινὰ ὅπως κατὰ γένη προφέρονται, φησὶν οὕτω — ἔτι θηλυκῶς καὶ ἡ τύλη τὸ φῦμα τὸ ἐπὶ τοῦ αὐχένος καὶ ἡ ὄμφαξ καὶ ἡ ἄσβολος — δῆλον δὲ ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα, ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ ῥηθεὶς Διονύσιος ἐπεξέρχεται. Neque illud temere pronunciatum a *Dionysio* colligas ex *Aristoph.* et *Luciano*, quorum ille in Thesmoph. (v. 252.), hic vero compluribus in locis eam vocem femineam faciunt, in eo a *Theophrasto* diversi, apud quem τὸν ἄσβολον legitur de Igne cap. 68. μίξει γὰρ τινὶ μελαίνει τὸν ἄσβολον τὸν καπνὸν ἀναφέρων. Sed scribi debere τὴν ἄσβολον, non immerito quis suspicetur. Sallier.

Ἄσβολος legitur et apud *Alciphr.* lib. I. ep. 23. pag. 92. et *Heliodorum* lib. VI. [cap. 11.] p. 294. l. 26.

16. Ἄλλοθι κ. τ. λ.] In MS. ἄλλοσε, ἀλλόθεν. Ex *Thoma Magistro* ordinem mutavi et mox ἀλλαχόσε pro ἀλλαχοῦ ex eodem posui. Hudson.

MSS. Codd. omnes ita habent, uti edidi; quanquam *Hudsoni* coniectura, ἀλλαχόσε pro ἀλλαχοῦ legentis, specie non caret. In Gron. Coll. est κοινότερον pro καινότερον. In Coisl. καὶ abest inter Ἀττικῶς et Ἑλληνικῶς. Videntur ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε recentioris esse Atticismi. Vid. *Themist.* p. 15. C. ubi ἀλλαχόθεν. Conf. not. ad *Thom. M.* et *Wetsten.* V. Cl. ad Ioan. X. v. 1.

17. Ἀπέδομεν κ. τ. λ.] Male MS. Leid. ἀπεδώκατε, ἀπεδώκαμεν. Ἀπέδομεν, *Plato* 12
Charmid. pag. 474. B. 477. A. [p. 170. E. 175. A. St.] Ἀπέδοσαν idem Menexeno pag. 521. D. 522. E. [p. 242. C. p. 244. B. St.] *Thucyd.* lib. II. [cap. 6.] p. 101. l. 35. [cap. 92.] p. 159. l. 9. [*Aeschin.* c. Ctesiph. p. 66. Steph. p. 409, 86. Bekk. p. 68. Steph. p. 416, 104. Bekk. *Isocrat.* Paneg. p. 57. Steph. p. 63, 84. Bekk. in Callim. p. 372. Steph. p. 446. Bekk.] Ἀπεδώκαμεν ioco positum in *Alexidis* Milite apud *Athen.* lib. VI. p. 223. F.

18. Ἀπολλὺς] In MS. ἀπολὺς et ἀπολύων. Hudson.

Sic et Leid. Reliqui omnes recte ἀπολλὺς et ἀπολλύων. *Phrynichus* Musis apud *Harpocration.* v. Καδίσκος. Ἰδού, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι, Ὁ

Ἄνοργοι[19], Ἀττικῶς. ἀνόργητοι, Ἑλληνικῶς.
Ἀλλᾶς[20], Ἀττικῶς. ἀλλάντιον, Ἑλληνικῶς.
Αὔξην[21], Ἀττικῶς. αὔξησιν, Ἑλληνικῶς.
Ἀπαλλάξονται[22], Ἀττικῶς. ἀπαλλαγήσονται, Ἑλληνικῶς.

μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί. In *Lysiae* [si sunt verba Lysiae] Orat. VI. p. 102. [p. 103. Steph. p. 206, 2. Bekk.] legitur: *λέγοντος, ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους ἀπολλύων, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς εἶναι.* Sed recte *Marklandus*, vir acutissimus, castigavit: *μηνύων τοὺς αὑτοῦ συγγενεῖς καὶ φίλους ἀπώλλυεν.*

19. *Ἄνοργοι, Α. ἀνόργητοι, Ἑ.*] Ita Codd. Coisl. Reg. Leid. et Coll. Gron. pro *Ἄνοργος* et *ἀνόργητος*, quod servari potuisset. Et sic *Thomas M.* Sed respicere videtur *Moeris* ad *Cratini* locum. *Suidas*: *Ἄνοργοι. ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀργῆς. Κρατῖνος.* quem locum Cl. *Sallierius* etiam adscripserat.

20. *Ἀλλᾶς*] In MS. *Ἀλλᾶν, Ἀ. ἀλλαντὶ, Ἑλλ.* Hudson. Sic et Coisl. Reg. Gron. et Leid. Forte *ἀλλᾶντα, Ἀττικῶς. ἀλλάντιον, Ἑλληνικῶς.* Vid. *Aristoph.* Eq. v. 161. 201. 207. 208. 430. Acharn. v. 146. *Alciphr.* lib. III. ep. 7. *ὁ μὲν γὰρ ἀλλᾶντα ἐνέσαττεν.* Conf. *Eustath.* ad Il. B. p. 227. l. 18. ed. Bas. loco ab *H. Steph.* in add. de D. A. p. 19. indicato. Vide not. ad *Thom. M.*

21. *Αὔξην*] Dubitari nequit, quin ea vox sit Attica, utpote quae apud *Platonem* [v. *Ast.* ad Polit. p. 554. add. *Plat.* Tim. p. 43. B. St.] saepius occurrat; sed ideo *αὔξησις* repudiari non debuit, cum hocce nomine usus deprehendatur *Theophrast.* de Caus. Plant. lib. II. cap. 7. *τὰς δὲ τῶν ὑδάτων διαφορὰς τῶν ἐπιγείων (καὶ γὰρ ταῦτα οὐ μικρὰν ἔχει μερίδα πρὸς αὔξησιν καὶ τροφὴν) ὁμοίως τούτοις ληπτέον.* Sunt et alia non pauca eiusdem scriptoris loca, in quibus nomen *αὔξησις* legitur. Sallier.

Aelianus H. A. lib. IX. cap. 60. *την αὔξην τῶν ἐνύδρων βρεφῶν οὐ φέρουσιν.* Vide *Hemsterh.* ad 13
Thom. M.

22. *Ἀπαλλάξονται*] Corrupte Coisl. et Gron. *ἀπαλλάξατε.* Reg. *ἀπαλλάξαντε. Ἀπαλλάξομαι, -εται, -ονται, -εσθαι* etc. legas apud *Thucydid.* lib. IV. [cap. 128.] p. 314. l. 8. lib. VIII. [cap. 83.] p. 554. l. 90. [cap. 2.] p. 508. l. 47. *Platon.* Euthyphr. p. 11. D. [p. 15. E. St.] Apolog. Socr. p. 30. A. [p. 39. C. St.] Phaedon. p. 61. D. [p. 81. C. St.] de Rep. lib. V. pag. 660. D. [p. 465. D. St.] *Herodot.* lib. VII. cap. 222. *Demosthen.* adv. Leptin. p. 365. B. [p. 465. Reisk. p. 420, 28. Bekk.] *Xenophon.* Cyropaed. lib. V. [cap. 2, 15.] p. 124. D. Anabas. lib. V. [cap. 1, 8.] pag. 345. C. lib. VII. [cap. 1, 4.] pag. 393. D. [cap. 6, 2.] pag. 411. B.

Ἀπηλάθη[23], Ἀττικῶς. ἀπηλάσθη, Ἑλληνικῶς.

Aristid. T. I. pag. 355. ed. Iebb. p. 406. f. *Lucian.* [Vit. Auct. 11.] T. I. p. 551. l. 95. *Libanium* Opp. T. I. p. 224. B. 323. B. etc. *Heliodor.* lib. IV. [cap. 6.] p. 173. l. 26. Ἀπαλλαγήσομαι apud *Platon.* de Rep. lib. IV. p. 648. B. [p. 445. B. St.] de Legg. lib. I. p. 780. F. [p. 642. E. St.] *Xen.* Cyrop. lib. IV. [cap. 5, 15. ubi al. ἀπαλλαξόμεθα pro ἀπαλλαγησόμεθα] pag. 110. A. Hist. Gr. lib. IV. [cap. 6, 3.] pag. 530. D. de Rat. Red. [cap. 6, 1.] p. 931. D. *Demosth.* adv. Androt. p. 423. B. [p. 605. Reisk. p. 543, 37. Bekk.] *Isocrat.* ad Philipp. p. 278. nov. ed. [p. 101. Steph. p. 113, 95. Bekk.] Areopag. p. 354. [p. 156. Steph. p. 176, 84. Bekk. add. Paneg. p. 76. Steph. p. 85, 172. Bekk. pag. 80. Steph. p. 89, 189. Bekk.] *Heliodor.* lib. VIII. [cap. 7.] p. 389. l. 11. *Chariton.* [lib. II. cap. 6.] p. 31. l. 23. [p. 44. v. 6. ed. Lips.] Ἀπαλλαχθήσομαι *Euripid.* Med. v. 78. Hippol. v. 326. Notum est, Atticos multa futura media ponere pro passivis. Sic διδάξομαι pro διδαχθήσομαι *Aristoph.* Nub. v. 127. ἐπιτάξομαι *Euripid.* Suppl. v. 521. Κηρύξομαι Phoeniss. v. 1025. aliaque, de quibus ad *Moeridem* dicendi occasio aliquoties recurret. Vid. Γυμνάσεται, Τιμήσεται.

23. Ἀπηλάθησαν, *A.* ἀπηλάσθησαν *Ε.*] Ita legendum (infra Ἀπελαθεὶς Ἀττικῶς. μετὰ δὲ τοῦ σ. Ἑλληνικῶς.) In MS. Ἀπηλλαθῆ, Ἀττικῶς. ἀπηλλάθησαν, Ἑλληνικῶς. Vide *Thomam Magistr.* v. Ἐληλάμενος. Hudson.

Similiter MS. Leid. Recte quidem *Hudsonus.* Sed eam, quam dedimus, lectionem praeferunt Codd. Coisl. Reg. Coll. Schlaeg. et Gronov. Depravata Codd. Leid. et Huds. lectio forte fluxit ex hac scriptura: Ἀπηλάσθη μετὰ τοῦ σαν, i. e. σ. Infra Ἀπελαθείς. Utraque observatio poëtarum Atticorum usu confirmatur. *Sophocles* Oedip. Colon. v. 625. Οὕτως ἔχει μοι, γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην. *Euripides* Phoen. v. 372. Ὧν οὐ δικαίως ἀπελαθεὶς, ξένην πόλιν Ναίω. Similiter ἠλάθη. *Aeschyl.* Eumen. v. 283. Φοίβου, καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις. *Euripid.* Iph. Taur. v. 1175. Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος. 14
Quibus in locis metrum alteram lectionem repudiat. In pedestris orationis scriptoribus librarii, quin ipsi homines eruditi, haec pro lubitu mutarunt; v. c. in *Herodot.* lib. III. cap. 54. *I. Gronovius* ἀπηλάσθησαν dedit e Flor. pro ἀπηλάθησαν. Similiter lib. I. cap. 168. ἐξελασθεὶς et cap. 173. lib. IV. cap. 4. ἐξελασθέντες, pro quibus in vulgatis ἐξελαθεὶς et ἐξελαθέντες rectius legitur, ut lib. IV. cap. 145. lib. V. cap. 42. 97. lib. tamen VI. cap. 137. ἐξηλάσθησαν. Ἀπηλάθη recte scriptum est in *Lysiae* Or. contra Agorat. p. 263. [p. 137. Steph. pag. 279, 81. Bekk.] Ἀπελαθεὶς apud *Xenophont.* Cyropaed. lib. II. [cap. 1, 6.] p. 41. C. *Lucian.* Timone [38.] p. 151. l. 37.

Ἀπαλλαξείοντες[24], *Ἀττικῶς. ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες, Ἑλληνικῶς.*

Ἀγόντων[25], *ᾀδόντων, Ἀττικῶς. ἀγέτωσαν, ᾀδέτωσαν, Ἑλληνικῶς.*

24. *Ἀπαλλαξείοντες*] In MS. *ἀπαλλαξίοντες*. Hudson.

Similiter reliqui Codd. magno consensu (e Coisl. et Reg. *Ἑλληνικῶς* pro *Ἕλληνες* rescripsi). Infra *κνησίειν* etiam per ῑ. Sed alteram scripturam veriorem puto. *Thucydid.* lib. I. cap. 95. p. 63. l. 51. *ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου.* lib. III. cap. 84. l. 22. *πενίας δὲ τῆς εἰωθυίας ἀπαλλαξείοντες.* ubi quidam Codd. *ἀπαλλαξίοντες*. Atque ita scribendum lib. VIII. cap. 89. l. 97. *οὐ τὸ ἀπαλλαξείειν τοῦ ἄγαν εἰς ὀλίγους ἐλθεῖν.* uti correxit Cl. *Abresch.* Diluc. Thucydid. pag. 779. quem consule. *Aristides* T. I. p. 284. l. 6. *καὶ ἐπὶ τούτοις ἤδη ἔλεγον ἀπαλλαξείων.* Huius generis verba desiderativa in *είω*, a futuris derivata, praeter nostrum *ἀπαλλαξείω* sunt: *Ἀναστησείω, Ἀποδωσείω, Βρωσείω, Γαμησείω, Γελασείω, Δειπνησείω* (Onomasticum vetus: *Coenaturio*, *δειπνησείω*), *Διαβησείω, Δρασείω, Δωσείω* (sic leg., non per ō), *Ἐλασείω, Ἐργασείω, Κατηγορησείω, Κλαυσείω, Κνησείω, Ναυμαχησείω, Ξυμβασείω* (apud *Thucydid.*, nisi legendum *Ξυμβησείω*, ut *Διαβησείω*), *Ὀψείω, Παραδωσείω, Πελασείω, Πολεμησείω, Χεσείω.* *Ὠνησείω* apud *Dionem Cassium*, nisi illic reponendum sit *ὠνητιῶ*. Nam activum *ὠνέω, ὠνήσω*, in usu non fuit. Ex his *ἀναστησείω, ἀποδωσείω, κατηγορησείω, πελασείω* debentur diligentiae Cl. *Abreschii.* l. c. *Φυξείω* scribi debet pro *φευξιῶ* in *Eurip.* Herc. Fur. v. 627. quod fere perspexit *Aemilius Portus*; qui ibidem profert *Τυψείω*, sed hoc a nobis nuspiam repertum est, nisi quis huc referre velit, quod *Hesychius* habet: *Ἐντυψίω, ἐντινάξω.* *Ἀγορασείω Schol.* Aristophanis ad Ran. v. 1100. *Λεξείω* Onomasticum Vetus: *Dicturio*, *λεξείω*. Idem Onomast. *Lecturio*, *ἀναγνωσείω*. *Micturio*, *οὐρησείω*. *Τυραννησείω* analogiae ope in linguam Graecam restituere conatus est *Abreschius* ad Cattierii Methodum Admirab. p. 10. *Μεταλλαξείειν* scribendum suspicor apud *Eustath.* ad Odyss. *N.* p. 507. l. 13. *ταῦτα δὲ πεπλασμένα εἰσὶν, ὥς φασὶν οἱ παλαιοὶ, διὸ καὶ Πορφύριος τὸ πᾶν τοῦτο ἄντρον εἰς ἀλληγορίαν μεταλαξεύει.* Lege: *μεταλλαξείει.* *Eustathius* ad Il. A. p. 122. l. 32. et *Etymologus* v. *Κακκείω* verbum Homericum *κακκείειν* ad hanc classem referentes audiendi non sunt. His verbis explicandis apud Grammaticos inserviunt *ἀπαλλακτικῶς ἔχειν, γελαστικῶς ἔχειν, ὀπτικῶς ἔχειν, κνηστικῶς ἔχειν* similiaque. *Ἀπαλλακτικῶς ἔχειν* usurpavit etiam scriptor gravissimus *Dionysius Halicarn.* Crit. p. 67. l. 8.

25. *Ἀγοίτων*] In MS. *Ἀγόντων, αἰδόντων*, idque rectius. Attici enim tertiam personam plu-

Ἀκροᾷ[26], Ἀττικῶς. ἀκροᾶσαι, Ἑλληνικῶς.

ralem imperativi sic efferre solent, ut iis perspectum est, qui Grammaticae Graecae non sunt omnino imperiti. Sallier.

Ed. Huds. MS. Leid. et Reg. ἀγοίτων, αἰδοίτων, et dein αἰδέτωσαν. *Gesnerus* V. Cl. in ep. ad *Schlaeg.* emendat: ἀγόντων, εἰδόντων, — εἰδέτωσαν. Priorem correctionem confirmat Cod. Coisl. in quo, ut in reliquis, αἰδόντων, quod leviter mutavi in ᾀδόντων. In Coll. Gr. ἀγέτωσιαι et αἰδέτωσ. perperam erat scriptum. De his imperativis notavit *H. Stephanus* in app. de D. A. p. 168. Vim exemplorum dedit *M. Mattairius* in utilissimo de Dialectis Gr. libro p. 66. et seqq. quibus plurima possent addi. Paucis simus contenti. *Παραγόντων Demosthen.* adv. Leptin. p. 378. B. [p. 497. Reisk. p. 449, 132. Bekk.] *πεμπόντων Sophocl.* Oed. Colon. v. 467. *χαιρόντων Alciphr.* lib II. ep. 1. f. *ἡκόντων Heliodor.* lib. IX. [cap. 24.] p. 459. l. 32. *καταλειπόντων* et *οἰκούντων Clemens Alex.* pag. 3. l. 15. *προσκυνούντων* idem p. 28. l. 24. *ἐθιζόντων* ibid. l. 26. sed ibi reponendum *ἐθιζέσθων*. *κυρούντων Aeschyl.* Choëph. v. 712. *φθονούντων Alciphr.* lib. III. ep. 30. *ποιούντων* ep. 52. *ἐκκοψάντων Aristoph.* Av. v. 584. *ἰόντων* apud *Xenophont.* Cyrop. [lib. II. cap. 3, 9. add. Anab. lib. I. cap. 4, 8. *Sturz.* Lex. Xen. T. II. pag. 561. c. 1.] ubi MS. ap. *Hudchins.* *ἰέτωσαν*. Haec in tironum gratiam. Comparandus *P. Wesselingius*, Vir Magnus, Obss. lib. I. cap. 14. p. 50. cuius docta est observatio. Atticum morem si observasset *Muratorius*, in *Firmi*, scriptoris Atticae elegantiae studiosi, epist. XLIV. Anecd. p. 322. pro *λεγόντων οἱ πεπειραμένοι* non coniecisset *λεγέτωσαν*. Pari acumine *M. Meibomius* in *Aristide Quinctiliano* de Musica lib. III. pag. 164. pro *καὶ δὴ τουτὶ τέλος ἡμῖν οἱ περὶ* 16
μουσικῆς ἐχόντων λόγοι reponebat *ἐχέτωσαν*. Nimirum huic mandes, si quid recte curatum velis. Eadem forma usi Dorienses, ut in Inscriptionibus apud *Chishull.* Mon. Asiat. et apud Thucydid. lib. V. cap. 79. *κοινανεόντων* ex pulcherrima Cl. *Valckenaerii* emendatione ad *Euripid.* Phoeniss. v. 65.

26. Ἀκροᾷ, Ἀττ. Ἀκροᾶσαι, Ἑλλ.] Prodit hac parte *Moeris* auctior e MSS. Coisl. Reg. et Coll. Gronov. Ab editione Hudson. et MS. Leid. abest haec observatio. *Phrynichus* in Appar. Sophist. Bibl. Coisl. p. 467. [*Bekk.* An. Gr. I. pag. 43, 25.] *Ἵν' ἀκροᾷ. οὕτως τὸ ὑποτακτικὸν χρὴ λέγειν τῶν δευτέρων προσώπων παθητικῶν ἑνικῶν, ἵνα ἀκροῶμαι, ἵνα ἀκροᾷ, ἵνα ἀκροᾶται, καὶ ἵνα γελᾷ.* Nec tantum secundam personam sing. praesentis subiunctivi ita contraxerunt Attici, sed et secundam sing. praesentis indicativi. *Etymolog.* p. 201. l. 46. *τὸ παθητικὸν βοῶμαι, τὸ δεύτερον βοᾷ σὺ καὶ πειρᾷ σύ. Plato* Euthydem. p. 211. E. [p. 304. D. St.] *Ὦ Κρίτων, ἔφη, οὐδὲν ἀκροᾷ τῶνδε*

Ἄπεισιν[27], *Ἀττικῶς. ἀπελεύσεται*, *Ἑλληνικῶς.*
Ἀλεῖς[28], *Ἀττικῶς. ἀλέσεις*, *Ἑλληνικῶς.*

τῶν σοφῶν. Sic *αἰτιᾷ* *Xenoph.* Cyrop. lib. V. [cap. 1, 7.] pag. 116. D. [add. *Sturz.* Lex. Xen. T. I. p. 94. c. 2.] *ἁμιλλᾷ* *Euripid.* Iph. Aul. v. 309. ubi frustra est *Barnesius.* Grammaticus Bibl. S. Germani, quem *D. Ruhnkenio* debebit orbis eruditus [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 77, 20.] *Ἀκροάσαι σὺ, ἀντὶ τοῦ ἀκροᾷ, καὶ ἀκούεις.* ubi nomen veteris auctoris, qui ita usus sit, librariorum incuria omissum videtur. Imperativ. *ἀκρόασαι* legitur in *Aristoph.* Vesp. v. 653. pro quo *ἀκροῶ* in Lysistr. v. 503. et *Pherecrat.* fragm. apud *Athen.* lib. III. p. 122. E. *Ἐγὼ δ' ἂν ἀντείποιμι, μὴ πολυπραγμόνει, Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, πρόσεχε τὸν νοῦν κ' ἀκροῶ.* Male *Athenaei* verba, *εἴποι τις ἂν τῶν πάνυ δοκησιδεξίων,* quae casu fortuito iambum faciunt, cum his *Pherecratis* versibus fuerunt coniuncta. Quod non animadvertit Vir Illustris *H. Grotius* Exc. e Tr. et Com. pag. 515. In *Kusteri* nota ad Lysistr. l. cit. typothetae videntur errasse.

27. *Ἄπεισιν, Ἀ. ἀπελεύσεται, Ἑλλ.*] In MS. *ἀπαλλάσσεται.* Hudson.

Sic et Leid. *Hudsoni* correctionem firmant Codd. C. et R. Coll. Schl. *Phrynich.* p. 12. [p. 37. Lob.] et *Thom. M. Suidas*: *Ἔξειμι, οὐκ ἐξελεύσομαι, λέγουσιν Ἀττικοί.* Notarunt de hoc Atticorum usu *H. Stephan.* in App. de D. A. p. 139. et *L. Kusterus* ad *Aristoph.* Plut. v. 70. laudati *Hemsterhusio* ad *Lucian.* Somn. pag. 10. n. 1. Conf. 17
Rich. Dawes. Miscell. Critt. p. 78. Exemplis a Kustero prolatis sexcenta alia adiici possent. *Ἄπειμι* *Sophocl.* Ai. v. 1183. Oed. Tyr. v. 452. 455. *Ἄπεισιν* Oed. Tyr. v. 237. *Aristoph.* Ran. v. 1534. *Xenoph.* Cyrop. lib. IV. [cap. 5, 11. coll. *Sturzii* Lex. Xen. T. I. pag. 313. c. 2.] p. 107. B. et ubique. Rarius *ἄπει* *Sophocles* Oedip. Tyr. v. 439. quo respexit *Suidas: Ἄπει, ἀντὶ τοῦ ἀπελεύσῃ. Σοφοκλῆς.* Futur. *ἀπέσομαι* adhibuit *Aristoph.* Nub. v. 884. *Suid.* v. apud quem pro *Ἀπείσομαι ἀντὶ τοῦ ἄπειμι* legendum *Ἀπέσομαι.* Duplicem, si veteres hos magistros audias, errorem commisit *Maximus Tyrius* Diss. XXIV. p. 295. *καὶ ἀπελεύσεσθαι φησὶ, καὶ οὐκ ἄπεισιν.* ubi futurum *ἀπελεύσεσθαι* habes, et *ἄπεισιν* pro **abit.** Vid. Ioan. cap. VI. v. 68.

28. *Ἀλεῖς, Ἀ. ἀλήθεις, Ἑλλ.*] In MS. *ἀλέσεις.* Hudson.

Ἀλήθεις pro *ἀλέσεις* reposuerat *Hudson.* auctoritate *Thomae M.* Sed contra omnium Codd. consensum. Vera mihi videtur et unice probanda Cl. *Oudendorpii* ad *Thom.* observatio, cui Magnus *Hemsterhusius* etiam calculum adiecit, Atticos futurum *ἀλῶ, ἀλεῖς* pro *ἀλέσω, ἀλέσεις* formasse, ut *καλῶ* pro *καλέσω, ὀλῶ* pro *ὀλέσω* aliaque, de quibus infra quaedam dicemus. *Suidas*, sive potius vetus Grammaticus apud

ipsum: Ἅλω, ἀντὶ τοῦ ἅλες, Φιλύλλιος. Potuisset *Kusterus* chartae parcere, qui, dum acerbe in *Portum* invehitur, ipse turpius labitur. Quis enim, ne de reliquis dicam, de Philyllio Grammatico vel fando inaudivit? Legendum coniicio: Ἀλῶ, ἀντὶ τοῦ ἀλέσω, Φιλύλλιος. Philyllius veteris comoediae poëta ita ἀλῶ posuerat pro ἀλέσω. Huius generis observationes e veteribus Atticistis derivatae apud *Suidam* sunt plurimae; e. g. Ἀμαθία, ἀντὶ τοῦ ἀναισθησία, Πλάτων. Ἀμαρτυρήτους, ἀντὶ τοῦ ἀμαρτύρους, οὕτως Ἀντιφάνης. Ἀναβιβῶμαι, ἀντὶ τοῦ ἀναβιβάσομαι, Ἀμειψίας. Ἀναπετῶ, ἀναπετάσω, Μένανδρος. Ἀπεμυθήσω, ἀντὶ τοῦ ἀπελογήσω, Στράττις. Ἀνάλφιτον, Φιλύλλιος Αἰγεῖ. Huiusmodi glossae ubique per totum opus veluti totidem gemmulae dispersae sunt. Ex iisdem Grammaticis fluxit haec nota: Ἀνανεοῦσθαι, ὡς ἡμεῖς, Θουκυδίδης ἑ. καὶ Πλούτοις Κρατῖνος. Ita ex Codd. MSS. lectione καὶ πλούτ. Κρατίνῳ scribendum est pro καὶ Πλούταρχος. Κρατῖνος. *Plutarchi* enim auctoritatem ad vocum Atticarum usum probandum nunquam advocarunt veteres magistri. Verbum ἀλεῖν restitu-
18 endum *Pherecrati* apud *Athenaeum* lib. VI. pag. 263. B. Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης οὔτε Σάκης οὐδενὶ Δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντ' ἐν οἰκίᾳ. Εἶτα πρὸς τούτοισιν εἶλον ὄρθριαι τὰ σιτία Ὥστε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας. Ita versum 2. rectius constituit *G. Canterus* N. Lectt. lib. IV. cap. 5. quam *H. Grotius* Exc. e Tr. et Com. p. 511. qui versum 3. et 4. sic interpretatus: *Cumque solis ante exortum sumerent farra in manus, Tota resonabat molarum crepitibus vicinia:* nihil vitii videtur esse suspicatus. Reponendum: Εἶτα πρὸς τοίτοισιν ἤλουν ὄρθριαι τὰ σιτία. *Phrynichus* p. 58. [p. 151. Lob.] ἤλει, οὐκ ἤληθεν. Magnus *Casaubonus* Animadvv. lib. VI. cap. 18. corrigebat ἤλων pro ἠλόων vel ἠλοίων. Sed cum istiusmodi synaloephe auribus Atticis est inaudita, tum eius verbi longe diversa est significatio, huc non congrua; de qua videri potest *Valcken.* Vir Cl. Animadvv. ad Ammon. lib. I. cap. 4. Cum *Pherecratis* loco comparari debet Incertus Auctor apud *Suidam* v. Ἄλφιτα. Πολλὰ μὲν ἄλφιτα ἀπέκειτο πεφυρμένα. πολλαὶ δὲ κριθαὶ ἀλεῖν. μύλη γάρ τις ἦν αὐτόθι. *Plutarch.* Opp. T. II. p. 830. C. Homericum Ἀπεῤῥώοντο *Hesych.* interpretatur ἐῤῥωμένως ἤλουν. Thales in Conv. VII. Sap. ap. *Plutarch.* T. II. p. 157. τῆς ξένης, ait, ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος, ἄλει, μύλα, ἄλει etc. *Philo* [de Sacrif. Ab. et C. 26. p. 180. ed. Mang.] p. 145. a. ἤλουν καὶ ἔτριβον αὐτό. [add. Vit. Mos. I. 37. pag. 114. ed. Mang.] Ὄνοι ἀλοῦντες apud *Ael.* H. A. lib. XII. cap. 34. Atque ita in elegantissimo *Archiae* epigrammate Anthol. lib. I. cap. XXXIII. 13. pro καρπὸν ἐλᾷ legendum puto: Νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, οἷα χαλίνῳ, Καρπὸν ἀλεῖ Δηοῦς ὀκρυόεντι λίθῳ. Alterum enim ἐλᾷν hoc usu nondum reperi. — Ἀλήθειν legitur in *Pherecratis* fragmento e Coriannis apud *Suid.*

῎Αετον[29], *᾿Αττικῶς. αἴετον, ῾Ελληνικῶς.*
᾿Ανίστω[30], *᾿Αττικῶς. ἀνίστασο, ῾Ελληνικῶς.*
῎Αθρους[31], *᾿Αττικῶς. ἀθρόους, ῾Ελληνικῶς.*

v. *᾿Ανόδοντος. ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει.* et in *Alexidis* Pyrauno apud *Athen.* lib. XIII. p. 590. B. *ἀλήθων ὄνος.* Conf. *Wetsten.* ad Matth. cap. XXIV. v. 41.

29. *῎Αετον, Α. αἴετον, ᾿Ε.*] Ita Codd. Coisl. Reg. et Leid. pro *ἄετος* et *αἴετος*. Vide notata ad *Κλάειν.*

30. *᾿Ανίστω*] In MS. *ἀνίστο.* Hudson. *ἐξανίστασο Isocrates* ad Demonic. p. 16. [p. 11, 32. Bekk.] Fischer.

Sic et Leid. et Coll. Gronov. *ἀνίστω* recte Coisl. et Reg. Vide *Thomam M.* v. *᾿Ανίστω* et *᾿Επίστω*, et notas. *Mattairium* de Dial. p. 65. C. *Suidas: ᾿Ανίστω. ἀντὶ τοῦ ἀνίστασο. ᾿Αμειψίας.*
᾿*Αδαγμός*. Ea vox nusquam occurrit apud scriptores Atticos, qui ad nos usque pervenerunt. Cur igitur in Atticarum numerum reponat, nobis incompertum est. Aliter se res habet de nomine κνησμὸς vel κνήσμα [κνῆσμα], perinde namque est, quo *Xenophon* utitur in Conv. [cap. 4, 28.] p. 884. ταῦτ' ἄρα, ἔφη, ἐγὼ ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος, τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμα τι ἐδόκουν ἔχειν. Ubi animadvertere operae pretium est, verbum ὀδάξω, non ἀδάξω, quamvis contra dicente *Moeride*, ab Atticis usurpatum, quod Ionibus peculiare fuisse nonnulla *Hippocratis* loca persuadent. Sed ut ad vocem κνησμὸς redeamus, eam quoque reperias apud *Philonem* p. 186. [Vit. Mos. I. 19. p. 97. ed. Mang.] p. 480. et [de Spec. Legg. §. 2. p. 301. ed. Mang.] p. 600. *Plutarch.* [de Adul. et Amici discr.] T. II. p. 61. A. *Iosephum* [B. I. lib. I. cap. 33, 5. T. II. p. 140. Hav.] p. 772. *Clem. Alexandr.* [Paedag. lib. II. cap. 7.] p. 174. [D. ed. Sylb.] quorum verba a nobis non adducuntur, quod Atticae puritatis minus idonei testes videri possint. Est tamen in *Plutarchi* scriptis nomen eiusdem ac κνησμὸς originis, κνῆσις videlicet, cuius meminisse abs re non erit, cum in Lexicis non compareat, tametsi ab eo scriptore bis usurpata sit: ac primum quidem legitur Moral. [de Superstit.] T. II. p. 167. B. μουσικὴν φησὶν ὁ Πλάτων, ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν, ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὤτων δοθῆναι. deinde vero [Amator.] p. 169. [imo p. 769. E.] κάλοι, καὶ μεθ' ἕλκους ἴσως οὐδὲν ἢ δεινὸν ὥσπερ τὰ δένδρα συμφυῆ γενέσθαι πρὸς 40 γυναῖκα χρηστήν. ἕλκωσις δὲ καὶ κνήσεως ἀρχή. Sallier.

᾿Αδαγμὸς, ἀδάξασθαι] ᾿Αδάξεσθαι, ὀδάξεσθαι, ὀδαξεῖσθαι, ὀδαξᾶσθαι, prima origine nihil videntur differre a δάξασθαι, *mordere se, morderi*; et eadem ratione inde formari, qua ἀσταφὶς et ὀσταφὶς a σταφίς. Dein significatione paulum restrictiore poni coeperunt pro: *cum pruritu mordere, prurire* etc. Vid. *Foësium* in Oecon. Hippocrat. p. 3. et *H. Stephanum*

in Ind. Thes. Ἀδάξεσθαι et ὀδάξεσθαι eo sensu apud *Hippocratem* ceterosque Medicos frequentia. Sensu figurato *Sophocles* apud *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. V. p. 716. l. 15. [Fragm. ap. *Brunck.* T. IV. p. 482.] de Iove, ut ille ait, *perpruriscente:* Ὁ δ' οὔτε δαιτὸς, οὔτε χέρνιβος θίγων [l. θιγών], Πρὸς λέκτρον ἤει, καρδίαν ὠδαγμένος, Ὅλην δ' ἐκείνην εὐφρόνην ἐθρύπτετο. Castigandus *Hesychius:* Ὠδδάγμην, ὠνησάμην. et Ὠδδάξατο, ἐδίδαξεν. Scribendum: Ὠδάγμην, ἐκνησάμην. et Ὠδάξατο, ὤδαξεν. Paulo rarius ὀδαξᾶσθαι exemplis illustrat Vir Clarissimus *P. Wesselingius* ad Diod. Sic. lib. III. p. 195. f. Ab eo verbo (et non ab ὀδαξεῖσθαι, ut *H. Stephan.* Thes. T. I. p. 1082. statuit) derivatur nomen ὀδαξησμὸς, *pruritus*, ut a κνάομαι κνησμὸς etc. pro quo et alibi saepissime et apud *Philon. Iud.* de Special. Leg. [§. 2.] Opp. II. p. 301. l. 12. male scribitur ὀδαξισμὸς per ι. *Hesychii* glossae coniungendae sunt et legendum per η. Ὀδαξησμὸς, τρισμὸς ὀδόντων, ὀδηγμὸς, κνησμός. V. *Suidam.* Δαξισμὸς sua quidem serie legitur apud *Suidam*, sed putidus istius hominis error est. Ὀδαξιστικὸς scribendum est apud *Pollucem* lib. II. sect. 110. verum et illic rectius per η legetur. Alterum verbum ἀδάξεσθαι tam variis formis habetur apud *Hesychium*, ut, quaenam earum sit vera, vix discerni possit. Ἀδακτῶ, κνήθομαι. Ἀδαξῆσαι, κνῆσαι. Ἀδάξω, κνήθομαι, ἐπιθυμῶ. Ἀδαχᾷ (pro quo *Suidas* ἀδαχεῖ), κνᾷ, κνήθει κεφαλὴν, ψηλαφᾷ. Ἀδαξήσασθαι in Ἠδαξήσατο, ἐκνήσατο. Nec temere aliquam ex his formis damnandam putem. Videtur autem ἀδαξῆσαι per α in initio magis probatum fuisse veteribus Grammaticis, quam ὀδαξῆσαι. *Suidas*, sive potius *Photius* (ex eius enim Lexico inedito *Suidam* hanc observationem expilasse, didici ex *Alberti*, Viri optime de litteris meriti, nota ad *Hesych.* v. Ἀχῶρα.): Ἀδαξῆσαι, τὸ κνῆσαι. οὐκ ἐν τῷ ὀδαξῆσαι. καὶ ἀδαχεῖν, τὸ κνήθειν. Ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀχῶρα ἐκλέγει τ' ἀεί. Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσιν (haec verba addit *Photius* MS.). Quomodo corrupto *Aristophanis* versiculo, qui apud *Etymol.* v. Ἄχωρ p. 182. l. 18. corruptius legitur: Ἀδεχῆ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀχῶρ' ἐκλέγετ' ἀεί, succurram, non habeo; nisi forte reponendum sit: Ἀδαχεῖ γὰρ αὖ, τὸν ἀχῶρα τ' 41 ἐκλέγει γ' ἀεί. vel, Ἀδαχεῖ γὰρ αὐτὸς, ἐκλέγει τ' ἀχῶρ' ἀεί. Verum, quicquid de eo sit, cuius causa haec adduxeram, in initio *Kusterus* pro οὐκ ἐν τῷ ὀδαξῆσαι coniicit ταυτόν ἐστι τῷ ὀδαξῆσαι. Perperam. Revocanda tantum unica littera ο, quae exciderat: οὐκ ἐν τῷ ο ὀδαξῆσαι. Conf. quae notabimus ad *Moerida* in Πεπραγὼς ἐν τῷ γ. et Σιγηλός. Ipse *Suidas:* Ἀνυπόδητος, γυμνοποὺς, ἐν τῷ η λέγεται, οὐκ ἀνυπόδετος. Compara et v. Ἀνάδοχον. Ἀναφαλαντίαν. Ἀνορωρυγμένον. Ἀντάλλαγον. Ἐξαργυρῶσαι etc. Idem *Photius* citatus *Albertio* in not. ad Hesych. v. Ἀδαγμὸς, κνησμός. Ἀδαγμὸς, inquit, ὀδαξησμὸς, ὅπερ ἐστι κνησμός. οὕτως Σοφοκλῆς. in deperdita fortassis fabula. Nec tamen inepte, puto, coniiciemus illud

Ἀποδιοπομπεῖσθαι[72], Ἀττικῶς. ἀποκαθαίρεσθαι, κοινῶς.

Ἀσπαλιευτὴς, ὁ τῇ ὁρμιᾷ χρώμενος ἁλιεὺς[73], Ἀττικῶς. ὁρμιευτὴς, Ἑλληνικῶς.

restitui debere Trachin. v. 783. Ἦλθε δ' ὀστέων Ὀδαγμὸς ἀντίσπαστος. εἶτα φοινίας Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο. *Scholiastes* agnoscit vulgatam scripturam: Ὀδαγμὸς, κνησμός. ὀδήξασθαι γὰρ τὸ κνήσασθαι. Sed *Photii* auctoritas praeferenda. Itaque scribamus: Ἀδαγμὸς et dein φοίνιος nempe ἰός. In veteris poëtae fragmento apud *Athen.* lib. III. p. 116. B. pro ἠνδάξαντο. Vir D. coniicit ὠδάξαντο. Verum isti verbo si illic locus est, rectius reponetur ἠδάξαντο, qua de re videant alii. In *Scholiis* Homeri ineditis apud *Valcken.* Diss. de Schol. Hom. Ined. p. 123. [Opusc. T. II. p. 126.] οὗτος ὁ γέλως ὁ Σαρδώνιος καλεῖται, ὅταν τις μὴ ἐκ διαθέσεως ἢ κρίσεως γελᾷ, ἀλλὰ πρὸς ὑπόκρισιν μετὰ δαγμοῦ τῆς καρδίας, restituendumne sit μετ' ἀδαγμοῦ an vero δαγμοῦ positum sit pro δηγμοῦ, dubito. In *Platonis* Phaedro p. 1225. A. [p. 251. B. St.] καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυόντων πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φύωσι, κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα, ταυτὸν δὴ πέπονθεν ἡ τοῦ πτεροφυεῖν ἀρχομένου ψυχή. ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. si per praecedens ἀγανάκτησις, quod per *dolorem* commode vertitur, liceat, libenter scripserim: ζεῖ τε καὶ ἀδακτεῖ καὶ γαργαλίζεται. Sic *Philo* l. c. κνησμοὺς, ὀδαξησμοὺς et γαργαλισμοὺς coniunxit. In *Glossis* est: *Prurit*, κνήφει. Leg. κνήθει.

72. Ἀποδιοπομπεῖσθαι] Coll. Gronov. Ἑλληνικῶς pro κοινῶς. et sic *Albertius* citat ad Hesych. v. Videndus omnino hac de voce *Dav. Ruhnkenius* in eruditissimis ad *Timaeum* animadversionibus p. 29. [p. 40. sq.] Exemplis a Viro Cl. prolatis addi potest *Scholiastes* Theocriti, quem saepissime voces plane Atticas adhibuisse deprehendi. Ita autem is Idyllii VII. v. 127. Ἄτις ἐπι- 42
φθύσδοισα, τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι, interpretatur: Ἥτις δι' ἐπαοιδῶν, τὰ καθ' ἡμῶν ἀποδιοπομπήσαιτο. Metaphorice usus *Athenaeus* lib. VII. p. 401. B. ὁ δὲ σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος, *reiiciens.*

73. Ἁλιεὺς, Ἀττικῶς. ὁρμιευτὴς, Ἕλληνες. ἀπαλιευτὴς, ὁ τῇ ὁρμιᾷ χρώμενος] Legendum ἀσπαλιευτὴς, cuius nominis nullum quidem in Lexicis exemplum occurrit, cum a *Platone* in Soph. saepius usurpatum reperias: quam ob rem hancce vocem in Atticarum numero reponere nemini religio esse debet, praesertim cum accedat veteris cuiusdam Lexici inediti [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 217, 5.] auctoritas, e quo discimus, comicos et rhetoras uti solitos. Ἀσπαλι-

Ἀνακῶς[74], *Ἀττικῶς. ὡς Πλάτων ὁ Κωμικός. καὶ τὰς θύρας ἀνακῶς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἀσφαλῶς ἢ φυλακτικῶς, κοινῶς.*

εὖσθαι. ὅπερ ἡμεῖς ἁλιεῦσαι καλοῦμεν, οἱ ῥήτορες καὶ οἱ κωμικοὶ ἀσπαλεῦσθαι καλοῦσιν. ubi tamen male scribitur ἀσπαλεύεσθαι. Melius *Suidas:* Ἀσπαλία, ἁλιέως ἐργασία, καὶ ἀσπαλιεὺς, ὁ ἁλιεύς· ἀπὸ τοῦ σπᾷν τὴν ἄγραν. καὶ ἀσπαλιεύεσθαι παρὰ ῥήτορσι, τὸ ἁλιεῦσαι παρὰ ἡμῖν. SALLIER.

Recte omnino Vir Cl. ἀσπαλιευτὴς correxit pro ἀπαλιευτής. ac pari ratione castigaverat *Steph. Berglerus* in marg. Sed vide, quid praepostera *Hudsoni* diligentia effecerit. Is sua serie edidit: Ἁλιεὺς, Ἀττικῶς. ὁρμιευτὴς, Ἕλληνες. ἀπαλιευτὴς, ὁ τῇ ὁρμιᾷ χρώμενος. Quod sine Codd. MSS. difficile fuisset emendatu. In Leid. erat: Ἀπαλιευτὴς, ὁ τῇ ὁρμιᾷ χρώμενος. tum nova linea: Ἁλιεὺς Ἀττ. ὁρ. Ἑ. et in margine ad Ἀπαλιευτὴς additum: *coniungit cum sequenti Pricaeus.* Rectissime; ita enim plane exhibent Cod. Coislin. et Coll. Gronoviana. In Coll. Schlaeger. similiter: Ἀσπαλιευτής. ὁ τῇ ὁρμιᾷ· χρώμενος. Ἀττικῶς. omisso ἁλιεύς. Legitur quidem apud *Hesych.* Ἁλιεὺς, ὁ ὁρμιευτής. sed hoc nihil facit ad vulgatam servandam. *Timaeus* [p. 52.]: Ἀσπαλιεύς· ἁλιεὺς, ἀπὸ τοῦ ἀποσπᾷν τὴν ἄγραν. ubi Cl. *Ruhnkenius Platonis* loca, quibus ἀσπαλιευτὴς legitur, citat. Ἀσπαλιεὺς reperitur et apud *Nicandr.* Ther. v. 704. et *Oppian.* Cyneg. lib. I. v. 58. Eleganter, ut omnia, *Ovidius* Met. lib. III. v. 586. — *linoque solebat et hamo Decipere et calamo salientes ducere pisces.* et A. A. II. 77. *tremula dum captat arundine pisces. Moderator arundinis* ὁρμιευτὴς eidem Met. VIII. 856. *Lucian.* D. M. 27. [9.] T. I. p. 444. l. 66. βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον. Verbum 43
ἀσπαλιεύω usu metaphorico reperias apud *Aristaenet.* lib. I. ep. 17. συχνότερον οὖν τὸ δέλεαρ αὐτῇ προσακτέον. κᾂν αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπιῇ, πάλιν ἀσπαλιεύσω. Similiter Incertus apud *Etymol.* p. 156. l. 33. Ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις (f. ἥ τις) ἰχθῦς ὑπὸ τοῦ δελέατος τῆς ἡδονῆς ἀσπαλιεύθην, καὶ ἐνήχετό μοι τὸ ἄγκιστρον. Recte *Sylburgium* emendare ἐνείχετο, liquet ex *Themistio* Or. XXII. p. 271. D. ὥστε αὐτοῦ γευσαμένου τὴν ἄγραν ἐνέχεσθαί τε καὶ μηκέτι εὐπετῶς ἀπολύεσθαι. Adde not. ad *Hesych.* v. Ἀσπαλιεύς.

74. Ἀνακῶς] Pro ἢ Coll. Gron. καὶ. κοινὸν in aliis MSS. Vox Dorica, observante *Erotiano*, vel poëtica, si fides *Marcellino* Vita Thucyd. p. 8. f. usurpata *Herodoto* lib. I. cap. 24. f. lib. VIII. cap. 109. et *Thucydidi* lib. IX. [imo lib. VIII. cap. 102.] p. 470. l. 60. Videndus *Suidas* v. et illic *Kusterus*, *Hesychius* ibique notae. In *Platonis* fragmento forte scribendum: καὶ τῆς θύρας ἀνακῶς ἔχων. Ita certe

'Ακαρῆ [75], 'Αττικῶς. μικρὸν, 'Ελληνικῶς.
'Αμόργινον [76], 'Αττικῶς. λεπτὸν ὕφασμα, 'Ελληνικῶς.

cum genitivo construitur in laudatis *Thucydidis* et *Herodoti* locis. *Asclepiades Myrleanus* apud Etymol. p. 160. l. 15. 'Αστυάναξ, οὐκ ἔστι παρὰ τὸ ἀνάσσω, τὸ βασιλεύω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀνακῶς ἔχειν τοῦ ἄστεος τὸν Ἕκτορα. *Eustath.* ad Il. A. p. 16. διὰ τὸ ἀνακῶς ἤγουν ἐπιμελῶς ἔχειν τῶν ὑποτεταγμένων. Et sic cum aliis adverbiis et genitivo adhiberi verbum ἔχειν, vulgare est.

75. 'Ακαρῆ] Usus hoc loco *E. Spanhemius* Vir illustris ad *Aristoph.* Plut. 244. ubi occurrit ἐν ἀκαρεῖ χρόνου, de qua phrasi praeter ipsum consulas Cl. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. lib. III. p. 198. et *Valcken.* ad Ammon. Animadvv. lib. I. cap. 4. 'Ακαρῆ, *res tantilla, ut nihil inde possit abradi, ciccum,* occurrit apud *Aristophan.* Nub. v. 496. Vesp. v. 539. 699. Av. v. 1648. *Xenarch.* apud *Athen.* lib. VI. p. 225. D. *Themist.* Or. VI. p. 81. XV. p. 196. A. XIX. p. 230. (ubi *repente* videtur notare). Apud *Harpocrationem* legitur ἀκαρεῖ, apud *Suidam* ἄκαρ. Utroque loco scribe ἀκαρῆ, non ἀκαρές. Docte *Ammonius:* 'Ακαρὴς σὺν τῷ σ καὶ 'Ακαρῆ ἄνευ τοῦ σ διαφέρει. 'Ακαρῆ μὲν γὰρ ἄνευ τοῦ σ σημαίνει τὸ βραχὺ, οἷον Οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τυχῆς ἐπίσταμαι. Ακαρης δὲ σημαίνει τὸ παρὰ
44 βραχὺ ὄν. Κατέπεσον ἀκαρὴς τῷ δέει. Ubi reponendum censeo: οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τέχνης ἐπίσταμαι, *nullam plane habeo artis scientiam.* V. *Lucian.* [Amor. 10.] T. II. p. 836. l. 9. τέχνη autem et τύχη ubique permiscentur. Pro ἀκαρὴς *Aeschines* Socraticus Axioch. p. 1305. B. [p. 366. C. St.] posuit παρὰ ἀκαρῆ. *Τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον.* *Hesychius: Καταχαλῆ, καταβραχύ.* Scribendum hariolor: *Κατ' ἀκαρῆ, κατὰ βραχύ.* In *Cyrilli* glossis MSS. reperi: 'Ακαρηδὸν, βραχὺ, ὀλίγον. Verum illud depravatum videtur vel ex 'Ακαρῆ vel ex 'Ακαριαῖον. De similibus quibusdam voculis notabimus fortasse infra ad v. *Πασπάλη.*

76. 'Αμόργινον] In MS. 'Αρμόγινον. Hudson. Leid. ἀρμόνινον. Reliqui Codd. emendate ἀμόργινον. V. *Aristoph.* Lys. v. 150. *Etymologus* p. 85. l. 15. 'Αμόργινος χιτώνισκος παρὰ τὴν ἀμόργην, ὅ ἐστιν εἶδος χρώματος, ὅμοιον βύσσῳ. κατὰ καὶ Θηραῖον τὸν ἀπὸ Θήρας τῆς νήσου. Exciderunt procul dubio quaedam, quae tamen facili opera possunt restitui ex v. Ἄμοργις p. 86. l. 17. sic: οἱ δὲ ἀπὸ 'Αμόργου τῆς νήσου, καθὰ καὶ Θηραῖον. etc. Conf. *Schol.* Aristophan. Lys. v. 150. et *Suid.* v. Apud hunc male scriptum Θηρεῖα, apud illum Θήρια pro Θηραῖα. Quicquid praeterea hac de voce dici potest, praecepit *H. Stephanus* Thes. T. I. p. 400.

Ἀμφορέα[77], τὸν δίωτον στάμνον, Ἀττικῶς. στάμνον, Ἑλληνικῶς.

Ἀμφορεὺς[78], Ἀττικῶς. μετρητὴς, Ἑλληνικῶς.

77. Ἀμφορέα] *Moeridem* more suo sequitur *Thomas Mag.* Ἀμφορεὺς λέγε, μὴ στάμνος, μηδὲ μετρητὴς, εἰ καί τινες. Est igitur haec illorum opinio, vas illud utrinque aures habens ἀμφορέα ab Atticis appellatum, a caeteris στάμνον, quod nequit cum illis exemplis consistere, quae occurrunt in *Stephani* Thes., ubi *Plato* et *Aristoteles* eo nomine usi deprehenduntur. Nec parum iuvat *Scholiastae* locus ad huncce Lysistratae versum [196.]: μηλοσφαγοῦσαι Θάσιον οἴνου σταμνίον. Ait enim vasa illa fictilia, quae ex Thaso insula advehebantur, σταμνία dicta: ἐπιεικῶς, inquit, λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὰ Θάσια κεράμια σταμνία. Hinc emendandus *Hesychius*, apud quem hodie parum recte legitur: Σταμνεῖον Θάσιον, κεραμεῖον, ἀγγεῖον. Scribe Σταμνίον Θάσιον, κεράμειον ἀγγεῖον. Dubium enim non est, quin is Grammaticus vel Lysistratae locum ob oculos habuerit, vel alium eiusdem poëtae,
45 ex quadam illius fabula inscripta Τελμισσεῖς, cuius meminit *Pollux* lib. X. [sect. 72.] p. 1235. Nec obiiciat aliquis, Thasiis illis fictilibus nihil fuisse cum amphoris commune; rem enim se aliter habere declarant haec *Pollucis* [ib. sect. 72.] p. 1236. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Θασίου ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν τὰ Θάσια ἀμφορίδια. Is tamen *Aristophanis* locus in eius Acharnensibus hodie non comparet; quare vel memoria *Pollux* lapsus sit oportet, vel pro Ἀχαρνεῦσιν scribendum Ἐκκλησιαζούσαις, ubi versum [1118.] reperias, quem ille Grammaticus videtur indicare voluisse. En *Aristophanis* verba: πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὖ τούτων ἁπάντων τὰ Θάσια ἀμφορείδια. SALLIER.

Utitur hoc loco Cl. *Wetsten.* ad Hebr. cap. IV. v. 4. Quamvis *urnam* Graeci vulgares vocabant ἀμφορέα, Attici tamen tantum eam, quae duas haberet aures. Haec videtur mens *Moeridis* fuisse. *Scholiastes* Apollon. Rh. lib. IV. v. 1187. Θεόπομπος ἀμφιφορεῖς λέγεσθαι φησὶ τοὺς ὑπ' ἐνίων μετρητάς. Παυσανίας δέ φησι τὸν ἀμφιφορέα ὑπὸ Ἀθηναίων ἀμφορέα καλεῖσθαι.

78. Ἀμφορεὺς, Ἀ. μετρητήριον, Ἑ.] Vidimus supra nomen μετρητὴν a *Thoma M.* tanquam minus Atticum repudiari: quam recte, discere potes cum ex Lex., tum ex notis ad *Polluc.* [lib. X. sect. 70.] p. 1234. Ad vocabulum μετρητήριον quod attinet, in Lexicis desideratur. SALLIER.

Pro μετρητήριον ex Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gron. reposui μετρητής. Vide notas ad *Thom. M. Pollucem* lib. X. sect. 70. *Athen.* [lib. X.] p. 415. C. [lib. XI.] p. 467. D. *Wetsten.* ad Ioan. cap. II. v. 6.

Ἀμφίετες[79], Ἀττικῶς. τὸ γὰρ κατ' ἐνιαυτὸν Ἀμφίετες λέγεται, ὡς Ἀμφημερινὸν τὸ καθημερινόν. τὸ δὲ κατ' ἔτος, Ἑλληνικῶς.
Ἀτεχνῶς[80], Ἀττικόν. ἁπλῶς, κοινόν.

79. *Ἀμφίετες*] Pro ἀμφημερινὸν in MS. et *Thom. M.* ἀφημέρινον. Minus recte. Hudson.

Ἀμφίετες] *Moeridi* accedit *Thom. M.* quos tamen deserendos arbitramur, cum hancce vocem in Atticorum scriptis legisse nondum contigerit. Aliter vero se res habet de illis, quae utrique Grammatico parum probantur: κατ' ἔτος enim eadem, qua ἀμφίετες significatione occurrit apud *Theophrastum* de Ventis cap. 30. ἄτοπον δ' οὐκ ἂν δόξειεν, inquit, εἰ μὴ καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν ἐστὶ τοιαύτη τις ἐπικουρία κατὰ
46 τὸ ἔτος.— Quod vero ad ἀφημέρινον attinet, non aliter *Th. M.* Ἀμφίετες, inquit, οὐ κατ' ἔτος. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ, κατ' ἐνιαυτὸν, ὡσαύτως καὶ ἀφημέρινον, οὐ καθημερινόν. Sed uterque emendandus e Coisl. MS. Codice, ubi legitur ἀμφημερινὸν, illudque recte, cum hanc vocem ita scriptam reperias in veterum libris, a quibus usurpatur. *Philo* v. c. [de Conf. Ling. §. 29. p. 427. ed. Mang.] p. 267. ἔτι γὰρ ἀμφημεριναὶ, inquit, καὶ διάτριτοι, καὶ τεταρταΐζουσαι παρὰ παισὶν ἰατρῶν λεγόμεναι περίοδοι, μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ περὶ τὰς αὐτὰς ὥρας κατεσκευάκασι, τὴν εἰς αὐτὰ τάξιν φυλάττουσαι. *Procl.* in Ptolem. lib. II. p. 127. ubi de Mercurii stella: τοῖς τε στόλοις κακὸν ποιήσει τὸν πλοῦν, καὶ νοσημάτων ξηρῶν αἴτιος ἔσται, καὶ ἀμφημερινῶν ἐπισημασιῶν. Nunc inquirendum in vocem καθημερινὸν, utrum sit Attica nec ne? Negant *Moeris, Thomas M.* et utroque multo doctior *Galenus*. Ait enim lib. II. de diff. febr. cap. 8. illud vocabulum sibi nusquam occurrisse: τὸ γὰρ καθημερινὸν ὄνομα τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν παρά τινι τῶν Ἑλλήνων γεγραμμένον. ἀμφημερινὸν δὲ τὸ πρᾶγμα τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὡσαύτως ὀνομάζουσι. Nos vero non modo Graecis scriptoribus non incognitum, sed et Atticum esse contendimus; eo quippe utitur *Theophrastus*, auctor inprimis Atticus. συμβαίνει γὰρ, inquit, παρόντων μὲν, διὰ τὰς καθημερινὰς χρείας καὶ κινήσεις, φθείρεσθαι τὰς γενέσεις αὐτῶν. Utuntur et alii scriptores, e quorum numero *Plutarchus* Moral. [Coniug. Praec.] T. II. p. 141. B. οὕτω τὰ λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς μικρὰ καὶ συνεχῆ καὶ καθημερινὰ προσκρούσματα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς μᾶλλον διΐστησι καὶ λυμαίνεται τὴν συμβίωσιν. quem vide praeterea [de Ira] T. II. p. 464. A. et *Ioseph.* [Antiqq. Iud. lib. III. cap. 10, 1. T. I. p. 171. Hav.] p. 72. et [Antiqq. Iud. lib. XII. cap. 5, 4. T. I. p. 609. Hav.] p. 409. Sallier.

Leid. ἀφημερινόν. Ceteri recte. In coll. Gron. καὶ καθημερινόν.

80. *Ἀτέχνως*] Vide *Harpocrat.* et *Schol.* ad *Aristophan.*

Αὐτοσχεδιάζειν[81], *Ἀττικῶς. σχεδιάζειν, Ἑλληνικῶς.*

Ἄθλιος[82], *Ἀττικῶς. ἀτυχὴς, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς.*

Ἀπαιολᾷν[83], *Ἀττικῶς. ἀποπλανᾷν, Ἑλληνικῶς.*

Ἀμυγδάλας[84], *τὰ χλωρὰ κάρυα, Ἀττικῶς. κάρυα δὲ, Ἑλληνικῶς.*

Plut. v. 109. Hudson. in *Add.* Usus hoc loco *Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 109. ubi recte scribitur cum circumflexo in ultima. Vid. *Ammon.* p. 26. et *Timaeum* p. 38. [p. 52.]

81. *Αὐτοσχεδιάζειν*] Videndus *H. Stephanus* in Thes. *Αὐτοσχεδιάζειν*, *temere agere*, occurrit apud *Demosth.* Erot. p. 163. A. [p. 1414. Reisk. p. 602, 43. Bekk.] *Aeschin.* in Tim. [imo in Ctesiphont.] p. 296. C. [p. 76. Steph. p. 435, 158. Bekk.] *Plat.* Apol. p. 16. C. [p. 20. D. St.] *Isocrat.* Euag. T. II. pag. 89. n. ed. [p. 196. Steph. p. 220, 41. Bekk.] Pro *temere dicere*, apud *Plat.* Euthyphr. p. 3. T. II. E. [p. 5. A. St.] Cratyl. p. 284. A. [p. 413. D. St.] Pro *ex tempore aliquid facere*, *Poll.* lib. VI. sect. 142. *Xenoph.* H. Gr. lib. V. [cap. 2,
47 23.] p. 558. A. *Ex tempore dicere, Thucyd.* lib. I. [cap. 138.] p. 90. l. 83. *Plat.* Menex. p. 516. [p. 235. C. D. St.] Phaedr. p. 1215. D. [p. 236. D. St.] *Isocr.* contra Soph. II. p. 331. [p. 292. Steph. p. 329, 9. Bekk.] *Lucian.* Pseudol. [4.] T. III. p. 167. l. 13. *Nugari, Platon.* Euthyd. p. 194. D. [p. 278. D. St.] *Athenaeum* lib. XIII. p. 589. C. *Αὐτοσχεδιάζουσιν οὖν οἱ λέγοντες αὐτὴν (Λαΐδα) ἐν Κορίνθῳ τεθάφθαι.* Quem locum respicit *Eustathius* ad Il. *Π.* p. 1081. l. 6. *Αὐτοσχεδιάζειν (λέγοντες) τὸ ἀσκέπτως καὶ ἀμελετήτως λαλεῖν ἢ γράφειν παρὰ τὸ ἀληθὲς, ἢ ἄλλως ἀκριβές. οὕτω γοῦν τις ἔγραψεν, ὡς αὐτοσχεδιάζουσιν οἱ τὴν Λαΐδα Κορινθίαν εἶναι ἱστοροῦντες.* Conf. *Valesius* in not. Mauss. ad Harpocr. p. 225. f. De verbo *σχεδιάζειν*, pro *temere effutire*, *nugari*, *Wesseling.* ad Diod. Sic. lib. I. p. 26. *Thomas Mag.* v. *Ἀποσχεδιάζω* et not.

82. *Ἄθλιος, Ἀ. ἀτυχὴς, Ἑ.*] V. *Thom. M.* *Ἄθλιος* vox inprimis Attica.

83. *Ἀπαιολᾷν*] Vox rarissima quaeque praeterquam apud *Grammaticos* vix reperiatur. Consul. *Hesychius* et quae ad eum notant homines eruditi. *Euripides* Ion. v. 549. *κἄμε τοῦτ' ἀπαιολεῖ.* ubi reddendum: *et hoc ipsum me incertum reddit.* An vero illud in *ἀπαιολᾷ* mutari debeat, dubito. Illud certius, apud *Erotianum* pro *Αἰολᾷ, πλανᾶται.* scribi debere: *Αἰολᾶται.* Ita enim *Galenus*: *Αἰολᾶσθαι, τὸ πλάζεσθαι καὶ πλανᾶσθαι.* et *Hippocr.* l. a *Foësio* cit. *αἰολᾶται τῇ γνώμῃ.*

84. *Ἀμυγδάλας, τὰ χλω-*

Αὐτοβοεὶ[85], Ἀττικῶς. Θουκυδίδης ἐν α΄. παραχρῆμα, Ἑλληνικῶς.

Ἀκκισμὸς[86], Ἀττικῶς. προσποίησις, Ἑλληνικῶς.

ῥὰ κάρυα] Ait *Moeris* nuces virides apud Atticos amygdalarum nomen habuisse, quod illius effatum ex his *Athenaei* [lib. II.] p. 52. A. non parum lucis accipit: κάρυα οἱ Ἀττικοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσιν — Φιλύλλιος. ὠὰ, κάρυα, ἀμυγδάλαι. Ἡρακλέων δέ φησιν ὁ Ἐφέσιος, κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας καὶ τὰ νῦν καστάνεια. τὸ δὲ δένδρον κάρυα παρὰ Σοφοκλεῖ. praesertim si in fragmento *Phi-lyllii* vox ὠὰ, quae minus idonea videtur, mutetur in ὠμά. [scrib. ὄα]. Ὠμὰ enim κάρυα et χλωρὰ non discrepant. SALLIER.

Ἀμυγδάλα] Ἀμυγδάλας reposui auctoritate Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gron. et dein Ἑλληνικῶς pro Ἕλληνες. δὲ omittit Coll. Gron. [Ἀμυγδάλαι dedit *Fischer.*]

48 85. Αὐτοβοεί] Male ediderat *Hudson.* αὐτοβοεῖ, quod correxit Celeb. *Albertius* ad Hesych. v. qui ibidem pro ἐν α΄. legit ἐν η΄. Libro enim VIII. aliquoties occurrit, ut cap. 23. p. 518. l. 62. cap. 62. p. 541. l. 87. et [cap. 71.] p. 547. l. 3. Libro autem primo non reperitur. Verum occurrit praeterea lib. II. cap. 81. p. 150. l. 60. lib. III. cap. 74. p. 213. l. 84. cap. 113. p. 236. l. 73. lib. V. cap. 3. p. 319. l. 38. quare nihil mutavi. Vox antiquior *Thucydidis* aetate, observante *Marcellino* Vita Thucyd. p. 8. ad eius exemplum a recentioribus Sophistis frequenter usurpata est. *Synesius* de Insomn. p. 149. D. πρόεισιν οὖν ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν αἱρήσων. *Libanius* Opp. T. II. p. 124. A. καὶ πλήρωμα πόλεως οὐ φαυλοτάτης ἐν Πέρσαις αὐτοβοεὶ, καθάπερ ἐν δικτύῳ συγκλεισθὲν, πανοικεσίᾳ μετηνέχθη. *Lesbonax* Protreptico p. 174. l. 5. [ed. Steph. p. 657, 25. Bekk.] καὶ ἀναμνήσετε πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὑμεῖς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἐστὲ παῖδες, οἳ πότε ἀποβάντας (leg. ἐπιβάντας) τοὺς βαρβάρους τῆς ὑμετέρας εἰς Μαραθῶνα, αὐτοβοεὶ νικήσαντες, πολλὰς μυριάδας ἀνθρώπων ἐξέβαλον ἐκ τῆς γῆς. Ubi forte tamen rectius eo sensu sumemus, quo Theopompum usum fuisse scribunt *Etymologus* et *Suidas*, pro κατὰ κράτος, *gravi praelio. Heliodor.* lib. IV. [cap. 21.] p. 207. f. ὥσπερ ἐνὶ πάθει κεκινημένη πρὸς τὴν δίωξιν αὐτοβοεί, *subito.* lib. IX. [cap. 2.] p. 421. l. 2. Ὁ δὲ Ὑδάσπης ἐπειδὴ τῇ Συήνῃ προσβαλὼν, αὐτοβοεί τε καὶ τείχεσιν αὐτοῖς ἀνασπάσασθαι τὴν πόλιν ἐλπίσας. Adde *Lucian.* de Gymnas. [33.] T. II. p. 914. l. 91. Quin ipse *Eustathius* usus hac voce ad Il. *E.* p. 449. l. 29. ὁ δὲ αὐτοβοεὶ τὴν τοσαύτην (πόλιν) ἑλὼν ἐξεθέρισεν. *Etymologi* verba leviter transponenda, quod *Suidam* comparanti patebit.

86. Ἀκκισμός] In MS.

Ἀκέστρια [87], Ἀττικῶς. ἠπήτρια, Ἑλληνικῶς.
Ἀποσκλῆναι [88], Ἀττικῶς. ἀποξηρανθῆναι, Ἑλληνικῶς.

Ἀκισμὸς. Ἀττικῶς, εὐπροσποίησις, Ἑλλ. Hudson. Sic et Leid. in cuius marg. ἀπροσπ. Coislin. Reg. et Coll. Gronov. emendatam exhibent scripturam. Vide Amicissimum *Ruhnken.* ad Timaeum p. 15. [p. 18 sq.] et quos laudat Cl. *Albertius* ad Hesych. v. *Synesius* Ep. 110. σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύσῃ.

87. Ἀκέστρια, Ἀ. ἀπήτρια, Ἑ.] In MS. scribitur ἠπήτρια atque sic legi debere persuadet nomen ἠπήτης, quo Ba-
49 trachomyomachiae scriptor et *Aristoteles* usi sunt. Verum videndus, qui de ea voce disputat, *Nunnesius* ad Phrynichum [cf. *Lobeck.* ad eund. p. 91.]. Sallier.

Ἀπήτρια exhibent Huds. Leid. Reg. et Gron. Coll. Verum Coisl. ἠπήτρια, quemadmodum castigaverant summi duumviri, *T. Hemsterhusius* ad *Thom. M.* et *Valckenaerius* ad Schol. Hom. in Il. X. p. 61. 62. [Opusc. T. II. p. 64. sqq.] quorum egregiis observatis nihil habeo, quod addam, nisi illud unum leviculum, apud *Eustath.* Od. Δ. p. 153. l. 18. male scribi ἡ ἤτρια, et ad Od. Ξ. p. 551. ἀκέστριαι, αἱ ῥάπτριαι ἢ ἀνυφάντριαι pro αἱ ὑφάντριαι. *Hesychius:* Ῥογία. ἀκέστρια. quod quid sit, equidem nescio. δὲ delevi post ἠπήτρια, cum Coll. Gron.

88. Ἀποσκλῆναι, Ἀ. ἀποξηρανθῆναι, Ἑ.] Respicit *Moeris* ad *Aristoph.* Vesp. v. 160. Ὁ γὰρ θεὸς Μαντευομένῳ μοἴχρησεν ἐν Δελφοῖς ποτε, Ὅταν τις ἐκφύγῃ μ' ἀποσκλῆναι τότε. ubi per consequentiam notat ἀποθανεῖν, ut κατασκέλλεσθαι apud *Aeschyl.* Prom. v. 480. ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο. Vid. omnino Vir Maximus et nunquam sine laude nominandus, *T. Hemsterhusius* ad Lucian. D. M. [27, 7.] T. I. p. 411. [442.] *Heliodorus* lib. VIII. [cap. 8.] p. 390. l. 11. *Virus*, ἱκανὸν καὶ νέον τινὰ καὶ ἀκμάζοντα διαχρήσασθαι, τότε καὶ πλέον εἰς γηραῖον σῶμα καὶ ἀπεσκληκὸς ἤδη προσομιλῆσαν, ὀξύτερον ἢ ὥστε εἰπεῖν, τῶν καιριωτέρων καθίκετο. Unde obiter medelam faciamus *Etymologo* p. 441. v. Θάλαμος. l. 16. δεῖ γὰρ ἐν αὐτῷ θάλλοντα εἰσιέναι σώματα, τουτέστιν, ἀκμάζοντα, καὶ μὴ ἀπεσβηκότα. Lepide, ut multa! Sed pro ἀπεσβηκότα haud dubie reponendum ἀπεσκληκότα. Restituendum etiam hoc verbum *Themistio* Or. XIII. p. 167. D. Ὥσπερ ἂν εἴ τις γυναικὸς ἐρασθεὶς καλῆς καὶ γενναίας, φυκίων μὲν ἐπιμνησθείη καὶ ἀγχούσης καὶ ἐντριμμάτων καὶ τῶν — ὡς πλεῖστα αὐτῇ παρεῖναι. καὶ ναὶ μὰ Δία στρεπτῶν πολυτιμήτων (an πολυτίμων? vid. *Ammon.*) καὶ ἐλλοβίων, καὶ πέπλων ἁλουργῶν, καὶ πολυχρύσων, καὶ τούτοις ἄλλοτε ἄλλως ἀμφιεννύοι, ἐπικομμώῃ, ἀγείρων ἐξ ἁπάσης γῆς καὶ θαλάσ-

σης. δίψει δὲ αὐτὴν καὶ αὐχμῷ ὀρώῃ πιεζομένην, καὶ ὀλίγον ἀπολιμπάνουσαν τοῦ ἀποπτῆναι αὐτῷ χρυσῷ, καὶ αὐτῇ πορφύρᾳ. τοῦ γὰρ τοιούτου ἔρωτος μέγα ὄφελος ἡ ἐρωμένη; Legendum ἀποσκλῆναι. et dein: *Τί γὰρ τοιούτου ἔρωτος μέγα ὄφελος τῇ ἐρωμένῃ.* Idem verbum p. 165. C. minus commode legitur: τὸ δὲ (κάλλος) ἐκλάμψαν εὐθὺς καὶ ἀπέπτη. ubi Cl. *Ruhnkenius* ad Timaeum p. 28. [p. 40.] coniicit ἀπέσβη. Sed malim utrumque coniungens scribere: τὸ δὲ ἐκλάμψαν εὐθὺς ἀπέσβη καὶ ἀπέπτη. *Incertus* in Anthol. ined. [ap. *Iacobs.* T. IV. p. 122. XIX.] Ἐσβέσθη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροίης Ἄνθος, καὶ χαρίτων λοιπὸν ἔτ' οὐδ' ὄνομα. Verum illuc redeo. Simplex σκλῆναι male apud *Hesychium* scriptum est Σκυλῆναι, ξηρανθῆναι. Cum ἀποσκλῆναι plane convenit κατασκλῆναι. V. *Alciphr.* lib. III. ep. 3. f. et 4. Idem initio ep. 3. ὁ κατεσκληκὼς, ὁ κατεσπακὼς τὰς ὀφρῦς. ep. 19. ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα. *Heliodor.* lib. V. [cap. 22.] p. 246. l. 20. πρεσβύτης ἐφαίνετο τὰ μὲν ἄλλα κατεσκληκώς. *Lucian.* Somn. [29.] T. II. p. 747. l. 57. καὶ κατεσκληκὼς ὅλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. et [31.] p. 749. l. 8. ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα. ubi vel cum Viro Graece Latineque doctissimo, *I. M. Gesnero* legendum: ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους κατὰ τοὺς δακτύλους, κ. vel verbum κάμπτοντα aut κινοῦντα excidisse statuendum est. Vide eruditiss. *Bergler.* ad Alciphr. p. 108. Idem *Lucianus* de Calumn. [5.] T. III. p. 132. l. 95. ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. Singulari usu, pro *severior, austerior, Philostrat.* de Vit. Sophist. lib. I. cap. 18. p. 508. ὁ μὲν διακεχυμένος τε καὶ ἡδὺς ἐφαίνετο τοῖς συμπρεσβεύουσι, ὁ δὲ κατεσκληκώς τε καὶ ἀεὶ σπουδάζων. Si modo is locus sanus est et non refingendum καθεστηκώς, ut Heroic. cap. 13. p. 723. τὸ δὲ εἶδος τοῦ Αἰνείου φαιδρὸν μὲν ἧττον ἐφαίνετο, καθεστηκότι δὲ εἰῴκει μᾶλλον. Paulum diversa significatione ἐνισκλῆναι, verbum Lexicographis ignotum, occurrit in *Asclepiadae* Epigrammate nondum edito [ap. *Iacobs.* Anthol. Gr. T. I. p. 146. XIII. v. 5.], ἐνεσκληκὼς ἀνίαις, quasi *induratus doloribus.* Sed integrum apponam, quanquam valde depravatum, ut acutioribus materiam praebeam ingenium exercendi: Τοῦτ' ἔτι μοι λοιπὸν ψυχῆς ὅτι δή ποτ' ἔρωτες Τοῦ τότ' ἔχειν πρὸς θεὸν ἡσυχίην ἄφετε. Ἢ μὴ καὶ τόξοις μὴ βάλλετε μ' ἀλλὰ κεραυνοῖς Ναὶ πάντως τέφρην θέσθε με κ' ἀνθρακίην. Ναὶ ναὶ βάλλετ' ἔρωτες· ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις Ἐξ ὑμέων τούτων εἰσέτι βούλομ' ἔχειν. v. 1. Apograph. Voss. τοῦθ' ὅτι. v. 2. τὸν τὸ γ'. Leg. τοῦτ' ἔτ' et πρὸς θεῶν. v. 3. forte scrib. *Εἰ μή. Ναὶ τόξοις μὴ β.* versu ultimo Apogr. Voss. εἶτ' ἔτι. Viderint doctiores. Mihi non liquet. Ἐνισκλῆναι usus etiam est *Hippocrates.* Vide *Foësii* Oecon. et *Apoll. Rh.* lib. III. v. 1250.

Ἀμηγέπη[89], Ἀττικῶς. ἀμωσγέπως, Ἑλληνικῶς.
Ἀπήποτε, Ἀττικῶς. ὁπώσποτε, Ἑλληνικῶς.
Ἁλμάδες[90], Ἀττικῶς. κολυμβάδες ἐλαῖαι, Ἑλληνικῶς.
Ἀλίσας[91], Ἀττικῶς. κονίσας ἢ κυλίσας, Ἑλληνικῶς.

89. *Ἀμηγέπη*] Scribitur et *Ἁμηγέπη*, aspirata prima syllaba. Vide *H. Steph.* de Dial. Gr. p. 227. Hudson.

Moeridi praeivit *Lucianus* in Lexiphane [10.] p. 969. [T. II. p. 336.] quibus accedunt *Etymol.* et *Thom. Mag.* ἀμωσγέπως tamen inter voces Atticas numerari debere ostendit *Maussacus* ad
51 Harpocrat. [p. 21.]. Ceterum haec, Ἀμηγέπη, ἑνὶ τρόπῳ ἢ ὁπωσοῦν, omnia in nostro Codice desiderantur; neque magis sincera existimamus quae sequuntur, videlicet ὁπήποτε, Ἀττικῶς. ὁπώποτε, Ἑλληνικῶς. Sallier.

Ἀμηγέπη] Ita rescripsi ex Cod. Coisl. et Reg. in cuius tamen margine legebatur: ἀμηγέπη, ἑνὶ τρόπῳ, ἢ ὁπωσοῦν. quae *Timaei* glossa est et inde temere in Priceanum et Leid. fluxit. Pessime Coll. Gron. ἀμυγέπη, Ἀ. ἀμωσγέπη, Ἑλλ. Dein Codex Coisl. pro ὁπήποτε nova linea exhibet ἀπήποτε, Ἀ. ὁπώποτε, Ἑλλ. In Leid. et Coll. Gron. est cum spiritu aspero ἁπήποτε. De vocibus ἀμηγέπη et ἀμωσγέπως consuli merentur *Valckenaerius* Dissert. de Schol. Hom. ined. p. 115. [Opusc. T. II. p. 119.] et *Ruhnkenius* ad Timaeum v. Ἀμηγέπη p. 20. [p. 29.] et Ἀμόθεν γε ποθέν [p. 29.] — Quod vero ad sequens Ἀπήποτε, Ἀττικῶς. ὁπώποτε, Ἑλληνικῶς. attinet, forte unica mutata littera scribendum Ἀμήποτε. Cui coniecturae cum analogia favet, tum, quod apud *Timaeum* pari errore in MS. scriptum sit Ἀπόθεν γε ποθέν pro Ἀμόθεν γε ποθέν. Sed cum huius vocis ἀμήποτε exempla desint, equidem MStorum scripturam exhibere quam coniecturam in textum invehere malui.

90. *Ἁλμάδες*] Uberius *Phrynichus* p. 20. [p. 118. Lob.] κολυμβάδες, inquit, ἐλαῖαι οὐ λέγονται, ἀλλὰ ἁλμάδες ἐλάαι χωρὶς τοῦ ῑ. ubi duae illae voces κολυμβάδες et ἐλαίαι repudiantur. Ad primam quod attinet, *Phrynicho* adsentimur, cum nomen κολυμβάδες apud Atticos scriptores non occurrat, si tamen *Diphilum* excipias, de quo videndus *Athenaeus* [lib. II.] p. 56. B. Sed Diphilum prae ceteris quis audiendum existimet, cum novae comoediae poëtas Atticae puritatis minus studiosos fuisse obscurum sit nemini. Restat vox ἐλαῖαι, quam Atticam illi omnes fateantur necesse est, qui *Theophrastum* legerint, in cuius scriptis nomen, de quo disputatur, infinitis prope locis cum ῑ scriptum reperias: neque aliter Aristophanes, quem vide. Sallier.

91. *Ἀλίσας*, Ἀ. κ.] Ita ex *Hesych.* In MS. Ἀλύσας. Vide 52

Ἀλίπεδα[92], καὶ μάλιστα τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ πεδία, Ἀττικῶς.

Ἀγώγιμα[93], καὶ φόρτον, Ἀττικῶς· φορτία, Ἑλληνικῶς.

Αἱμασιὰ[94], Ἀττικῶς. λιθολογία, ἢ τὸ ἐκ χαλίκων συγκείμενον, Ἑλληνικῶς.

Hortum Adonidis v. Ἀλινδεῖσθαι. Hudson.

Leid. Ἀλύσας. Gronov. Coll. ἀλίας et κοίσας. Coisl. et Reg. recte ἁλίσας. *Pollux* lib. I. sect. 183. τὸ δὲ κυλίσαι καὶ ἀλίσαι ἐρεῖς καὶ ἐξαλίσαι. *Eustath.* ad Il. *Γ.* p. 289. l. 35. καὶ ἀλίζειν ἐλέγετο, τὸ ἐν κόνει κυλίεσθαι, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ. Simplex ἀλίσαι hac significatione non observavimus. Compositum occurrit in loco *Aristoph.* Nub. v. 32. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε, Lexicographis notato et apud *Xenophont.* Oeconom. [cap. 11, 18.] p. 851. A. ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει. In *Etymologo* p. 64. l. 21. levis macula in Ἀλινδεῖσθαι γὰρ ἁμιλλᾶσθαι καὶ συγκλείεσθαι, eluenda est scribendo συγκυλίεσθαι. *Hesychius*: Αἵνδεσθαι, ἁμιλλᾶσθαι, pro Ἀλίνδεσθαι.

92. Ἀλίπεδα] Eius vocis, etsi *Moeridi* Attica dicitur, exempla tamen desiderantur in Lexicis. Verum *Platonem* ea usum non absurde quis coniiciat ex his Lexici in illum hactenus inediti [v. *Timaeum* p. 23.]: Ἀλίπεδον, ὁμαλὸν καὶ ἄσπορον πεδίον. Sed quem *Platonis* locum ille Grammaticus exponere voluerit, nobis est incompertum. Utut sit, nomen illud apud Atticos in usu fuisse persuadet Harpocrationis auctoritas, qui in *Aristophanis* fabula quadam sibi visum esse prodidit. Occurrit etiam in *Lycophr.* v. 651. Ἥξει δ' ἐρεμνὸν εἰς ἀλίπεδον φθιτῶν. Sallier.

Ἀλίπεδα, καὶ μάλιστα. Excidit procul dubio vox aliqua, aut plures, ὁμαλὰ, τετριμένα, aut similis quaepiam. Ita enim *Harpocration, Suidas, Etymologus, Timaeus* interpretantur. *Michaël Psellus* in Grammat. inedita [v. *Tittmann.* ad Zonar. T. I. p. CXV. 7. 21.]: Ἀλίπεδον. τὸ ὁμαλόν. et dein: Ἀλίπεδα. τὰ νεύοντα πρὸς θάλασσαν πεδία. Conf. ad Timaeum [p. 23.] Cl. Editor.

93. Ἀγώγιμα] Φορτὸς. in MS. φορτόν. Hudson.

Pro ἀγώγιμα Coisl. Reg. et Coll. Gron. exhibent ἀγήγωμα. Φόρτον, pro quo *Hudsonus* sine causa posuerat φόρτος, revocavi consentientibus MSS. Vide *Salmas.* ad Ach. Tat. [lib. VIII. cap. 10.] p. 741. [p. 700. ed. Boden.]

94. Αἱμασιὰ] In MS. Αἱμασία, Ἀττικῶς. αἰθολογία, et pro Ἑλληνικῶς, Ἀττικῶς. Hudson. 53

Sic et Leid. Ἀττικῶς. Sed Coisl. et Reg. recte Ἑλληνικῶς.

Pro λιθολογία et in illis αἰθολ.

Ἀποφθάρηθί[95] *μου, Ἀττικῶς. ἀπαλλάγηθί μου, Ἑλληνικῶς.*

Ἀμπεχόνιον, Ἀττικῶς. λεπτὸν ἱμάτιον, Ἑλληνικῶς.

Ἀποφράδες[96] *ἡμέραι, Ἀττικῶς. ἀπηγορευμέναι πρὸς τὰς πράξεις, Ἑλληνικῶς.*

Ἀργυραμοιβοὶ[97], *Ἀττικῶς. κολλυβισταὶ, Ἑλληνικῶς.*

Coll. Gron. *συγκειμα*, quod ex scripturae compendio natum putem. De voce *αἱμασιὰ* omnino adeundus elegantissimus *Menagius* in Amoenit. I. Civil. p. 240. laudatus etiam *Albertio* ad *Hesych.* Ceterum vocabulum *λιθολογία* valde suspectum est, adeo ut vix dubitem, quin reponendum sit *λιθολόγημα*. *Hesychius*: *Λιθολόγημα, ἐκ λίθων οἰκοδόμημα.* Illud enim ea significatione pugnat cum linguae analogia. Poëtica licentia *Crinagoras* in Epigr. a *Kustero* ad Suid. T. III. p. 121. edito: *λιθηλογέες θ' Ἑρμέω ἱδρύσιες, ex lapidibus congesta Mercurii sacraria*, quasi esset a *λιθολογής*.

95. *Ἀποφθάρηθι*] In nostro Codice post illum imperativum legitur *μοῦ*, quod et sensus postulat et *Phavorini* auctoritas, qui huncce locum sic exhibet: *Ἀπόφθαρτι* (lege *Ἀποφθάρηθί*) *μου λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, οὐκ ἀπαλλάγηθί μου.* ex quibus emendandus *Hesychius*, in cuius editt. hodie parum recte scribitur: *Ἀποφθάρη τί μου, ἀπαλλάγη τι μου.* Vide quoque *Thom. Mag.* Sallier. *μου* abest a Leid. et Coll. Gron. Coisl. et Reg. habent.

96. *Ἀποφράδες*] In Coisl. Codice scribitur: *Ἀποφράδες ἡμέραι, Ἀττικῶς. ἀπηγορευμέναι τὰς πράξεις, Ἑλληνικῶς.* Cetera desunt, nec a *Moeride* profecta, illud facit, ut suspicemur, quod glossematis speciem prae se ferant. Sallier.

In editione Hudson. Reg. Leid. et Coll. Gron. legebatur: *Ἀποφράδες ἡμέραι. Ἀττικῶς, ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν, ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι. ἀπηγορευμέναι δὲ πρὸς τὰς πρά-* 54
ξεις, Ἑλλ. Solus Coislinianus omnia illa, quae omisi in textu, ignorat. Rectissime; hanc enim laciniam e *Timaei* Lexico Platonico *Moeridi* assuit manus inepte sedula, observante Cl. *Ruhnkenio* [p. 47.]. *δὲ πρὸς* ignorat etiam Coll. Gronov. sed *πρὸς* necessarium videtur. Vid. *Hesychium* v. et not. *Synesius* de Provid. p. 92. B. *καὶ χρηστῆς βασιλείας ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς, ᾧ τυφὼς ἐπιστάτησεν, ἐνιαυτὸν ὅλον ἀποφράδα ἤγαγεν.*

97. *Ἀργυραμοιβοὶ, Ἀττ. κολλυβισταὶ, Ἑλλ.*] In MS. *κολυμβισταί.* Hudson.

Ἀργυραμοιβοί. Utitur *Plato* Politico p. 289. E. (549. D.) *οἱ δὲ πόλιν ἐκ πόλεως ἀλλάσσοντες κατὰ θάλατταν καὶ πεζῇ, νόμισμά τε πρός τ' ἄλλα καὶ αὐτὸ πρὸς*

Ἀργυρογνώμονες, Ἀττικῶς. δοκιμασταὶ, Ἑλληνικῶς.

Ἄῤῥιχος[98], κόφινος πυκνὸς, εἰς ὃν ἐνετρύγων. Ἀριστοφάνης γοῦν Ὄρνισι τὸν διαφορὰν αὐτῶν λέγει· „Ἀλλ' ὡς τάχιστα [σὺ μὲν ἰὼν] τὰς ἀῤῥίχους, καὶ τοὺς κοφίνους [ἅ-

αὐτὸ, οὓς ἀργυραμοιβούς τε καὶ ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους καὶ καπήλους ἐπωνομάκαμεν, μῶν τῆς πολιτικῆς ἀμφισβητήσουσί τι; Sunt et eiusdem originis voces, quae vel in Lexicis desunt omnino, vel nullis subiunctis exemplis leguntur. In hanc classem referendum adverbium *ἀργυραμοιβικῶς*, *mensariorum more*, quod tamen a *Luciano* usurpatum est [Quom. hist. scrib. 10.] T. I. p. 666. [T. II. p. 14.] ἀργυραμοιβικῶς δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὥςτε μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀποῤῥίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τά δόκιμα καὶ ἔννομα. In alteram vero voces ἀργυραμοιβία et ἀργυραμοιβική. Ἀργυραμοιβία reperitur apud *Plutarch.* in Marcell. [cap. 2. extr.] p. 299. ἐξ ὧν ὁ Μάρκελλος ἀργυραμοιβίαν [al. ἀργυρᾶ λοιβεῖα] ποιησάμενος τοῖς θεοῖς καθιέρωσεν. Ἀργυραμοιβικὴ autem apud *Lucian.* [Bis accus. 13. add. 24.] T. II. p. 319. [T. II. p. 808. v. 1. add. 822. v. 59.] — *Κολλυβισταί.* Ita noster Codex. Ad vocem quod attinet, eam praeter *Moerin* repudiant tanquam minus Atticam *Phrynichus* et *Thom. Mag.* Quin et *Phrynichus* eo nomine Menandrum reprehendit. Is tamen habuit, quem sequeretur, Lysiam scil. saltem, si Polluci fides, cuius haec verba lib. VII. sect. 170. ἀργυραμοιβὸς, ἀργυραμοιβικὴ, ἀργυρογνώμων, δοκιμαστὴς, κολλυβιστὴς, ὡς Λυσίας ἐν τῷ περὶ χρυσοῦ τρίποδος. SALLIER.

Recte Coisl. Reg. et Gron. Coll. *κολλυβισταί.* In Leid. κολυμβισταὶ et ad marg. ἴσως κολλυβισταί. Vid. *Albert.* Obss. Phil. p. 173. Consulendus omnino Cl. *Hemsterhusius* ad *Thom. M.*

Docte autem *Moeris* ἀργυραμοιβοὺς et ἀργυρογνώμονας distinguit, quos *Thomas, Etymol.* et *Hesych.* in Χρυσαμοιβὸς confundunt. Nam quanquam eiusdem fere artis erant homines et ipsi scriptores eos aliquando confundunt, ut *Theocrit.* Idyll. XII. v. 37. (ubi ἀργυραμοιβοὶ sunt δοκιμασταὶ) revera tamen differebant. ἀργυρογνώμων legitur apud *Lucian.* Paras. [4.] T. II. p. 842. l. 12. *Maximum Tyr.* Diss. II. sect. 2. et Diss. XXIV. sect. 3. Eleganter *Chariton* lib. I. [cap. 7.] p. 10. f. [p. 15. v. 7. ed. Lips.] Ἐπεξιὼν δὲ τῷ λογισμῷ καθ' ἕκαστον, ὥσπερ ἀργυρογνώμων, πολλοὺς ἀποδοκιμάσας, ὅμως ἔδοξέ τινας ἐπιτηδείους. Δοκιμαστὴς apud *Aeschin. Socrat.* de Iusto [imo de Virtute] p. 1314. B. [p. 378. D. St.] καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ ἀργύριον εἰσὶν ἡμῖν δοκιμασταί.

98. Ἄῤῥιχος etc.] ἐμπίπλη

παντας] ἐμπίπλη πτερῶν.“ κόφινος, κοινόν.

πτερῶν. Ita ex *Aristophan.* in Avib. v. 1039. In Atticistae nostri MS. ἐμπίπλει et πέτρῳ. Hudson.

Ἄῤῥιχος. Totus hic locus in Cod. Coisl. sic scribitur: Ἄῤῥιχος, κόφινος πυκνὸς, εἰς ὃν ἐνετρύγων. Ἀριστοφάνης γοῦν Ὄρνισι τὴν διαφορὰν αὐτῶν λέγει· ἀλλ' ὡς τάχιστα τὰς ἀῤῥίχους, καὶ τοὺς κοφίνους ἐμπίπλει πέτρῳ. Verum, quae depravata sunt, nullo negotio ex *Aristoph.* Avib. v. 1309. possunt emendari. Quod autem *Moeris* discrimen aliquod ab *Aristoph.* ἄῤῥιχον inter et κόφινον statui scribit, in eo veterem illius poëtae Scholiastem assentientem habet. Fallitur tamen *Moeris*, cum illud discrimen in eo positum existimat, quod ἄῤῥιχος nomen sit Atticum, non item κόφινος. Nec dubitandi locum relinquunt haec *Theophrasti* de Caus. Plant. lib. V. cap. 2. καὶ ᾧ ἄροτρον ἔχρησεν, inquit, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον. Sallier.

Primum lectionum varietates enotabo, dein paucula ad nomen ἄῤῥιχος illustrandum proferam.

Pro καὶ reposui γοῦν ex Coisl. Reg. et Coll. Gron. In Leid. erat καὶ γοῦν. Dein verba σὺ μὲν ἰὼν et ἅπαντας in omnibus Codd. deerant, quae tamen commode ex *Aristoph.* videtur restituisse *Hudsonus*. Pro ἐμπίπλει Gron. Coll. ἐκπίπλει. Πέτρῳ in omnibus Codd. Κόφινος κοινὸν, a Coisl. abest et Regio. Recte, mea quidem sententia.

Pro κόφινος πυκνὸς in marg. Leidensis legitur: ἴσ. πυκινός. Nos autem in *Verisimil.* lib. II. 56
cap. 3. p. 169. scribendum coniecimus κόφινος λύγινος, cuius coniecturae nondum nos poenitet. Quanquam et οἰσύϊνος reponi potest, quod Celeb. *Valckenaerio* praeplacebat. Vid. *Etymolog.* v. Ἄῤῥιχος. *Hesych.* v. Κίουρος. ἐμβολεὺς οἰσύϊνος κόφινος. Hoc certe restituendum *Hesychio* v. Πυτίνη πλεκτὴ, λάγυνος οἶνον. Leg. λάγυνος οἰσυΐνη. *Suidas* enim ex *viminibus*, ἐκ θαλλῶν, factam fuisse tradit. *Hesychius:* Σπυρίχνιον, πλεκτόν τι ἐξ οἰσυΐνων. Fortasse οἰσύων. — Quod autem ad nomen Ἄῤῥιχος attinet, eo Attici in feminino utebantur, Iones in masculino. *Eustathius* ad Odyss. *E.* p. 221. l. 45. Αἴλιος δὲ Διονύσιος οἶσον φαίνεται λέγειν τὸ τοιοῦτον φυτόν. γράψας ὅτι ἀπὸ οἴσου κόφινοι, ἄῤῥιχοι καλούμενοι, οὓς Ἴωνες μὲν ἀρσενικῶς προφέρουσιν, Ἀττικοὶ δὲ θηλυκῶς etc. Paria tradit *Etymologus* p. 149. l. 30. conf. *Schol. Aristoph.* ad l. c. et *Suidam.* Videndi praeterea hac de voce *Eustath.* ad Il. *Σ.* p. 1222. l. 35. et seq. *Pollux* lib. VII. sect. 174. X. 129. *Hesych.* et notae. Pro ἄῤῥιχος dicebant et ἄρσιχος, quod in MSS. *Diodori Siculi* occurrit. Vid. T. II. p. 435. l. 21. et ibi *Wesseling.* Dein litera transposita ἄρισχος et ἄρισκος, pro quo et ὕρισχος, ὕρισσος et σύρισκο; dixerunt. Qua de re notavit Magnus *Casaubonus*

Ἁλουργὲς[99], Ἀττικῶς. πορφυροῦν, Ἑλληνικῶς.
Ἀξιωτέρας[1], Ἀττικῶς. εὐωνοτέρας, Ἑλληνικῶς.
Ἀστράβη[2], Ἀττικῶς. νωτοφόρος ἡμίονος, Ἑλληνικῶς.

Animadvv. in Athen. lib. III. cap. 4. *Phrynichus* in Appar. Sophist. Bibl. Coisl. p. 468. [*Bekk.* An. Gr. I. p. 67, 15.] Ὕρισχος, ὃ διαφθείροντες οἱ ἰδιῶται βρίσχον καλοῦσι. ἔστι δὲ πρόκανόν τι, ἐν ᾧ σῦκα καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς ἄστυ φέρουσι, κοφίνῳ ἐμφερές. Hinc Latinorum *Riscus*, quod fere perspexit V. D. ad *Hesych.* Huius autem verbi forma cum tam multiplex sit, mirandum non est, *Hesychium* facile decipi potuisse et tanquam bonae notae vocem in Lexicon suum retulisse Ἀκῆσκος, τάλαρος, pro qua scribere debuerat Ἄρισκος. V. infra. Verum monstri instar est, quod idem *Hesychius* praebet: Δράστην, κόφινον. Fortasse Τρασιὴν, κόφινον fuerat? Sed felicioribus haruspicibus illud expiandum relinquo.

99. *Ἁλουργὲς, Ἀ. πορφυροῦν, Ἑ.*] V. *Thom. M.* ibique not.

1. *Ἀξιωτέρας*] In ed. Huds. et Leid. ἀξιώτερον et εὐνότερον. Coll. Gron. ἀξιωτέραν, εὐωνοτέραν. Verum Coislin. et Reg. ita ut posui. Respicit *Moeris* ad *Aristophanem* Equit. v. 642. Οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας. quem locum citant
57 *Suidas* et *Eustathius* ad Odyss. Υ. p. 741. l. 22. *Eubulus* apud *Athen.* lib. II. p. 47. B. ubi v. *Casaub.* *Thom. M.* et not. *Herodian.* Philetaero [p. 453.]. Εὐωνότερος legitur apud *Demosth.* [c. Dionysod.] p. 739. B. [p. 1285. Reisk. p. 493, 8. Bekk.].

2. *Ἀστράβη, Ἀττ.*] Vid. omnino *Schefferus* de re vehic. II. 2. p. 24 sqq. Fischer. Adscribi meretur *Demosthenis* locus, quod in eo explicando ipsi veteres dissenserint, contra Mid. p. 404. A. [p. 558. Reisk. p. 502, 133. Bekk.] Τὸν θώρακα δὲ οὐδὲ πώποτε ἐνδὺς, ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, *mulo vectus ex Argura Euboeae. Harpocration* enim v. similiter ac *Moeris* interpretatur per *mulum clitellarium.* Conf. eundem v. Ἄργουρα et *Macrobium* lib. V. cap. 21. Aliam vero lectionem et explicationem sequuntur *Ulpianus* Enarr. p. 184. A. et *Helladius* Chrestom. p. 16. ed. Meurs. scribentes: ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος ἀργυρᾶς ἐξ Εὐβοίας, quando omnino *sella*, *cathedra* intelligenda est. Atque eam scripturam omnino esse amplectendam, altera damnata, censet *Maussacus* ad Harpocrat. v. Ἄργουρα. Nihil decernit ὁ πάνυ *Valesius.* Per *sellam curulem* explicat *Heinsius* ad Hesych. v. Perperam. Per *lecticam* posse verti hanc vocem ad *Lysiam* p. 65. statuit *Marklandus.* Nescio, quam bene. Nos quidem *Moeridis* et *Harpocrationis* explicationem unice veram et lectionem ἐπ' ἀστρά-

Ἀσκάντης[3], Ἀττικῶς. κράβατος, Ἑλληνικῶς.

βης ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβ. in *Demosthene* omnino esse praeferendam iudicamus. Primo enim *Harpocrationis* et *Macrobii* auctoritas aeque valet atque *Ulpiani* et *Helladii*. Dein verbum ὀχεῖσθαι, haec de mulo intelligi debere, satis indicat. Ἀργυροῦς autem apud Graecos significat *argenteum*, non *argento obductum*, quod statuit *Ulpianus*. Quod autem is nostrae lectioni opponit, indicium hoc esse hominis mollis et delicati, *argentea sella* uti, plane ridiculum est. Athenis enim *mulo vehi* solarum erat mulierum, aut hominum effeminatorum, aut tandem eorum, qui morbo, aetate aliove vitio pedibus ire non possent. Denique quod praecipuum est et ad *Moeridem* nostrum facit, ἀστράβη apud veteres Atticos tantum ponitur pro *mulo* seu quovis *iumento clitellario*: ut ex veterum locis, *Lysiae* [Or. XXIV.] p. 410. et 411. [p. 169. Steph. p. 345, 11. sq. Bekk.], *Machonis* apud *Athenaeum* aliisque, quae iam *Berglerus* ad Alciphr. lib. II. ep. 3. p. 240. hominesque eruditi ad *Hesych.* v. protulerunt, clarissime liquet [add. *Creuzer* Commentt. Herodott. p.
58 242. not.]. Et hanc tantum notionem agnoscunt *Pollux* lib. VII. sect. 186. et *Aristophanes* Grammaticus apud *Eustath.* ad Odyss. I. p. 350. l. 6. Ἀστράβαι δέ φησιν, οἱ καταμόνας σωματηγοῦντες ἡμίονοι. καὶ ἀστραβήλαται οἱ αὐτοὺς ἐλαύνοντες. Atticisque diserte adscribit *Scholiastes Luciani* ad Lexiphan. [2.] T. II. p. 321. [43.] Quum autem his mulis clitellae, sella, cathedra imponerentur, a propria significatione paulatim deflecti ἀστράβη et apud Graecos vulgares pro *sella*, *cathedra*, *clitellis* poni coepit, ut in loco scriptoris, nescio cuius, apud *Suidam* v. et ubique etiam apud Grammaticos. Vide infra ad Ἐφεστρίς. In *Hesychio* legitur: Ἐπιστράβης. ὄχημα, ἀκινδύνως φέρον. quod *Kusterus* ex Ἀστράβη depravatum putat. Mihi iambus videtur ex vetusto tragico depromtus: Ἐπ' ἀστράβης, ὄχημ' ἀκινδύνως φέρον. Alibi idem *Hesychius*: Μονοστραβὴς ὄχος, ἡμίονος. Ubi Μοναστραβὴς recte corrigit *Salmasius*, sed ὄχος in ὄνος mutandum non est. Obiter succurramus *Glossis* vetustis: Ἡμιονάτος, *Mulio*. Legendum haud dubie: Ἡμιονηλάτης, ut ὀνηλάτης, ἀστραβηλάτης.

3. Ἀσκάντης, Ἀ. κράβατος, Ἑ.] Alii κράβατος. Hudson. *Ducangius* Gloss. Graec. p. 449. edidit sic: Ἄσκαντος, Ἀττικοί· κράββατος, Ἕλληνες. Sed pro ἄσκαντος *Hudsonus* recte legit ἀσκάντης. *Hesychius*: Ἀσκάντης, κράββατος. Vid. omnino *Pauw.* ad Phryn. p. 21. Fischer.

Κράβατος. Sic omnes MSS. et infra in v. Σκίμπους. Vid. *Nunnes.* ad Phryn. p. 20. [p. 62. Lob.] et *Wetsten.* ad Marc. cap. II. v. 4. *Etymol.* p. 154. l. 29. Ἀσκάντης. κλινίδιον εὐτελές. ὃ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν σκίμπους καλεῖται. Leg. ὃ καὶ. *Aristophan.* Nub. v. 633.

Ἀσπάλαθοι [4], Ἀττικῶς. ἄκανθαι, Ἑλληνικῶς.
Αὐτοδίκην [5], Ἀττικῶς. αὐθέντην, Ἑλληνικῶς.
Ἀχανὴς [6], Ἀττικῶς. ἄφωνος, Ἑλληνικῶς.

4. *Ἀσπάλαθοι*] Sermo non est de illo aspalatho, quem odoris suavitas commendabat: fuit et alius eiusdem nominis frutex à spina nostra minime diversus, ut ex *Polluce* perspectum est lib. I. sect. 225. p. 135. Hinc *Hesychius* ἀσπάλαθον interpretatur ἄκανθαν. Nec aliter exponendi videntur *Platonis* et *Theocriti* loci, de quibus vide Lexicogr. Non audiendus autem *Moeris*, cum spinam ab Atticis ἀσπάλαθον, ab aliis ἄκανθαν appellatam esse contendit. Hoc enim nomen apud Atticos etiam in usu fuisse testis est *Theophrastus*. Sallier.

5. *Αὐτοδίκην*] *Αὐτόδικον* legit *I. C. Pauwius* ad Phrynich. p. 47. [p. 120. Lob.] *Αὐτοδικεῖν*, *αὐθεντεῖν* Cl. *Oudendorpius* ad Thom. cuius coniecturae accedo. *Αὐτόδικος Thucydid.* lib. V. [cap. 18.] p. 329. l. 28.

59 6. *Ἀχανὴς, Ἀ.*] Ἀχανὴς Atticis est, *qui prae stupore et admiratione ne quidem hiscere potest, in stuporem raptus, mutus. Hegesippus* apud Athen. lib. VII. p. 290. D. Ὑπὸ τῆς γὰρ ὀσμῆς οὐδὲ εἷς δυνήσεται Ἁπλῶς διελθεῖν τὸν στένωπον τουτονί. Ὁ δὲ παριὼν πᾶς εὐθέως πρὸς τὴν θύραν Ἑστήξετ' ἀχανὴς προσπεπατταλευμένος Ἄφωνος, ἄχρις ἂν τῶν φίλων βεβυσμένος. Τὴν ῥῖν' ἕτερός τις προσδραμὼν ἀποσπάσῃ. Quem locum *H. Stephanus* etiam profert in Thes. Sed ἀχανὴς male explicat per *valde hiantem*. Ita autem isti versus scribendi sunt ex *Eustath.* ad Odyss. *M.* p. 471. l. 32. Versu 1. apud *Athen.* est ὑπὸ τῆς ὀδμῆς γάρ. *Eustath.* ὑπὸ τῆς ὀσμῆς γὰρ, quod leviter mutavi. *Thom. Mag.* Ὀσμὴ, Ἀττικόν. ὀδμὴ δὲ, Ἰωνικόν. Versu penultimo male apud *Athen.* Ἄφωνος, ἄχρις ἂν αὐτὸν τῶν φ. β. Nisi quis ἄφωνος e glossemate ortum putet et scribi debere: Ἄχρις γ' ἂν αὐτὸν τῶν φ. β. quae coniectura Celeb. *Valckenaerio* blandiebatur et mihi quoque, antequam *Eustathium* inspexeram, in mentem venerat. Inprimis hac voce delectati sunt recentiores Atticistae. *Alciphron* lib. III. ep. 20. ἀχανὴς ἐγώ σοι καὶ μικροῦ δεῖν ἄναυδος. *Lucian.* Imagg. [1.] T. II. p. 459. l. 21. [22.] et Icaromen. [23.] T. II. p. 778. l. 89. *Chariton* lib. I. [cap. 4.] p. 7. l. 7. [p. 10. v. 7. ed. Lips.] ἐπὶ πολὺ μὲν ὧν [l. οὖν] ἀχανὴς ἔκειτο, μήτε τὸ στόμα, μήδε [l. μήτε] τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπᾶραι δυνάμενος. lib. IV. [cap. 1.] p. 64. l. 13. [p. 86. v. 13. ed. Lips.] *Eunapius* p. 57. f. p. 63. *Heliodor.* lib. II. [cap. 5.] p. 71. l. 13. [cap. 12.] p. 82. l. 37. [cap. 30.] p. 118. l. 29. lib. V. [cap. 6.] p. 219. l. 32. lib. VI. [cap. 4.] p. 277. l. 32. lib. VII. [cap. 7.] p. 320. l. ὥσπερ δὲ ἀχανῶν ὑπὲρ ἀγνοίας. Leg. ὑπ' ἀγνοίας. lib. X. [cap. 13.] p. 487. l. 21. *Xenoph. Ephes.* lib. I. [cap. 16.] p. 21. ad

Ἄση 7, Ἀττικῶς. ἀηδία, Ἑλληνικῶς.

quem locum conf. V. D. in Observv. Miscell. Vol. X. p. 217. [*Philo* Quis Rer. Div. Her. §. 1. p. 473. ed. Mang. ἄφωνος καὶ ἀχανὴς ἐγένετο]. Ab hac autem significatione multum distat altera, qua ἀχανὴς ponitur pro *valde hiante*, *profundo*, *vasto*, *late patente*, ut ἀχανὲς πέλαγος [*Philo* Vit. Mos. lib. I. §. 35. p. 112. ed. Mang. ἀχανὲς καὶ βαθὺ πέλαγος], quo utuntur *Hesych.* v. *Suidas* et *Etymol.* ad explicandum *Aristophanis* locum e Polyido ἔρημον ἐμβλέπειν. Ἀχανὲς βάθος apud *Suidam* et in v. Ἀνέχειν. Verum ea notio Atticis minus fuit frequentata. Quod enim *Sopingius*, Vir optime de Hesychio meritus et inter praestantissimos eius interpretes iure numerandus, ἀχανὲς eo sensu *Aristophani* in Polyido tribuit, in eo memoria ipsum fefellit.

7. Ἄση] Hac particula *Moe-*
Βρύκειν. *Sallierio* assentitur *Abreschius*, Vir doctissimus, ad *Thomam M.* A quibus equidem cum Magno *Hemsterhusio* dissentio et in alia omnia pedibus eo. *Βρύκειν* et *βρύχειν*, a sono ficta, prima origine nihil differunt et significant *stridere, dentibus stridorem edere, frendere*; dein: *tam avide et gulose edere et vorare, ut dentes strideant* (conf. V. D. in Obss. Miscell. Vol. VI. p. 462.). Hominis voracis imaginem, si forte animo non obversetur, clarissime oculis subiicient appositissimi in rem nostram *Epicharmi* versus apud *Athenaeum* lib. X. p. 411. et *Eustath.* Il. *Α.* p. 817. *Πρῶτον μὲν αἴ κ' ἐσθόντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις. Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ'. ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος, Ψοφεῖ δ' ὁ γομφίος. τέτριγεν ὁ κυνόδων, Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα.* Versu tertio *τέτριγεν* scripsi pro *τέτριγ'*. Alia via sanare tentavit Vir Illustris *H. Grotius* in Excerpt. p. 471. *Ψοφεῖ δ' ὁ γομφίος, ὁ δὲ κυνόδων τέτριγε.* Verum ea coniectura, ut multae, Viro Maximo imprudenti et de gravioribus rebus cogitanti excidit. Usus autem, ut illuc redeam, voluit, ut *βρύκειν* tantum pro *edere* sumeretur. Atque eo referenda *Ammonii* nota, quanquam depravata, ubi vide Cl. *Valckenaerium* p. 32. Ita *ἀποβρύκειν* in suavissimo *Eubuli* fragmento apud *Athen.* lib. XIII. p. 571. f. sic emendando: — *Ὡς ἐδείπνει κοσμίως, Οὐχ ὥσπερ ἄλλαι τῶν πράσων ποιούμεναι Τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους, καὶ τῶν κρεῶν Ἀπέβρυκον αἰσχρῶς. ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἂν Ἀπεγεύετ', ὥσπερ παρθένος Μιλησία.* Attici vero *βρύκειν ὀδόντας* dixerunt pro *βρύχειν*, ut *ῥέγκειν* pro *ῥέγχειν*. Atticos imitatur *Hippocrates*, scriptor Ionicus, quae dialectus, uti notum, in plerisque cum veteri Attica conveniebat. Apud *Hesychium*: *Ῥω-*

Βήττειν[23], Ἀττικῶς. βήσσειν, Ἑλληνικῶς.
Βαυκαλᾷν[24], Ἀττικῶς. κατακοιμίζειν, Ἑλληνικῶς.

κῶσα, πρίουσα τοὺς ὀδόντας. et: Ῥώχειν, βρύχειν τοῖς ὀδοῦσι. Glossae videntur Laconicae, eiusdem cum Ῥώκομαι, ὀργίζομαι, λυποῦμαι, originis. In quibus eadem scripturae diversitas observari meretur.

23. Βήττειν] *Aristophanes* Eccl. v. 56. — ὁ γὰρ ἀνὴρ τὴν νύχθ' ὅλην Ἔβηττε, τριχίδων ἑσπέρας ἐμπλησμένος. Idem apud *Poll.* lib. VI. sect. 62. *Philemon* Fr. Inc. p. 358. *Xenoph.* Cyropaed. lib. II. [cap. 2, 1.] p. 46. A. *Aelian.* H. A. lib. XIV. cap. 20. *Lucianus* Gallo [10.] T. II. p. 716. l. 63. ὑπέστενε γοῦν καὶ
102 ὑπέβηττε. Pro βήττειν dicebant Lacones χελύττειν. *Clemens Alexandr.* Protrept. p. 33. [ed. Pott. p. 24. D. ed. Sylb.] καὶ χελύτιδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιάται σέβουσιν, ἐπεὶ τὸ βήττειν χελύπτειν καλοῦσιν. *Hesychius:* Χελούειν, βήσσειν. καὶ χελούσειν ὁμοίως. Sic. Emendandus *Michaël Psellus* in Grammatica metrica: Χελύσειν δὲ τὸ δήσειν. Scribendum: Χελύσσειν δὲ τὸ βήσσειν. Χελλύσσουσα per duplex λ praeter *Nicandrum* scripsit *Lycophron* Alex. v. 727. unde apud *Etymol.* v. p. 808. l. 29. pro κατὰ πλεονασμὸν δὲ τοῦ Δ ponendum τοῦ Λ. Idem *Etymologus* nomen βηχμὸς praebet: Βηχμὸς, νυσταγμός. cuius explicatio videtur depravata. Sed quod reponam, non habeo.

24. Βαυκαλᾷν] Hocce verbum in veterum Atticorum scriptis nusquam occurrit. *Moeris* itaque de recentioribus intelligendus est, quos inter primas obtinet *Lucianus*, a quo ea vox usurpatur in Lexiph. [11.] T. I. p. 963. [T. II. p. 338.] καὶ εὖ ἴστε, ἀπωλόλει ἄν, εἰ μὴ ἐγὼ ἐπιστὰς, ἀπηγχόνισά τε αὐτὸν, καὶ παρέλυσα τῆς ἐκ βροχῆς, ἐπινύσσων τὸν ἄνθρωπον, βαυκαλῶν, καὶ διακωδωνίζων. Videtur tamen illud vocabulum *Luciano* fuisse antiquius, utpote quo utatur Lexiphanes, vir obsoletarum vocum inprimis studiosus. Is vero si audiendus est, βαυκαλᾷν nihil aliud erit quam *cantu aliquem e somno excitare.* At aliter ceteri scriptores, apud quos βαυκαλᾷν de nutricibus dicitur, quae *cantilenis somnum parvulis conciliant.* Sic enim exponendus *Celsus* apud Origen. lib. VI. p. 298. ἢ τὶς γραῦς, ἐπὶ τῷ βαυκαλῆσαι παιδίον, μῦθον ἐπᾴδουσα, τοιαῦτα ψιθυρίζειν οὐκ ἂν ᾐσχύνθη. Nec dubitandi locum relinquunt haec ipsius *Origenis* p. 300. ἀληθῶς γὰρ καὶ γραῦς ἐπὶ τὸ βαυκαλῆσαι παιδίον μεθύουσα, μῦθον ἐπᾴδειν τοιοῦτον, καὶ ψιθυρίζειν τῷ παιδίῳ ἐπησχύνθη. Eodem sensu compositum καταβαυκαλᾷν accipit v. 327. quod et occurrit pro *sopire* apud *Aelian.* H. A. lib. XIV. cap. 20. καὶ τοῦτό γε αὐτοὺς καταβαυκαλᾷ καὶ κατανυστάζει. Hinc καταβαυκαλήσεις nomen, quod *nutricum cantilenas* interpretatur *Athenaeus*

Βλάβος[25], *Ἀττικόν. βλάβη, κοινόν.*
Βραβεὺς[26], *Ἀττικῶς. βραβευτὴς, Ἑλληνικῶς.*
Βεβιασμένη[27], *Ἀττικῶς. ἐφθαρμένη, Ἑλληνικῶς.*

lib. XIV. [p. 618. E.] *αἱ δὲ τῶν τιθηνουσῶν ᾠδαὶ καταβαυκαλήσεις ὀνομάζονται.* Verbum *κατακοιμίζω* significans *sopio, somnum concilio*, metaphorico sensu usurpatur a *Plutarcho* Mor. [de Glor. Athen.] T. II. p. 346. C. ubi de Epaminonda: *ἐξαπατήσας δὲ*, inquit, *καὶ κατακοιμίσας οὕτω τοὺς πολεμίους, ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ τῆς Λακωνικῆς.* Reperias et apud *Lucian.* [Ver. Hist. 2, 34.] T. I. p. 771. [T. II. p. 130. v. 47.] *καὶ παραλαβόντες ἡμᾶς, καὶ κατακοιμίσαντες, πάνυ λαμπρῶς καὶ δεξιῶς ἐξένιζον.* Sic et [Lu-
103 cio 6.] T. II. p. 117. [T. II. p. 575. v. 59.] *καὶ συνέκειτο ἡμῖν, ὅπως, ὅταν κατακοιμίζῃ* [*κατακοιμήσῃ*] *τοὺς δεσπότας, ἔλθῃ εἴσω παρ' ἐμέ.* Vide quoque *Achillem Tat.* [lib. II. cap. 19.] p. 107. Ab illo verbo repetenda origo nominis *κατακοιμιστὴς* seu *cubicularius*, qua voce utuntur *Diodorus* [lib. XI. cap. 69.] p. 53. *Philo* [de Legat. ad Cai. §. 27. p. 571. ed. Mang.] p. 787. et *Plutarch* [Apophth.] T II. p. 773. [imo p. 173. D.] SALLIER.

Βαυκαλᾶν. Primus hoc verbum praeclare illustravit renascentium litterarum vindex acerrimus, *P. Leopardus* Emend. lib. VII. cap. 5. quem vide et *Meursium* Auct. Philol. cap. 34. Idem verbum *Maximo Tyrio* Cl. *Valckenaerius* Animadvv. ad Ammon. p. 46. *Alciphroni* Eruditiss. *Bernardus* ad Pallad. p. 21. egregie restituerunt. Vicinum *βαυβᾶν Hesychius* per *καθεύδειν*, *Eustathius* ad Od. *Ξ*. p. 546. l. 4. per *κοιμᾶσθαι* explicant. *Βαβᾶν* scriptum est in *Grammatico* Bibl. S. Germani, e quo *Euripidis* fragmenta in gratiam meam excerpsit Politissimus *Ruhnkenius* [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 85, 10.]: *Βαβᾶν, ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ· Βαβῶμεν εἰσελθόντες, ἀπομόρξαι σέθεν τὰ δάκρυα. Κάνθαρος Μηδείᾳ· βαβήσομεν.* Sed per *αυ* praetulerim.

25. *Βλάβος*] *Aristophan.* Ran. v. 1182. *Suidas* v. *Eustath.* ad Od. *Α*. p. 46. l. 25. Conf. *Stephanum* id add. de D. A. p. 155. 156.

26. *Βραβεὺς, Ἀ. βραβευτὴς, Ἑ.*] *Moeris* nomen *βραβευτὴς* tanquam minus Atticum repudiat: immerito, ut praeter *Aristotelis* testimonium iam ab *H. Stephano* adductum ostendunt haec *Platonis* in Protag. p. 204. [p. 338. B. St.] *εἶπον οὖν ἐγὼ, ὅτι αἰσχρὸν ἂν εἴη βραβευτὴν αἱρεῖσθαι τῷ λόγῳ* [hunc locum respexit Cyrillus in *Matthaei* Lectt. Mosq. T. II. p. 80. ubi scrib. *ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ*]. SALLIER.

Βραβεύς. Eurip. Or. v. 1070. 1688. Helen. v. 710.

27. *Βεβιασμένη*] Vide *Nunnesium* ad Phrynichum [p. 70. Lob.] de hac voce disseren-

Βαλβῖδες[28], αἱ ἐπὶ τῶν ἀφέσεων βάσεις ἐγκεχαραγμέναι, αἷς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς, ἵνα ἐξ ἴσου ἵσταιντο. διὸ καὶ οἱ κήρυκες ἐπὶ τῶν τρεχόντων, βαλβῖδ' ἀπόδος, θέτε πόδα παρὰ πόδα, καὶ νῦν ἔτι λέγουσιν, Ἀττικῶς. ὕσπληγξ δὲ κοινόν.

tem. SALLIER. Coll. Schlaeg. *Βεβιασμένον, –ἐφθαρμένον.* Infra: *Βιάσασθαι, Ἀττικῶς. φθεῖραι, Ἑλληνικῶς. Aristoph.* Plut. v. 1093. *Plato* de Legg. lib. IX. p. 936. A. [p. 874. C. St.] Novo more locutus est *Clemens Alexandr.* Protrept. p. 13. l. 15. *τὴν Ἀφροδίτην λέγω, τὴν φιλομηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων.* Sed reponendum potius *βιασαμένων.*

28. *Βαλβῖδες*] *βαλβῖδ' ἀ-*
104 *πόδος.* Ita *Salmas.* in MS. *βαλβῖδα πόδας θέντες πόδα* etc. HUDSON.

Βαλβῖδα ποδός. Ita noster Codex. Sed legendum *Βαλβῖδ' ἀποδὸς*, ut antea observatum a *Claud. Salmasio*, quem vide ea de re disputantem Plin. Exercitt. T. II. p. 922. SALLIER.

Primi hunc locum e MSS. protulerunt summi Duumviri *Henr. Valesius* ad Harpocr. p. 29. et *Claud. Salmasius* in recondita eruditione refertis in *Solinum* Exercitation. T. II. p. 922. A. et de Hellenist. p. 47. e quibus, simulque e MSS. meis diversas proferam lectiones. Pro *ἐγκεχαραγμέναι* Coll. Gron. *ἐγκαραγομέναι.* Pro *δρομεῖς* eadem *δρόμοι.* Dein Leidens. ut Pricaean. *βαλβῖδα πόδας θέντες πόδα παρὰ πόδα. Salmas.* et *Valesius* l. c. *βαλβῖδ' ἀπόδος, θέτε πόδα παρὰ* omisso *πόδα.* Coisl. et Reg. *βαλβῖδα ποδὸς*, ut et Gronov. Coll. in qua pro *πόδα παρὰ πόδα* scriptum *πόδα παρ' ὃ.* de quibus nihil e Coisl. et Reg. a Cl. *Stoebero* enotatum. Pro *ἔτι* Coll. Gron. *ἔρι.* Pro *Ἀττικῶς Salmas.* et *Vales. Ἀττικόν.* Media autem *διὸ καὶ — λέγουσιν. Salmas.* in libro de Hellen. omisit. *ὕσπληγξ* Huds. et Leid. *Salm.* et *Vales. ὕσπληξ* Coisl. et Reg. *ὑσπλὴξ* Gronov. *δὲ Salmas. Vales.* Coisl. Reg. Leid. Coll. Gron. addunt. Vereor, ne nonnullis nimis videar minutus in his enotandis. Sed vere eruditis hanc operam meam non displicituram confido. *Βαλβῖδες* erant *lineae, quibus cursores, antequam carceribus emitterentur, insistebant. Heliodorus* lib. IV. [cap. 3.] p. 167. l. 10. *ἐφειστήκει τῇ βαλβῖδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων.* Conf. *Euripid.* Herc. Fur. v. 867. Figurato usu *Themistius* Or. XIII. p. 177. D. *ἐκ βαλβῖδος εἰς τέρμα.* Sed videndus omnino, qui nobis otium fecit, Magnus *Salmasius:* cuius etiam coniecturam *βαλβῖδ' ἀπόδος* in textu reliqui, quia nihil succurrebat melius. Plane tamen persuasum mihi est, *Moeridem* nostrum aliter scripsisse et

Βωμολόχος[29], *ὁ πρὸς τοῖς βωμοῖς λοχῶν, ἐπαίτης.*
Βόθρος[30], *Ἀττικῶς. βόθυνος, κοινῶς.*
Βότρυς[31], *μακρὸν, Ἀττικῶς. βραχὺ, Ἑλληνικῶς.*
Βρενθύεσθαι[32], *τὸ μετὰ συννοίας ἐπαίρεσθαι, Ἀττικῶς.*

vulnus gravius latere: cui sanando quum impar sim, aliis illud curandum relinquere quam incertas coniecturas proferre malim. [cf. *Bekk.* An. Gr. I. p. 220, 30.]

105 29. *Βωμολόχος*] Is locus sic legendus: *Βωμολόχος, ὁ πρὸς τοῖς βωμοῖς λοχῶν, ἐπαίτης.* Vox autem *ἐπαίτης* debetur Cod. Coisl. Sallier.

Βωμολόχος. Ed. Hudson. *Βωμολόχος, ὁ πρὸς τοῖς βωμοῖς λοχῶν, ἐπαιτ (ῶν μετὰ κολακείας). πρὸς* restitutum e Coisl. Reg. Coll. Gronov. et correxerat *Abreschius* ad *Thom. M. Pherecrates* apud *Harpocrat.* v. *Ἔπειτ', ἵνα μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς πανταχοῦ, κ' ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα, Ἐποίησεν ὁ Ζεὺς καπνοδόκην μεγάλην πάνυ. ἐπαίτης* ex iisdem Coisl. Reg. Leidensis *ἐπαιτ̃* cum abbreviatione. Gronov. *ἐπαιτέα.* Vid. *Aristophan.* Nub. v. 907. Ran. v. 361. 1117. 1569. Eq. v. 1191. 1355. Conf. praeter ceteros ad *Timaeum* Cl. *Ruhnkenius* [p. 64. sq. add. *Matthaei* ad Plutarch. de Fort. p. 89.].

30. *Βόθρος*] *Thom. Mag.* *ὁ βόθρος*, inquit, *οὐ βόθυνος, οὐδὲ λακκός. ταῦτα γὰρ οὐκ ἴσασιν οἱ Ἀττικοί.* Uterque fallitur. Duo enim haec nomina apud Atticos in usu sunt. Ac a voce *βόθρος* ut ordiamur, eam usurpat *Xenophon* [Oeconom. cap. 19, 7.] p. 864. *πότερα οὖν, ἔφη, ἐν τῇ ξηρᾷ ἂν βαθὺν ὀρύσσοις βόθρον τῷ φυτῷ.* *Xenophontem* sequitur *Lucianus*, in cuius scriptis nomen *βόθρος* saepius reperias, nunquam vero *βόθυνος.* Quod tamen in Atticorum numerum reponendum constat ex eodem *Xenophonte* ibidem. Sallier. Vid. not. ad *Thom. Mag. Wetsten.* ad Matth. cap. XII. v. 11. cap. XV. v. 14.

31. *Βότρυς*] *Etymolog.* p. 288. *τὸ δὲ δρῦς ἐπὶ μὲν εὐθείας μακρὸν ἔχει τὸ ῡ. ἐπὶ δὲ τῆς ἄλλης κλίσεως βραχύ. ὁμοίως καὶ τὸ ἰχθύς.* An ergo et *βότρυς*? Accusativus enim pluralis, contractus ex *βότρυας*, Atticis non tantum, sed et vulgaribus Graecis producitur. Conf. *Ammon.* in *Στάχυς.*

32. *Βρενθύεσθαι*] — (*διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι. Ἑλληνικῶς.*) Haec desunt in Cod. Coisl. Recte. Sallier.

Desunt in omnibus Codd. Cl. *Berglerus* ad marg. adscripserat: „Cur addis? Auctor ipse satis et „bene explicavit." Verbum *βρενθύεσθαι* tam copiose et accurate illustravit ὁ *πάνυ Hemsterhusius* ad Luciani D. M. [10, 8.] T. I.

Βοήσεται[33], *Ἀττικῶς. βοήσει. Ἑλληνικῶς.*
Βαδιοῦμαι[34], *βαδιεῖ, βαδιεῖται, καὶ τὰ ὅμοια, Ἀττικῶς.*
Βιάσασθαι, Ἀττικῶς. φθεῖραι, Ἑλληνικῶς.
Βλαφθέντες[35], *Ἀττικῶς. βλαβέντες, Ἑλληνικῶς.*

p. 368. 369. laudatus etiam *Ruhnkenio* ad Timaeum p. 47. [p. 64.] nihil ut addi possit.

106 33. *Βοήσεται*] Citat hunc locum *E. Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 638. *Demosthen.* adv. Midiam p. 404. C. [p. 559. Reisk. p. 503, 138. Bekk.] *μάτην γὰρ λοιδορήσεται καὶ βοήσεται. Euripides* Iphig. Aul. v. 465. *Παρὼν δ' Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται Οὐ συνετὰ συνετοῖς. ἔτι γὰρ ἐστὶ νήπιος.* Ita illic corrigendum pro *συνετῶς*. Similiter *Heliodor.* lib. X. [cap. 29.] p. 514. l. 25. *καὶ τοῖς συνετοῖς ἀσύνετα φθέγγομαι. Eubulus* apud Athen. lib. X. p. 449. F. *Ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγω.* De futuris vero mediis pro activis apud Atticos vid. *H. Steph.* de Dial. Att. p. 15. et quae nos alibi notabimus.

34. *Βαδιοῦμαι, βαδιῇ*] In MS. *βαδείη*. Hudson.

Βαδιῇ. Lege *βαδιεῖ*, ut in MS. Coisl. Attici enim *η* secundae personae passivorum in *ει* mutare solent. Quae vero uncis inclusa sunt, *βαδίσομαι, βαδίσῃ, βαδίσεται, Ἑλληνικῶς*, in Coisl. Codice desiderantur, ut et in Oxon. Nec addenda fuere, cum *Moeris* in plurimis aliis vocabulis voces, quae ab Atticis scriptoribus usurpari consueverant, proponere satis habuerit. Sallier.

Pro *βαδιῇ* Cl. *Berglerus* in marg. scripserat *βαδιῇ*. Sed *βαδιεῖ*, quod praebent Coisl. Reg. Coll. Gronov. unice verum est. Vid. *Eustath.* ad Odyss. M. p. 490. l. 2. *Mattair.* de Dial. p. 68. *βαδείη* Leid. *Βαδιοῦμαι* est in *Aristoph.* Ran. v. 180. Eccl. v. 848. *βαδιεῖ* Pac. v. 116. (male apud *Suid.* v. *Μεταμώνιος, βαδιῇ.*) Eccl. v. 850. 855. 1075. Thesm. v. 624. Lys. v. 899. *βαδιεῖται* Plut. v. 945. ubi v. Sch. *βαδιοῦνται* Eccl. v. 621. Conferendus *Mattairius* de Dial. p. 46. *Χαρίσομαι* legitur in *Aristoph.* Thesmoph. v. 946. Sed Atticae puritati magis conveniet *χαριοῦμαι*, ut apud *Demosth.* pro Megalopol. p. 83. A. [p. 203. Reisk. p. 182, 2. Bekk. cf. *Demosth.* Exord. p. 1424. Reisk. p. 609, 10. Bekk. p. 1428. Reisk. p. 611, 15. Bekk.] *χαριεῖται.*

35. *Βλαβέντες, Ἀ. βλαφθέντες, Ἑ.*] Vide *Stephan.* de Dial. Gr. p. 147. 156. Hudson.

Βλαβέντες. Codex Coisl. habet *Βλαφθέντες, Ἀττικῶς. βλαβέντες, Ἑλληνικῶς.* quod ratum esse ostendunt haec *Thomae Mag. Βλαφθέντες δόκιμον. τὸ δὲ βλαβέντες κοινόν.* Sallier.

Temere *Hudsonus* MSti lectionem videtur mutasse. In Coisl. enim, Reg. Coll. Gronoviana non 107
tantum, sed et in Leidensi scriptum est ita, uti edidimus. *Ἕλ-*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Γ.

Γεννηταὶ[1], καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα. εἰσὶ δὲ οἱ γεννηταὶ τοιόνδέ τι[2]. ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀθηνῶν τὸ παλαιὸν[3] διεκεκόσμητο διχῶς, εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργούς. οὗτοι δὲ[4] πάλιν διῄρηντο εἰς φυλὰς δ'.[5] αἱ δὲ φυλαὶ ἑκάστη[6] εἰς τριττύας[7], εἰς δὲ ἑκάστην τριττὺν[8] εἰσήχθη γένη λ'[9], οὐδὲν ἀφ' αἵματος ἀλλήλοις[10] προσήκοντες,

ληνες cum Coisl. in Ἑλληνικῶς mutavi. *Βλαφθέντες Thucydideum* est. Vid. Interpretes ad *Thomam* v. et inprimis Vir Praeclarus, quo praeceptore fidelissimo et amico integerrimo gloriamur, *L. C. Valckenaerius* ad Euripid. Phoen. v. 979. qui reliquorum diligentiam multum obscuravit.

1. *Γεννῆται*] In MS. *Γέννηται*. Hudson. *Γεννηταὶ* bis in Coisl. Reg. Leid. Coll. Ward. Gron. Similiter scriptum in *Timaeo*. Alibi *Γεννῆται* et *Γενῆται* cum simplici *ν*. *Etymol.* p. 226. l. 13. Vid. Interpretes ad *Poll.* lib. VIII. sect. 111.

2. *τοιόνδέ τι*] Sic bene correxerat *Berglerus* in marg. et habent Coisl. et Reg. Editio Huds. *τοῖον δέ τι*. Leid. et Coll. Ward. *τοιόν δε τοι*.

3. *τὸ παλαιόν*] Coll. Ward. *τὸ πάλαι δὲ ἐκεκόσμητο δίχα*. et *Montefalcon*. in Bibl. Coisl. Leidens. *ἐκεκόσμετο*.

4. *δέ*] Addunt Coisl. et Coll. Ward.

5. *εἰς φυλὰς τέσσαρας*] Supplevit *Salmasius* in Obss. ad Ius Atticum p. 143. qui et *τριττύας* reposuit pro *τριτάσια*, et *τριττύην* [at *Salmasius* legit *τριττύν*. Fischer.] pro *τρίττην*, et *γένη τριάκοντα* pro *γένηλ*, et *συστήματος ὄντως ὠνομασμένοι* pro *γένους οὕτως κατωνομασμένοι*.

εἰς φυλὰς τέσσαρας. Vox *τέσσαρας* desideratur in MSS. sed in nostro Codice adiunctam reperias notam numeralem δ'. Ad Moeridem quod attinet, de hoc illius loco uberius disputantem *Salmasium* consule. Sallier.

δ'. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. Wardiana. Atque ita exhibere malui.

6. *ἑκάστη*] Sic Coisl. Reg. Coll. Schl. Leid. pro *ἑκάσται*.

7. *τριττύας*] Leid. *τριτάσια*. Coisl. Reg. Gron. *τριττάς*. Lego *τριττῦς*.

8. *τριττύν*] Sic *Berglerus* 108
pro *τριττύην* et Coisl. Reg. et Coll. Ward. *τρίττην* Leid. Coll. Gronov.

9. *λ'*.] Sic Coisl. et Leid.

10. *ἀλλήλοις*] Coll. Gron. *ἀλλήλων*.

ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ γένους οὕτως κατωνομασμένοι [11].
Γέλων [12], Ἀττικῶς. γέλωτα, Ἑλληνικῶς.
Γίγνεται [13], Ἀττικῶς. γίνεται, Ἑλληνικῶς.
Γέλοιον [14], βαρυτόνως, Ἀττικῶς. γελοῖον, προπερισπωμένως, Ἑλληνικῶς.

11. ἀλλ᾽ ἀπὸ πολιτικοῦ γένους οὕτως κατωνομασμένοι] Ita omnes MSSti. Et nihil causae erat, cur *Salmasius* et eum secutus *Hudsonus* mutarent in ἀπὸ πολιτικοῦ συστήματος ὄντως ὠνομασμένοι. Similiter enim *Suidas* v. et in Ὁμογάλακτας. Conf. *Etymol.* l. c. Rectius fortasse coniicias, pauca post γένη λ' excidisse, nimirum εἰς δὲ γένος ἕκαστον ἄνδρες λ' οὐθὲν ἀφ' αἱμ. κ. τ. λ. quae similitudine praecedentium facillime a festinante librario praeteriri potuerunt. Consul. *Pollux* lib. III. sect. 52. ceterique Grammatici. De γεννήταις sive γεννηταῖς multa possent dici, sed pleraque ab aliis occupata, quos laudat *I. Taylorus* ad Demosth. contra Neaer. p. 618. *Ruhnkenio* ad Timaeum [p. 66.] quoque citatus.

12. Γέλων, Ἀ. γέλωτα, Ἑλληνικῶς] γέλωτα *Isocrates* ad Demonic. p. 6. [p. 6, 15. Bekk.] Fischer.

Ἑλληνικῶς. Coisl. Reg. Coll. Gron. pro κοινῶς, quod servari potuisset. Sed meliorum Codd. auctoritatem censui praeferendam. Γέλων legitur in *Aristoph.* Ran. v. 45. Ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἴμ' ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων. *Sophocl.* Ai. v. 306. — συντιθεὶς γέλων πολύν. *Aeschyl.* Choëph. v. 735. *Eurip.* Med. v. 383. 1041. etc. *Thespis* apud Plut. T. II. p. 36. B. καταγέλων *Aristoph.* Eq. v. 319. *Suidas* v. Ἐν χρῷ. ὁ χρῶς τοῦ χρῶ Ἀττικῶς. ὡς γέλως. γέλω. Similiter ἔρων per ω et non ἔρον pro ἔρωτα scribendum censet *Tzetzes* in Hesiod. p. 136. τὸν ἔρον δὲ, καὶ τὸν γέλον ὁμοίως Αἰολικῶς μικρόν. Ἀττικῶς δὲ μέγα. quod probandum videtur. Γέλωτα saepissime etiam apud poëtas Atticos occurrit [γέλωτα *Plato* Theaetet. p. 175. D. St. de Rep. lib. VII. p. 536. B. St. *Aeschin.* in Tim. p. 19. Steph. p. 294, 135. Bekk.]

13. Γίγνεται, Ἀ. γίνεται, Ἑ.] In MS. γίνηται. Hudson. Sic et Leid. Reliqui recte. Vid. Cel. *Valckenaerius* ad Eurip. Phoen. v. 1396. Librarii talia pro lubitu suo mutarunt.

14. Γέλοιον] Vide *Ste-* 109
phanum de Dial. Gr. p. 192. 193. *Phavorinum*, *Etymol. Magn.* et *Eustathii* Ind. ad Homerum voce γελοῖον. Hudson. in Addend.

Γέλοιον, βαρυτόνως, Ἀττ. Ita has voces transponunt Coisl. Reg. et Leid. (vid. *Albert.* ad Hesych.) pro Γ. Ἀττικῶς βαρυτόνως. Gronov. βαρύτονον. Προπερισπωμένως. προπερισπώμενον Coisl. et Reg. praebebant. Produxit hunc locum e MS. *Spanhemius* ad Ari-

Γενετυλλίδα[15], τὴν μοῖραν, Ἀττικῶς. γένεσιν, Ἑλληνικῶς.

Γνωσιμαχῆσαι[16], ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν. μετανοῆσαι, Ἑλληνικῶς.

Γρίφοι[17], τὰ ἐν τοῖς πότοις προβαλλόμενα ζητήματα, Ἀττικῶς.

stoph. Ran. v. 6. *Ἀττικοὶ βαρυτονοῦσι* et *χαίρουσι τῇ βαρύτητι*, *Ammon.* p. 117.

15. *Γενετυλλίδα*] *Γενετυλλίδος* vel *γενετυλλίδων* mentionem faciunt *Aristoph.*, *Lucianus* et *Pausanias*. Sed ex illorum testimoniis quaenam illae fuerint, vix certo definire possis. *Fatorum praesidem Deam Moeris* interpretatur, sive *fatum ipsum; γένεσιν* et *γενετυλλίδα* easdem esse tradit. *Γένεσις* autem et *εἱμαρμένη* non differunt. Testis *Diodorus* [imo *Theodorus*] *Tars.* in Excerptis *Photii* [p. 348, 16. ed. *Hoeschel.*]: *ἀπὸ διαφορᾶς*, inquit, *ἣν ἔχει τὸ οἰκούμενον πρὸς τὸ ἀοίκητον, καὶ ἣν πρὸς ἄλληλα τὰ κλίματα ἔχουσι τὴν ἀνατροπὴν τῆς γενέσεως, ἤτοι τῆς εἱμαρμένης ποιεῖται.* Testis et *Chrysostomus* in Paul. p. 253. *γένεσιν λέγω καὶ εἱμαρμένην*. Utrumque sequitur *Isidorus Pelusiota*, quem vide p. 559. SALLIER.

Γενετυλλίδα. Vide Viros doctos ad *Hesych.* et qui ibi citantur. In eo autem diversus a ceteris Grammaticis abit *Moeris*, quod *Γενετυλλίδα* eandem cum *μοίρᾳ* faciat, quam tantum non omnes vel Venerem, vel Dianam partus praesidem fuisse statuunt. *Γένεσις* autem pro *fato* occurrit et apud *Suidam* v. *Εἱμαρμένη, γένεσις.* et in v. *Γένεσις λέγεται καὶ ἡ εἱμαρμένη.*

16. *Γνωσιμαχῆσαι*] In MS. *γνωσιμαχῆται*. HUDSON.

Γνωσιμαχῆσαι. Nec aliter Cod. Coisl. *Μετανοῆσαι* vero, quod *Moeridi* parum probatur, suus est in vocibus Atticis locus. SALLIER.

Γνωσιμαχῆται Leid. Ceteri recte. *Ἀττικῶς* quod addiderat *Hudsonus*, necesse non erat. *Aristophanis* locus est Av. v. 110
556. *Moschopulus II. Σ.* p. 124. *Γνωσιμαχῶ, παρ' Ἀττικοῖς τὸ μετανοῶ.* *Michael Psellus* [ap. *Tittmann.* ad Zonar. T. I. c. CXV. v. 41.]: *Γνωσιμαχεῖν, ἐπίστασθαι τὴν πρὸς κρείττονα μάχην.* Vim exemplorum dederunt doctissimi Interpretes ad *Hesych.* v. et ad *Thomam M.*

17. *Γρίφοι*] Debet apud *Moer.* pro *προσβαλλόμενα* reponi *προβαλλόμενα*: quod est verbum hoc in genere proprium, Lat. *ponere* et *proponere*. *Phavorinus*, unde iam nescio: *γρίφοι λέγονται τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλλόμενα, αἰνιγματώδη ζητήματα.* Sic *Cebes* s. 4. de Sphinge *ὃ* (*αἴνιγμα*) *ἐκείνη προὔβαλλετο τοῖς ἀνθρώποις.* FISCHER.

Γρίφοι. Pro *προσβαλλόμενα* cum Codd. Coisl. et Regio repo-

Γραῦς [18], *πληθυντικῶς*, *Ἀττικῶς. γραίας*, *Ἑλληνικῶς.*

Γλαμῶσα [19], *Ἀττικῶς. λημῶσα*, *κοινὸν*, *ἀμφότερον.*

sui *προβαλλόμενα.* *Scholiastes* Aristoph. ad Vesp. v. 20. *Γρίφοι λέγονται τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλλόμενα αἰνιγματώδη ζητήματα.* Atque ita in *Hesychio* v. *Γρίφη* (pro *Γρίφοι*) malim legere pro *βαλλόμενα.* *Γρίφος πρόβλημα παιστικὸν* *Athenaeo* lib. X. p. 448. C. quem illic consule et *Is. Casauboni* Animadversiones.

18. *Γραῦς, Ἀττ. γραῖα, Ἑλληνικῶς*] Quam vere, ex his *Euripidae* manifestum est, Hecub. v. 323. *Εἰσὶν παρ᾽ ἡμῖν οὐδὲν ἧσσον ἄθλιαι Γραῖαι γυναῖκες.* Accedit *Aristoph.* Thesm. v. 1033. *Μόλις δὲ γραῖαν ἀποφυγὼν Σαπρὰν, ἀπωλόμην ὅμως.* Nec obstat *Thomas Mag.* qui hocce nomen poëtis peculiare esse tradit: *γραῦς*, inquit, *οὐκ αἱ γράες, οὐδὲ αἱ γραῖαι. ποιητικὸν γάρ.* Nam apud alios etiam scriptores in usu fuisse patet ex *Luciano* [Lucio 23. T. II. p. 591. v. 91.] T. II. p. 135. *ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν τὸ ὑπὸ γραίας ἁλῶναι, εὗρον* [l. *ἔσυρον*] *αὐτήν.* Sallier.

Γραῦς. *Etymol.* *γραῦς Ἀττικῶς.* et *Eustath.* ad Odyss. A. p. 71. l. 41. *κοινῆς δὲ φράσεως ἡ γραῖα. ἡ μέντοι γραῦς Ἀτθίδος γλώσσης ἐστί.* Verum Codd. Coisl. Reg. Leid. et Coll. Gron. addunt *πληθυντικῶς.* *Γραῦς πληθυντικῶς, Ἀττικῶς. γραῖα, Ἑλληνικῶς.* Scribendum *γραῖαι* vel, quod verius puto, *γραίας.* Observat enim *Moschopulus Π. Σ.* p. 162. *γραῦς* declinari, ut *ναῦς*, et in nominativo plurali habere *αἱ γράες καὶ γρῆες*, in accusat. *τὰς γραῦς καὶ γρηῦς.* Iam vero Attici in nominativo semper scribunt *αἱ νῆες*, in accusativo *τὰς ναῦς*, *αἱ βόες* et *τὰς βοῦς.* (vid. *Moerid.* in *Νῆες*, *Thom. M.* in *Βοῦς.*) Similiter ergo *τὰς γραῦς* et non *αἱ γραῦς* dixere. Quae observatio poëtarum exemplis confirmari potest. Ita *Euripides* Androm. v. 612. *Παίδων τ᾽ ἄπαιδας γραῦς ἔθηκας ἐν δόμοις.* 111 Suppl. v. 9. 266. Cycl. v. 305. et alibi. *Αἱ γραῦς* nusquam observavi.

19. *Γλαμῶσα*] In MS. *γλωμῶσα*, dein *γλημῶσα.* Hudson.

Γλαμῶσα. Ita Codex Coisl. Sallier.

Leid. *γλωμῶσα* et *γλημῶσα.* Verum Coisl. Coll. Schl. et Gronov. ita, ut correxerat *Hudsonus.* Quid vero *ἀμφότερα* sive *ἀμφότερον*, uti C. R. Gron., velit, non video, nisi forte *Moeris* scripserit: *Γλαμῶσα, Ἀττικῶς. γλημῶσα καὶ λημῶσα κοινὸν ἀμφότερον.* Vid. *Pollux* lib. II. sect. 65. *Hesych.* et not. *Γλάμων* prima correpta legitur in *Aristoph.* Ran. v. 596. et alibi. Quo respexit *Eustath.* ad Il. *Π.* p. 1083. l. 18. Adde *Lysiam* Or. [I. in Alcib.] p. 284. l. 4. [p. 142. Steph. p. 289, 25.

Γήτη[20], Ἀττικῶς. κρόμμυα, Ἑλληνικῶς.
Γομφίους[21], Ἀττικῶς. μύλους, Ἑλληνικῶς.

Bekk.] *Hemsterhusium* ad *Lucian.* Dial. select. p. 25 – 30.

20. *Γήτη*] Al. γήτια vel γήθυα. Hudson. Lege γήτεια. Bergler. in marg. Similiter Celeb. *Albertius* ad Hesych. v. Γήτια, quam coniecturam veram iudico. Sed quum MSSti in γήτη conspirent et *Etymologus* p. 230. l. 28. γῆτος, unde γήτειον, praebeat, mutare nolui. γήτει' est apud *Aristoph.* Eq. v. 674. Πράσα, γήτεια, κρόμμυα coniunxit *Anaxandrides* apud *Athen.* lib. IV. p. 131. E.

21. *Γομφίους, Ἀττ. μύλους, Ἑλληνικῶς*] Vox μύλους adiunctaque interpretatio in Cod. Coisl. non leguntur. Sallier.

E reliquis Codd. meis nihil varietatis annotatum est; et μύλους Ἑλληνικῶς omnino retineri debent. Ad taedium Grammaticum minuendum quaedam comicorum Atticorum fragmenta, in quibus γομφίων fit mentio, excitabimus. *Aristoph.* Ran. v. 580. Ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ τοὺς γομφίους Κόπτοιμ' ἄν, οἷς μοῦ κατέφαγες τὰ φορτία. *Phrynichus* apud Athen. lib. II. p. 52. C. Καὶ τούσγε γομφίους ἅπαντας ἐξέκοψεν ὥστε Οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην κατάξαι. Ita levissima mutatione constitui possunt iambi octonarii, e quibus ut senarios efficeret praeclarus Commentator, multum, sed frustra, laboravit. Comparandus *Plautus* Bacchid. IV. 2. v. 16. *Ni nucifrangibula excussit malis meis.* *Aristophanes* de vetula Plut. v. 1060. ἕνα γὰρ γομφίον μόνον φορεῖ. Verum dignum est, quod totum adscribatur *Philetaeri* fra- 112
gmentum a Cynaegide apud *Athen.* lib. XIII. p. 587. F. ubi meretrices vetulas, Pyrrhae filias, Nestoris novercas recenset: Οὐχὶ Κερκώπη μὲν ἤδη γέγον' ἔτη τρισχίλια, Ἡ δὲ Διοπείθους ἀειδὴς Τέλεσις ἕτερα μύρια. Τὴν Θεολύτην δ' οἶδεν οὐδεὶς, ὅτε τὸ πρῶτον ἐγένετο. Οὐχὶ Λαῒς μὲν τελευτῶσ' ἀπέθανεν βινουμένη. Καὶ Γαλήνας καὶ Κορώνας — οὐ λέγω. Περὶ δὲ Ναΐδος σιωπῶ, γομφίους γὰρ οὐκ ἔχει. Quae versu penultimo exciderunt, meliorum Codd. ope forte restituentur. Versum primum sic facillima correctione emaculavi scribendo γέγον' ἔτη pro γεγόνει ἔτι. in quo interpretando toto coelo a vero aberravit *Dalechampius.* Eadem ratione *Aristophanes* Plut. v. 1083. ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων διεσπλεκωμένην dixit. Ἔτη autem et ἔτι, ut illud etiam addam, ubique ab imperita librariorum gente permiscentur. Exemplo sit Epigramma sepulchrale, editum ab *I. H. Maio* in Catal. Biblioth. Uffenb. p. 582. Τύμβον ἐμοὶ τοῦτον γαμέτης δωρήσατο, φρουρῆς Ἄξιον ἡμετέρης εὐσεβίης στέφανον. Λείπω δ' ἐν θαλάμοις γαμέτου χορὸν εὐκλέα παίδων Πιστὸν ἐμοῦ βιότου μάρτυρα σωφροσύνης. Μουνογάμος θνήσκω, δέκα δ' ἐν

Γνοῖμεν[22], *Ἀττικῶς. γνοίημεν, Ἑλληνικῶς.*
Γαλῆ[23], *Ἀττικῶς. γαλέα, Ἑλληνικῶς.*
Γόης[24], *Ἀττικῶς. κόλαξ, Ἑλληνικῶς.*

ζωοῖσιν ἔτη ζῶ Νυμφικὴ εὐτεκνίης καρπὸν ἀειραμένη. Ultima vertit *Maius*, ut potuit. Nam depravata non poterant recte Latine reddi. Scribendum: — δέκα δ' ἐν ζωοῖσιν ἔτι ζῶ, Νυμφικὸν εὐτεκνίης καρπὸν ἀειραμένη. *Vivo autem in decem liberis vivis adhuc, cum maritalem prolis egregiae vel foecunditatis fructum ceperim.* In *Apollodori* lib. III. cap. 13. sect. 6. Τοῦτον (Ἀμφικτύονα) ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα (sic leg., non αὐτόχθονος) λέγουσι. βασιλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ δώδεκα Ἐριχθόνιος ἐκβάλλει. recte animum adverterunt homines docti, ἔτη deesse, sed non perspexerunt, illud corruptum in praepositione ἐπὶ latere. Apud *Suidam* T. I. p. 318. in ἐχωρίζοντο δὲ ἀλλήλων ἐπὶ ἔτη λε, Codex Leidensis non habet ἐπί. Nunc, quum veluti condimento quodam has notas adsperserim, revertar ad *Moeridem*.

22. Γνοῖμεν] *Sophocles* Antig. v. 938. Παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες. Vide supra Βαλεῖμεν.

23. Γαλειά, Ἀττικῶς. γαλεά, Ἑλληνικῶς] Ita in MS. Forsan tamen legendum 113 Γαλέα, Ἀττικῶς. γαλεὸς, Ἑλλ. aut Γαλῆ, Ἀττ. γαλέη, Ἑλλ. Hudson.

Γαλειά. Codex Coislin. habet γαλῆ. Recte. Eam enim vocem esse Atticam constat vel ex Lexicis. Sallier.

Γαλὴ sive γαλῆ est in Coislin. Reg. Coll. Schlaeg. et Gronov. Leidensis praefert γαληα. Nimirum α ex sequenti voce male adhaesit. De γαλῆ multa notavit Eruditissimus *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. lib. XII. cap. 4. *Apollodorus* apud *Stobaeum* Flor. Grot. p. 43. Καὶ κλείεθ' ἡ θύρα μοχλοῖς. ἀλλ' οὐδὲ εἷς Τέκτων ὀχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν, Δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται. Sed exemplis in re nota opus non est. Apponam tamen suavissimos *Sannurionis* comici versus, quibus Hegelochum tragoedum, quem in pronunciando versu Euripideo, Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ, spiritus defecerat, in scena risui Atticorum exposuit. — Τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν Ἐνδύσομαι. φέρ' εἰ γενοίμην νῦν γαλῆ. Ἀλλ' Ἡγέλοχός με μηνύσειεν ὁ τραγικὸς, Ἀνακράγοιτ' ἂν οὗτος εἰς ἐχθροὺς (vel εἰσιδὼν) μέγα. Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. Ita isti versus constituendi, qui apud *Scholiastam* Euripidis ad Orest. v. 279. corrupti, apud *Scholiast.* Aristoph. ad Ran. v. 306. corruptissimi leguntur.

24. Γόης] Post Ἑλληνικῶς MSS. Coisl. et Reg. addunt: καὶ κοινόν. de quo alio loco dicam. Γόητας et κόλακας coniunxit *Dio Chrysostom.* Or. XXXII. p. 364. ἀφθονία δὲ κολάκων καὶ γοή-

* *Γραμματοκύφωνα*[25], *ἀντὶ τοῦ γραμματέα, ὅτι οἱ γραμματεῖς προσκεκυφότες γράφουσιν. ἢ γραμματοκύφων, οἷον ἐν ἀγορᾷ γραμματεὺς, ἐπεὶ οἱ ἀγοραῖοι τῷ κύφωνι μαστιγοῦνται. διὰ τοῦτο δ' αὐτὸν εἶπε περίτριμμα ἀγορᾶς.*

Γραψάμενος[26], *Ἀττικῶς. γράψας, Ἑλληνικῶς.*

των καὶ σοφιστῶν. Or. LXXVIII. p. 668. A. *κόλαξ καὶ γόης ἀντὶ γενναίου καὶ ἀληθοῦς φανείς.* *Athen.* lib. VI. p. 252. F. Alia huius nominis exempla dederunt *Wetstenius* ad II. Timoth. cap. III. v. 13. et *Ruhnkenius* ad Timaeum v. [p. 73.]. Apud *Hesychium* legitur: *Γοησιόδος. ᾠδὸς, ἀπατεών.* pro quo *Kusterus* *γοησίῳδος* censet scribendum. Sed reponendum potius *Γόης ἀοιδὸς* vel *Γόης ἐπῳδός.* *Euripides* Bacch. v. 234. *Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός.* Similiter Hippol. v. 1038. *Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε.* *Γόητες ἐπάδοντες* *Maximo Tyr.* Diss. XXXVI. p. 429. In *Phrynichi* Apparatu Sophistico Bibl. Coisl. p. 466. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 31, 15.] pro corruptissimo *Γλωτ. . . . τὸν γνώμαις πολλαῖς καὶ συνεχέσι τοὺς ἀκροωμένους διαμαλάττοντα. Πλάτων.* nullus dubito, quin scribendum sit *Γοητεύοντα.* Ita *Plato Menone* p. 414. C. [p. 80. A. St.] *γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις καὶ ἀτεχνῶς κατ-*
114 *επάδεις.* Alia loca dabit *Budaeus* in Comment. L. Gr. p. 728. *Ὠιδαῖς γοητεύειν* *Conon* fab. 45.

25. *Γραμματοκύφωνα — εἶπε (καὶ) περίτριμμα ἀγορᾶς (παρὰ Δημοσθένει)*] Ita locum supplevi ex *Etymologo Magn.* v. *Γραμματοκύφων.* Hudson.

Berglerus in marg. notaverat: „Dele *καὶ* et *παρὰ Δημ.* licet „ita exstet apud *Etymol.*, tamen „absurde dicitur: *propterea eum* „(nempe Aeschinem) dixit (De-„mosthenes) *περίτριμμα ἀγορᾶς* „*apud Demosthenem.* Vide *Schol.* „Aristoph. ad Nub. v. 259.“ Optime! Sed tota glossa insititia est et in Coisl. et Coll. Schl. non comparet. Descripsit autem eam homo inepte sedulus ex *Lexico Rhetorico* [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 228, 15.], quod eodem Codice S. Germani, quo Moeris, continetur. Quod me monuit Amiciss. *Ruhnkenius* in litteris ad me datis. Hoc Lexicon expilavit *Etymologus*, apud quem verba *παρὰ Δημοσθένει*, quae *Lexicon Rhetor.* non habet, vel una litura sananda sunt vel statim post *Γραμματοκύφων* ponenda. Locus *Demosthenis* est pro Ctesiph. p. 343. A. [p. 297. Reisk. p. 265, 209. Bekk.] *περίτριμμα ἀγορᾶς* est ex Or. de Corona p. 331. B. [p. 269. Reisk. p. 240, 127. Bekk.] unde sumsit *Libanius* Opp. T. II. p. 629. D.

26. *Γραψάμενος*] *Aristoph.* Nub. v. 1484. Vesp. v.

Γεγωνεῖν[27] *καὶ γεγωνίσκειν, Θουκυδίδης, Ἀττικῶς. βοᾷν καὶ κράζειν, Ἑλληνικῶς.*

Γέλγη[28], *καὶ γελγοπώλης, Ἀττικῶς. ῥῶπος καὶ ῥωποπώλης, Ἑλληνικῶς.*

Γηρᾶναι[29] *καὶ καταγηρᾶναι, Ἀττικῶς. γηρᾶσαι καὶ καταγηρᾶσαι, Ἑλληνικῶς.*

Γηθυλλὶς[30], *Ἀττικῶς. ἀμπελόπρασον, Ἑλληνικῶς.*

875. 889. 902. Pac. v. 107. Vid. *Thom. Mag.* in *Γράφομαι*. *Stephan.* de Dial. Att. p. 64.

27. *Γεγωνεῖν*] Coll. Gron. *βοᾷν δὲ καὶ κράζειν*. *Moschopulus* *Π. Σ.* p. 67. *Γεγωνεῖν, τὸ βοᾷν καὶ κράζειν· ὃ καὶ γεγωνίσκειν εἴρηται ὑπὸ Θουκυδίδου.* lib. VII. cap. 76. p. 497. Similiter *Euripides* El. v. 809. Sed quicquid fere his de verbis dici poterat, occuparunt *G. Arnaldus*
115 Lect. Gr. p. 32. *I. Ph. D'Orvillius* in Vanno Crit. p. 150. seq. et *A. Heringa* Observ. p. 64. 65. ubi *γεγωνὼς* praeclare *Philostrato* restituit.

28. *Γέλγη*] *Hesychius*: *γέλγη, ὁ ῥῶπος*: de quo utroque vocabulo v. *Salmas.* ad Vopisc. c. 45. p. 386. ed. Paris. Fischer. In MS. *Γέγη καὶ γεγοπάλης*, dein *ῥωπόλης*. Hudson.

Similiter Leid. in quo multo corruptius *γιγοπάλις*. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. *Hudsoni* correctiones confirmant. Vid. *Aelius Dionys.* apud *Eustath.* Il. *Ν.* p. 896. *Pollux* lib. III. sect. 127. VII. 198. *Hesych.* et not. Nihil verius doctiss. viri *I. Meursii* correctione in *Luciani* Lexiph. [3.] T. II. p. 321. [p. 323. v. 68.] *καί τοι προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντᾷν.* *Phrynichus* Appar. Sophist. Bibl. Coisl. p. 468. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 61, 30.] *Ῥωποπώλης. ὁ τὸν ῥῶπον πωλῶν· ὅ ἐστι ξηρὸς χόρτος καὶ ποικίλος.* Reponendum *φόρτος*. Vid. *Hesych.*

29. *Γηρᾶναι*] *Aeschylus* Choëph. v. 908. *Ἐγώ σ' ἔθρεψα, νῦν δὲ γηρᾶναι θέλω.* *Sophocles* Oed. Col. v. 920. *Τοιοῦτον, οἷον κἀμὲ γηρῶναι ποτέ.* Ad alterutrum horum locorum referenda *Hesychii* glossa: *Γηρᾶναι, γηρᾶσαι.* In *Xenophontis* Memorabil. lib. III. [cap. 12, 8.] p. 787. C. legitur *γηρᾶσαι*. Vid. *Thomam Mag.* et *Etymol. M.* p. 230. f.

30. *Γηθυλλὶς, Ἀ. ἀμπελόπρασον, Ἑ.*] In MS. *ἀμπελόπρασις*. Hudson.

Sic et Leid. Sed Coll. Gronov. Coisl. Reg. et Coll. Schl. *ἀμπελόπρασον*. Conf. *Hesych.* v. *Γήθυα*, *Suidas* v. *Athenaeus* lib. IX. p. 372. f. quem cum ipsis librariorum vitiis expilavit *Eustath.* ad Il. *Σ.* p. 1211. l. 11. *Aristophanis* versus apud *Athen.* pag. seq. A. sic scribendus: — *τῶν δὲ γηθύων Ῥίζας ἐχούσας σκοροδοσμήτων τὴν φύσιν.*

Γάργαλος[31], *Ἀττικῶς. γαργαλισμὸς, Ἑλληνικῶς.*
Γυμνάσεται[32], *Ἀττικῶς. γυμνασθήσεται, Ἑλληνικῶς.*
Γνωστῆρας[33], *ὡς Ξενοφῶν, τοὺς γνωστάς.*

31. *Γάργαλος*] Ita quoque *Thomas M.* SALLIER.

Γάργαλος. Aristophan. Thesmoph. v. 140. Conf. praeclaram Summi *Hemsterhusii* ad *Thom. M.* notam.

116 32. *Γυμνάσεται*] Vid. *Stephan.* de Dial. Gr. p. 147. HUDSON. in Addend. *Kuster.* de Verbis Mediis III. p. 98. ed. nostr. FISCHER. Vide infra *Τιμήσεται.*

33. *Γνωστῆρας*] Vocc. *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς* in MSS. non reperias; nec immerito desiderantur. Id enim sibi vult *Moeris*, eos, qui *Xenoph. γνωστῆρες* dicuntur, ab aliis *γνωστὰς* appellari. *Γνωστὴς* autem proprie *sponsor promissorum alicuius*, Graece *ἐγγυητὴς* et *βεβαιώτης*, ut ostendunt haec *Plutarchi* in Flam. [cap. 4.] p. 370. *προσῆλθον ἄνθρωποι τῶν αὐτόθι νεμόντων, φράζοντες τινὰ κύκλωσιν ἀμελουμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων, ᾗ τὸν στρατὸν ἄξειν ὑπισχνοῦντο, καὶ καταστήσειν μάλιστα τρίταιον ἐπὶ τῶν ἄκρων· γνωστὴν δὲ τῆς πίστεως παρέχοντο, καὶ βεβαιώτην Χάροπα τὸν Μαχάταν, πρωτεύοντα μὲν Ἠπειρωτῶν, εὔνουν δὲ Ῥωμαίοις ὄντα.* Ex quibus non parva lux accedit *Xenophontis* loco, de cuius explicatione inter doctos minime convenit. SALLIER.

Γνωστῆρας. Pro *γνωστὰς* Coll. Gronov. perperam *γνωστούς. Xenophontis* locus est Cyropaed. lib. VI. [cap. 2, 11.] p. 163. B. *εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολὴν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν καὶ ἐγγυητὰς, ἦ μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ, λαμβανέτω, ὧν ἡμεῖς ἔχομεν.* In quo loco interpretando homines eruditi mirifice dissentiunt. *Leunclavius* interpretatur: *quibus est notus.* Aliter *Stephanus* in Thes. T. I. p. 1832. quem vide. *Lipsius*, *P. Faber* et *Hotomannus* eosdem fuisse cum Romanorum *cognitoribus* sive *notoribus* statuunt; quorum sententiae *Moeris* favere videtur. *Γνωσταὶ* enim in *Glossis* explicantur per *cognitores.* Atque ea explicatio omnino probabilis est; nisi praeferenda sit Magni *Hemsterhusii* ad Polluc. lib. IX. sect. 151. opinio, qui *γνωστῆρας* dictos existimat *eos, qui res, de quibus agebatur, cognoscebant, ut de veritate, si quis falleret, testimonium dicere possent.* *Homereum* versum Il. *I.* v. 443. *Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.* ita *παρῳδιάζει Synesius* Dione p. 58. D. *Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, γνωστῆρά τε ὄντων.* ubi aliter quam per *cognitorem* vel *exploratorem* Latine verti nequit. Inprimis autem hac forma nominum in *ηρ* delectata est apis Attica. Sic *ἐπιτακτὴρ* Cyropaed. lib. II. [cap. 3, 2.] p. 51. D. *ὀπτὴρ* et *φραστὴρ* lib. IV. [cap. 5, 8.] p. 106. A. et lib. V. [cap. 4, 18.] p. 139. D. (quorum

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Δ.

Δακρύοις[1], Ἀττικῶς. δάκρυσιν, Ἑλληνικῶς.

Δοίημεν[2], δοίητε, Ἀττικῶς. δῴημεν, δῴητε, Ἑλληνικῶς.

Διωκάθειν[3], κοινὸν Δωριέων, καὶ Ἰώνων. διώκειν, Ἑλληνικῶς.

117 prius citat *Pollux* lib. II. sect. 59. posterius *Suidas* v.) Θεραπευτὴρ. lib. VII. [cap. 5, 23.] p. 197. A. προσόδων ἀποδεκτὴρ lib. VIII. [cap. 1, 3.] p. 202. C. δαπανημάτων δοτὴρ. ibid. πεντηκοστῆρες pro πεντηκόσται aliquoties. ἀλεξητὴρ Oecon. [cap. 4, 3.] p. 827. D. ἐργαστὴρ [cap. 20, 16.] p. 855. D. *Pollux* lib. VII. sect. 7. λυμαντὴρ Hieron. [cap. 3, 3.] p. 908. Σκαπτὴρ, quod tanquam *Xenophonteum* laudat *Pollux* lib. VII. sect. 148. in nostris editionibus non legitur. De similibus nominibus in ηρ notat *D'Orvillius* V. C. ad Chariton. p. 363. [p. 421. ed. Lips.] Δοτὴρ restituendum *Themistio* Or. XIII. p. 178. B. καὶ δῆμος ἡρώων καὶ φυλὴ ἑστιούχων δαιμόνων ὄλβον. In MS. est ὀλβουδοξοτέριων, pro quo *Harduinus* coniicit ὄλβων καὶ ἐνδοξοτέρων, quod tamen ipsi non satisfaciebat. Scribendum: δαιμόνων ὄλβου δοτήρων vel una voce ὀλβοδοτήρων. Vid. infra D. p. 191. B. 163. D. 284. A. 340. D. Atque ita Iovem κτήσιον dictum quasi δοτῆρα πλούτου καὶ κτήσεως scribit *Dio Chrysostom.* Orat. I. p. 9. A.

1. Δακρύοις] A *Moeride* dissentit *Thomas M.* Utrumque apud poëtas Atticos occurrit. Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. Verum *Moeridis* nota videtur referenda ad *Aristoph.* Vesp. v. 489. Τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων αἰεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς.

2. Δοίημεν] V. *Phrynichum* v. Διδῴη [p. 345. sq. Lob.] Hudson.

Δοίημεν. Habet hac parte *Phrynichum* sibi assentientem *Moeris*, quibus se opponere ausus est *Thomas M.* v. Διδῴη. Sed veterum Grammaticorum auctoritas apud me quidem praevalet. Vid. *Aristophan.* Plut. v. 925. Nub. v. 1252. *Sophocl.* Phil. v. 328. In *Hesychio* post Δοίημεν, δῴημεν legitur: Δοίης, δώσεις. Scribendum δῴης. Apud *Thomam* vero pro ἀλλὰ βιῴη, Ἰωνικῷ ἔθει, omnino cum Cod. Oxon. castigandum Δωρικῷ ἔθει. Sic enim recte non tantum *Moschopulus*, sed et eo longe vetustior Grammaticus apud *Suidam*. Βιῴη. ἀντὶ τοῦ βιοίη. ὥσπερ καὶ τὸ δῴη, ἀντὶ τοῦ δοίη, κατὰ ἔκτασιν τοῦ ο μικροῦ εἰς ω, Δωρικῶς.

3. Διωκάθειν κοινὸν 118 (Ἀττικῶς) Δ.] Atticorum esse ostendit *Stephanus* de Dial. Gr. p. 145. Hudson.

Δεδιττόμενος [4], *Ἀττικῶς. ἐκφοβῶν, Ἑλληνικῶς.*

Διωκάθειν — Ἀττικῶν. Ultima vox desideratur in MSS. Necessariam tamen esse illud argumento est, quod *διώκειν* inter voces minus Atticas numeret. SALLIER.

Διωκάθειν. Ἀττικῶς abest ab omnibus Codd. quod tamen improbabile non est, aut addi, aut intelligi debere. Vid. infra *Ὠδί.* Ex Atticis scriptoribus huius verbi exempla protulit *Ruhnkenius* V. C. ad Tim. p. 64. [p. 87. sq.] quibus addi potest *Clemens Alexandr.* Paedag. lib. II. p. 169. l. 27. *τὴν λίχνον διωκάθοντας ζωήν.* In scriptoribus Doricis, quos paucissimos nobis reliquos fecit bonorum librorum pestis barbaries, hoc aut simile eiusdem formae verbum non reperi. Verum *εἰκάθειν, ἐργάθειν, κιάθειν* apud *Homerum, Apollonium Rh.* aliosque poëtas Ionicos sunt obvia. His si addatur *ἀμυνάθω* et composita ab *ἐργάθω* et *εἰκάθω*, plura huius generis verba haud facile reperias, ut observatum a *Ruhnkenio* nostro l. c. *Καιάθω* tamen sive *κατακαιάθω*, a *καίω*, formavit Argonauticorum scriptor *Orpheus* v. 570. *Φίτρους δ' αἶψα κόμιζον, ἰδ' ἔντομα πορσύνοντες Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεκαίαθον. αὐτὰρ ἔγωγε Ψυχὴν ἱλασάμην.* Quod merito inter singularia, quae habet iste auctor, verba referri potest. — *Ἑλληνικῶς* in fine scripsi cum Coisl. et Regio. Leid. *Ἕλληνες* pro *Ἑλλήνων.*

4. *Δεδιττόμενος, Ἀττ. ἐκφοβῶν, Ἑλλην.*] Verbo *ἐκφοβεῖν* utitur *Aeschylus* Pers. v. 608. *Βοᾷ δ' ἐν ὤσι κέλαδος οὐ παιώνιος. Τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας.* et *Euripides* Orest. v. 1270. *Εἰ μ' ἐκφοβοῖεν μανίασιν λυσσήμασι.* Occurrit etiam illa vox apud *Lucian.* [Philopatr. 4.] T. II. p. 993. [T. III. p. 589. v. 84.] *ἔτι με ἐξεφόβησας*, inquit, *τὸν Δία ἐπομοσάμενος.* SALLIER.

Δεδιττόμενος. Verbum *δεδίσσεσθαι* scriptores post *Homerum* usurparunt duplici *terrendi* et *timendi* notione, observante *Eustathio* ad Il. *N.* p. 943. l. 16. *Τὸ δὲ δειδίσσεσθαι οἱ μεθ' Ὅμηρον καὶ παθητικῶς λέγουσι. — καὶ δεδισσόμενος διχῶς νοεῖται, δηλῶν ποτὲ μὲν τὸν ἐμφοβοῦντα* (f. *ἐκφοβοῦντα*), *ποτὲ δὲ τὸν φοβούμενον.* Priori vero *terrendi* 119
significatione a scriptoribus Atticis usurpatur, ut ad *Luciani* Soloecist. [5.] T. III. p. 565. exemplis docuit Vir Politissimus, *I. G. Graevius.* Quibus alia adiiciemus. *Plato*, ad cuius locum *Moeridis* nota videtur referenda, Phaedr. p. 1221. A. [p. 245. B.] *μηδέ τις ἡμᾶς λόγος θορυβείτω, δεδιττόμενος, ὡς πρὸ τοῦ κεκινημένου τὸν σώφρονα δεῖ προαιρεῖσθαι φίλον.* Perperam *Ficinus* interpretatur *ostendens.* Ista autem *Platonis* verba sua fecit *Aristides* T. II. p. 16. l. 6. *Demosthen.* Exord. p. 146. B. [p. 1451. Reisk. p. 625, 10. Bekk.] *Philostrat.* V. A. lib. IV. cap. 11. *δεδιττομένων οὖν τῶν ἑταίρων αὐτόν.* *Achill. Tat.* lib. III. [cap. 18.] p. 199. f. *παῦσαι, δε-*

Διαγράφειν[5], *τὸ ἐξαλείφειν. Πλάτων Πολιτικῶν γ΄.*

δειττόμενος αὐτόν. *Synes.* de Regno p. 17. A. δεδίττονται ἡμᾶς ἀντιδιαβαίνοντες. *Clem. Alex.* Protrept. p. 8. l. 18. καὶ τῷ πυρὶ δεδίττεται τοὺς ἀθρώπους. Similiter *Theocrit.* Id. XXV. v. 74. Conf. *Pollux* lib. I. sect. 151. IV. 29. IX. 155. Pari ratione δεδίσκεσθαι, quod forma tantum distat et male a viris doctis ubique in *Hesychio* mutatur in δειδίσκεσθαι, adhibuit *Aristophanes* Lys. v. 564. Ἐδεδίσκετο τὴν ἰσχαδόπωλιν. Schol. ἐφόβει. *Suidas:* Ἐδεδίσκετο, ἐξεφόβει. Hoc verbum restituendum censemus auctori praeclari illius in Mercurium Hymni, qui vulgo *Homero* adscribi solet, v. 162. seqq. Τὴν δ' Ἑρμῆς μύθοισιν ἀμείβετο κερδαλέοισι, Μῆτερ ἐμὴ, τί με ταῦτα τιτύσκεαι, ἠΰτε τέκνον Νήπιον. ὃς μάλα παῦρα κατὰ φρεσὶν αἴσυλα οἶδε, Ταρβαλέον, καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς. Reponendum videtur: Μῆτερ ἐμὴ, τί με ταῦτα δεδίσκεαι, ἠΰτε τέκνον Νήπιον. *Homerus* Il. Y. v. 201. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε νηπύτιον ὥς Ἔλπεο δειδίξεσθαι. *Homerum* imitatur *Plato* Criton. p. 34. E. [p. 46. C. St.] ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται. Lucian. Zeuxid. [4.] T. I. p. 842. l. 97. ὡς δεδίξαιτο σὺν παιδιᾷ τὰ βρέφη. D. Mer. [9.] T. III. p. 304. l. 16. Ὡς βρεφυλλίοις ταῦτα, ὦ μισθοφόρε, ἡμῖν λέγεις, καὶ μορμολύττει. *Aristides* Or. T. II. p. 376. τοὺς ἄλλους θεοὺς ἐκπλήττων καὶ φόβων ὥσπερ παιδάρια. Altera autem significatione *timendi* utitur *Orpheus* Argon. v. 55. Θέσφατα γὰρ Πελίας δειδίσσετο. etc. Atque ita videtur poni in *Aristoph.* Pac. v. 312. l. a *Graevio* cit. Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε. Sed versus duplici laborat menda, sede tertia spondeum pro trochaeo exhibens et in fine perturbatus, quod etiam animadvertit *Florens Christianus*, cuius coniecturae improbabiles non sunt: Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο νῦν, τὸν Κέρβερόν τε δεδίττετε. Quando *terrendi* significatus omnino retinendus. Vel refingendum: Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο νῦν, τὸν Κέρβερόν τε δείδετε. Sed malim a melioribus libris medicinam exspectare. Apud *Suidam* v. Δεδίσσω, male legitur δηδίσσω pro δειδίσσω. [v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 182.]

5. *Διαγράφειν*, — *πολιτείων γ΄.*] In MS. *πολιτ. γ΄.* 120
HUDSON.

Διαγράφειν. In MS. Coisl. et Coll. Ward. rectius legitur *πολιτικῶν γ΄.* Locus est p. 432. D. ed. Laemar. [de Rep. lib. III. p. 387. A. St.] citatus Cel. *Ruhnkenio* ad Timaeum p. 60. [p. 81. sq.] qui post Magnum *Hemsterhusium* ad *Thom. M.* multis hoc verbum illuminavit, nihil ut nobis dicendum superesse videatur. Eadem ratione verbum *περιγράφειν* pro *delere*, *e medio tollere*, praeter *Aeschinem*, de quo vide *Budaeum* Comm. L. Gr. p. 591. et *Polemonem Ponticum* Anth.

Δρυπέτης[6], *Ἀττικῶς. πέπειρος, Ἑλληνικῶς.*

lib. VII. [p. 615.] laudatum *Ruhnkenio*, adhibuit scriptor venustissimus, *Heliodorus* lib. X. [cap. 20.] p. 500. *Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἐκεῖνος ἐξαιρεθείη τῆς ἱερουργίας. ἄλλως τε γὰρ οὐκ εὐαγὲς παντάπασι περιγραφῆναι τὸ πάτριον τῆς τῶν ἐπινικίων θυσίας. καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ὁ δῆμος ἀνάσχοιτο.* Unde medicinam putabam esse faciendam alteri eiusdem auctoris loco [lib. X. cap. 34.] p. 531. *καὶ ἐχώμεθα τῶν εὐαγεστέρων ἱερῶν, τὴν δι' ἀνθρώπων θυσίαν καὶ εἰς τὸν ἑξῆς αἰῶνα παραγράψαντες.* Sed retraxit fere *Hesychii* auctoritas: *Παραγράψαι, ὃ ἡμεῖς λέγομεν διαγράψαι, καὶ τὸ ἐκ τραπέζης λαβόντα, διὰ γραμμάτων τῷ τραπεζίτῃ πιστώσασθαι.* Nisi *παραγράψαι* et *διαγράψαι* illic alio significatu accipienda sint, quo *διαγράψαι* *Dinarchus* usurpavit. Vid. *Harpocration* v. *Περιγράψαι* video etiam placuisse *D'Orvillio* ad Chariton. p. 663. [p. 606. ed. Lips.]

6. *Δρυπέτης*] Quin illud adiectivum Atticum sit, dubitari non potest. Sed ideo vox *πέπειρος* repudiari non debuit. Hanc enim apud Athenienses *Aristophane* ipso antiquiorem fuisse, illud persuadet, quod in eius scriptis metaphorice usurpata reperiatur. Metaphoricus autem sensus proprio, ut norunt omnes, sensu semper est aetate posterior. Nunc audiamus *Aristophanem*, cuius haec sunt verba Concion. v. 891. *Οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖσι πεπείροις.* Hinc lux alteri illius loco, ubi eadem metaphora *δρυπέτεις* appellantur, quas ibi *πεπείρους* vocat. Auctor *Athen.* lib. IV. p. 133. *Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Γήρᾳ φησίν· Ὦ πρεσβῦτα πότερα φιλεῖς τὰς δρυπέτεις Ἑταίρας, ἢ τὰς ὑποπαρθένους ἁλμάδας. Ἑταῖραι δρυπέτεις* sunt meretrices *aetate provectae* et ideo *maturae* seu *πέπειροι*, similitudine ducta a fructibus, qui ad maturitatem pervenerunt. Eiusmodi enim fructus proprie *πέπειροι* dicuntur, ut 121
constat ex his *Luciani* [Ver. Hist. 2, 41.] T. I. p. 775. [T. II. p. 134. v. 60.] *ὁ δὲ καρπὸς*, inquit, *ἦν σῦκα καὶ σταφύλαι μεγάλαι οὔπω πέπειροι. πέπειρος* igitur vox est Attica. *Aristophan.* enim et *Lucianus* in Atticorum scriptorum numerum ab omnibus reponuntur. SALLIER.

Δρυπέτης. In *Montefalconii* Biblioth. Coisl. legitur *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες. Δρυπετεῖς* dicuntur *fructus, qui immaturi in terram deciderunt*, ut *olivae*. *Hesychius: Δρυπετεῖς, ἀπὸ δένδρου πεπτωκυίας, ὠμάς.* ubi frustra homines docti coniiciunt *μὴ ὠμάς*. *Alciphron* lib. I. ep. 21. *Σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλ' ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς καὶ ὄψον, εἴποτε εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη, δρυπετεῖς ἢ φαυλίας.* ubi MS. *Vatican.* *δρυπέπεις.* Sic *μᾶζαι δρυπετεῖς* *Cratino* in Plutis apud *Athen.* lib. VI. p. 267. F. *μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπετεῖς κολλίοις τε κομῶσαι* (sic emendat pro *βώλοις* Cl. *Heringa*

Δεδιακόνηκα[7], *Ἀττικῶς*. *δεδιηκόνηκα*, *Ἑλληνικῶς*.

Obs. p. 175.), *placentae*, *quae ex arboribus sponte decidebant*. Male *Dalechampius olivas druppas* illic interpretatur. Quanquam non ignoro *Alexin* apud Athen. lib. II. p. 56. aliosque ibidem *δρυπετεῖς ἐλαίας* dixisse. Has *Lucianus* Lexiph. [13.] T. II. p. 336. l. 41. *ἐλαίας χαμαιπετεῖς* dixit. Cum hoc autem nomine adiectivo ubique librarii permiscuerunt alterum *δρυπέπης*, quod *fructum* notat, *qui in arbore maturuerit sole coctus, maturum*. Quod *Moeridi* pro *δρυπέτης* sive *δρυπετὴς* restituendum censet Cl. *Oudendorpius* ad *Th. M.* p. 251. Verissime. *Eustathius* et alibi, et ad Il. *B.* p. 160. l. 6. *καὶ τὸ πεπαίτερον, ὅπέρ ἐστιν ὡριμώτερον. Αἰσχύλος· Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων. ἔτι δὲ καὶ δρυπεπὴς, ποτὲ μὲν καταμόνας ἁπλῶς προφερομένη, ποτὲ δὲ κατὰ παράθεσιν. οἷον δρυπεπὴς ἐλαία ἢ Ἀττικῶς ἐλάα.* Optime *Kusterus* e MS. Paris. in *Suida* pro *δρυπέτης* reposuit: *Δρυπέπης. ὁ πέπειρος καρπὸς τῶν δένδρων. ἡ ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθεῖσα ἐλαία* (conf. not. ad *Poll.* lib. VI. sect. 45.). Atque ita in *Aristophanis* Lys. v. 564. *Ἐδεδίσκετο τὴν ἰσχαδόπωλιν, καὶ τὰς δρυπέτεις κατέπινεν.* *Scholiastes* veriorem ante oculos habuit lectionem *τὰς ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθείσας*, inquiens, *ἐλάας φασὶ δρυπέτεις*. Utroque loco castigandum *δρυπέπεις*. *Herodianus* Philetaero MS. [p. 437.] *Δρυπεκὴς, καρπὸς ὁ ὡραῖος.* Leg. *Δρυπέπης*. In *Aristophanis* loco a Cl. *Sallierio* adducto aliisque apud *Athen.* lib. II. p. 56. dubitari potest, scribendumne sit *δρυπετὴς* an *δρυπέπης*. [Negligentius itaque scripsit *Mueller* Aeginet. p. 187. not. *d.* utriusque vocabuli distinctionem Grammaticorum argutiis deberi.]

7. *Δεδιηκόνηκα*, *Ἀ.* *δεδιακόνηκα*, *Ἑλλ.*] Ita ex 122
Stephano de Dial. Gr. p. 37. et 153. In MS. *Δεδιακόνηκα*, *Ἀττικῶς*. *δεδιηκόνηκα*, *Ἑλλ.* Hudson.

Intoleranda haec est audacia et quaevis pro lubitu mutandi mala libido. *Δεδιακόνηκα*, *Ἀττικῶς*. *δεδιηκόνηκα*, *Ἑλλ.* omnes habent libri. Et quanquam Attici nonnunquam augmenta geminare solent, ut in *πεπαρῴνηκα* pro *πεπαροίνηκα*, *δεδιῴκηκα* pro *δεδιοίκηκα*, alia tamen iis in *διακονεῖν* placuit ratio. Schediasma *Veteris Grammatici*: *Πῶς δεῖ κλίνειν εἰς τοὺς παρατατικοὺς τὰ — ῥήματα*, Biblioth. Coislin. p. 499. *Διακονῶ, ἐδιακόνουν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ δεδιακόνηκα. οἱ δὲ κοινολεκτοῦντες, διηκόνουν.* Alius Grammaticus ibid. p. 482. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 88, 15.] *Δεδιακόνηκα, Δημοσθένης περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος.* Hoc quidem tempus in ista oratione non reperitur, sed *ἐδιακονήθησαν* statim in initio p. 706. C. [p. 1206. Reisk. p. 427, 2. Bekk.] Per $\bar{\eta}$ tamen Or. de Corona praef. nav. 716. B. [p. 1230. Reisk. p. 447, 7.

Δέω[8], *Ἀττικῶς. δεσμῶ,* *Ἑλληνικῶς.*
Δευσοποιοὶ[9], *Ἀττικῶς. βαφεῖς, κοινῶς. δευσοποιὸν δὲ τὸ δυσέκπλυτον.*

17. Ἐπίτροπος εἶναι δίκης] In MS. δίκας. Pro κακῆς ἐπιτροπῆς forsan κακοῖς ἐπιτρόποις et mox ἀγαθοῖς. HUDSON.

Ἐπίτροπος εἶναι δίκης. Lege: Ἐπιτροπῆς εἶναι δίκας. τὸ γὰρ κακῆς ἐπιτροπῆς ἀνόητον. Subintelligitur λέγουσιν aut λέγεται, ut in illis locis, quae per accusativum hic efferuntur, sine verbo. BERGLER. in marg.

In Coisl. et Reg. est ἐπιτροπερ, notante *Stoebero.* Dein δίκας, ut et in Leid. Ἀττικῶς, quod *Hudsonus* interseruerat, ignorant Codd. Verissimam *Bergleri* correctionem confirmat Collatio Gronoviana, ἐπιτροπῆς εἶναι δίκην, sive δίκας, ut in reliquis est 144
Codd. Attici simpliciter dicebant δίκην ἐπιτροπῆς, *actionem male administratae tutelae*, eo quod propter bene administratam nemo in ius vocetur. *Plato* de Legg. lib. XI. p. 973. D. [p. 928. C. St.] ἔστω δίκην λαχεῖν ἐπιτροπίας. *Lysias* in fragm. p. 628. [p. 402, 15. Bekk.] ὥσπερ νῦν οὗτός σοι ἐπιτροπῆς δικάζεται. *Demosthenes* in Aphob. III. p. 560. f. [p. 846. Reisk. p. 131, 6. Bekk.] δίκας ἔλαχον ἐπιτροπῆς p. 563. C. [p. 853. Reisk. p. 137, 30. Bekk.] in Onetor. I. p. 568. C. [p. 866. Reisk. p. 148, 8. Bekk.] adv. Nausim. p. 632. B. [p. 985. Reisk. p. 245, 4. Bekk.] *Isaeus* de Her. Apollod. p. 64. l. 19. [p. 85, 10. Bekk.] καὶ δίκας εἷλεν Εὔπολιν δύο, τὴν μὲν ἐπιτροπῆς, τὴν δὲ ἡμικληρίου. Similiter *Suidas* in Δημοσθένης p. 544. *Pollux* lib. VI. sect. 153. VIII. 31. 35. 89. X. 23. Κακῆς ἐκιτροπῆς adhibuit scriptor rerum, quam vocum Atticarum studiosior *Dionys.* *Halicarn.* in

Ἐξαληλιμμένον[18], ἀντὶ τοῦ κεχρισμένον, ὡς Θουκυδίδης.

Εὐλαβεῖσθαι[19], ἀντὶ τοῦ φυλάττεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, Ἀττικῶς. εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, Ἑλληνικῶς.

Lys. p. 88. l. 34. Isaeo p. 106. l. 26. ἐγκαλουμένῳ κακῆς ἐπιτροπῆς. Et *Scholiasta* Hermogenis in argumento orationis Lysiae contra Diogit. p. 504. ἐγράψατο Διογείτονα κακῆς ἐπιτροπῆς τῶν παίδων. In oratorum Atticorum scriptis nuspiam κακῆς additur. Quod si observasset *Taylorus*, Vir Doctissimus, titulum orationis *Lysiacae* contra Hippocratem p. 637. suspicatus non esset, fuisse κακῆς ἐπιτροπῆς, sed simpliciter ἐπιτροπῆς, ut est p. 635.

18. *Ἐξαληλιμμένον*] In MS. *Ἐξαλείμενον*, et mox *κεκρισμένον*. *Θουκυδ.* p. 158. Edit. Oxon. (p. 178. l. 87. lib. III. cap. 20.) Hudson. Vide *Mattair.* de Gr. L. Dialectis p. 50. Idem in *Addend.* Probavimus istam *Hudsoni* emendationem in Animadvv. ad *Welleri* Gramm. p. 183. [T. II. p. 309.] *Hesychius*: ἐξαληλιμμένος. — κεχρισμένος. Add. *Thom. M.* in ἀλήλιπται et *Phrynichus* p. 12. [p. 31. Lob.] Fischer.

Ὡς Θουκυδίδης, Ἀττικῶς. A nostro Codice abest vox Ἀττικῶς. Recte. *Moeris* enim id loci, ut alibi saepe, vocabulum *Thucydidi* vel *Platoni* peculiare interpretatur. Sallier.

Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. ἐξαλεμμένον. Leid. ἐξαλλεμμένον. Posset coniici ἐξηλειμμένον. Sed cum ipse *Thucydides*, tum *Hesychius* et *Suidas* *Hudsoni* coniecturam confirmant. Compositum ἐξαλείφεσθαι pro simplici ἀλείφεσθαι pari ratione apud LXX. Interpretes, ut Levit. XIV. v. 28. quo respexit Lexicon Octateuchi apud *Fabric.* B. G. T. X. p. 64. ubi leg. χρισθῆναι pro χρησθῆναι.

19. *Εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ*
φυλάττεσθαι, ὡς Δημο- 145
σθένης] In Cod. Coisl. is locus sic legitur: Εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φυλάττεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, Ἀττικῶς. εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, Ἑλληνικῶς. Atque eam lectionem alteri praestare ex *Thoma Mag.* perspectum est. Sallier.

Primum τοῦ ante φυλάττεσθαι e Coisl. et Reg. inserui. In Collat. Gronov. est Εὐλαβεῖσθαι. φυλάττεσθαι. Dein ἐν Φιλιππικοῖς ex Coisl. Reg. et Coll. Gronov. reposui. Reliqua e Coisl. et Coll. Schlaeg. Utitur hoc modo *Demosthenes* de Falsa Legat. p. 240. A. [p. 436. Reisk. p. 395, 296. Bekk.] et alibi saepe. Εὐλαβεῖσθαι et φυλάττεσθαι coniungit adv. Conon. p. 728. A. [p. 1258. Reisk. p. 470, 6. Bekk.] Similiter *Heliodorus* Aeth. lib. VII. [cap. 20.] p. 351. f. Εὐλαβήθητι καὶ μῆνιν ἐρωτικὴν, φύλαξαι καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑπεροψίας νεμεσητόν. ubi male interpres

Ἐξίλλειν[20], Ἀττικῶς. ἐξείργειν, Ἑλληνικῶς. ἐκβάλλειν, κοινῶς.

Εὐκαιρεῖν[21] οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνες δέ.

Ἐκρεμάννυεν[22], Ἀττικῶς. ἐκρέμνα, Ἑλληνικῶς.

Ἐλῶ[23], Ἀττικῶς. ἐλάσω, Ἑλληνικῶς.

verearis reddidit. Plura in re nota afferre nihil attinet. *Moeridis* locum ad Hebr. cap. V. v. 7. rectius omisisset Cl. *Wetstenius*. Plane enim est ἀπροσδιόνυσος.

20. Ἐξιλλεῖν] In MS. Ἐξίλλειν. Hudson.

Ἐξίλλειν. Nihil contra MSStorum auctoritatem debuerat mutari. Multiplex enim huius verbi forma fuit, ἐξέλλειν [ἐξείλλειν], ἐξίλλειν, ἐξειλεῖν etc. de quibus consulatur Cl. *Hemsterhusius* in nota ad Timaeum p. 52. [p. 71. sq.] In *Hesychio* scriptum: Ἐξιλλεῖν, ἀπείργειν, κωλύειν, κτείνειν, ἐκβάλλειν. ubi videndus *Albertius*. Sed pro κτείνειν legendum videtur κλείειν, ut Ἀπίλλειν, ἀποκλείειν. Verbum ἐξείλλειν vel ἐξίλλειν adhibuit *Demosthenes* Orat. adv. Pantaenet. p. 628. C. [p. 976. Reisk. p. 237, 35. Bekk.] Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος, ἐάν τις ἐξείλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας, ὑπόδικον ποιεῖ. Sed antiquatum verbum ex ipsa lege videtur derivatum, ut ἀπείλλειν apud *Lysiam* contra Theomn. p. 179. l. 3. [p. 117. Steph. p. 238, 17. Bekk.] ubi conf. *Taylorus*. Ἐξείργειν et ἐκβάλλειν apud scriptores Atticos frequenter occurrunt; est tamen apud *Platonem* locus in Gorgia p. 322. C. [p. 472. B. St.] ubi verbum ἐκβάλλειν rarius nostrum expulisse suspicamur: Ἐπιχειρεῖς ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ ἀληθοῦς. MSSti fortassis coniecturam nostram ἐξίλλειν comprobabunt. [Libri omnes adhuc collati in vulgata consentiunt]. — Κοινῶς e Coll. Gronov. pro κοινὸν scripsi; atque ita citat *Salmasius* de Hellenist. p. 55.

21. Εὐκαιρεῖν] In Coll. Gronov. est εὐκαίρως. Vulgatam confirmant *Suidas* v. Σχολάζειν, *Etymologus M.* p. 740. f. *Phrynichus* p. 50. [p. 125. Lob.] et 146
Thomas v. Σχολὴν ἄγω. ad quos conferendi Interpretes et *Wetstenius* ad Marc. cap. VI. v. 31.

22. Ἐκρεμάννυεν] Κρεμάννυμι cum compositis a scriptoribus Atticis frequenter usurpatur, uti vel e Lexicis notum. Ἐκρεμάννυεν a nobis nuspiam repertum est, praeterquam apud *Hesychium* v. Ἥρτα, ἐκρεμάννυεν. In Coisl. pro ἐκρέμνα scriptum est ἐκρίμνα, forte pro ἐκρήμνα. Vid. *Barnes.* ad Eurip. Electr. v. 1217. Coniici posset: Ἐκεράννυεν, Ἀττικῶς. ἐκίρνα, Ἑλλ. cui coniecturae maxime favet *Pollux* lib. VI. sect. 24. καὶ κεραννύναι καὶ ἐκεράννυ. το γὰρ ἐκίρνα καὶ κιρνάναι ποιητικώτερον. Sed nihil mutandum. Eadem enim in ἐκρεμάννυ et ἐκεράννυ est ratio.

23. Ἐλῶ — ἐλάσω] In MS. Ἐλάσσω. Hudson.

Ἐνώτια[24], Ἀττικῶς. ἐνώδια, Ἑλληνικῶς.
Εἰκάθοιμεν[25], Ἀττικῶς. εἴκοιμεν, Ἑλληνικῶς.

Sic et Leid. et Reg. in quo et Coisl. pro ἐλῶ est ἔλῶ cum spiritu aspero. Male. Ἐλῶ est apud *Xenoph.* Cyrop. lib. I. [cap. 4, 19.] p. 19. A. ubi margo habet ἐλάσω. ἐλᾷς *Aristoph.* Eq. v. 600. περιελῶ v. 290. ἐξελῶ v. 364. Ἐξελῶν *Euripid.* Phoen. v. 610. pro quo corrupte in *Philostrato* de V. A. lib. VI. cap. 23. ἐξελών. Similiter *Herodot.* lib. IV. cap. 148. ἐξελῶντα lib. V. cap. 63. πέμπουσι Ἀγχιμόλιον τὸν Ἀστέρος — ἐξελῶντα Πεισιστρατίδας ἐξ Ἀθηνέων. Libro III. cap. 59. male scriptum est ἐξελοῦντες pro ἐξελῶντες. οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελῶντες ἐκ τῆς νήσου. *Suidas*: Ἐλῶν ἐλάσας. Ἡρόδοτος. Lege Ἐλῶν, ἐλάσων. In Scholiis ad *Aeschyli* Eumen. v. 75. pro ἐλῶσι ἀντὶ τοῦ ἐλάσωσι, edendum fuerat ἐλάσουσι. Conf. supra *Διαβιβῶ.*

24. *Ἐνώτια, Ἀττικῶς*] Nullum huiusce vocis exemplum in Lexicis. Eam tamen reperias in *Platonis* testamento, cuius mentio fit apud *Laërtium* lib. III. [41. 12.] p. 79. τάδε, inquit, κατέλιπε Πλάτων — καὶ διέθετο δακτύλιον χρυσοῦν, καὶ ἐνώτιον χρυσοῦν ἄγοντα συνάμφω δ' δραχμὰς, ὀβόλους τρεῖς. *Platoni* comes addendus *Aelianus*, cuius haec sunt verba V. H. lib. I. cap. 18. ἐκ δὲ τῶν ὤτων αὐταῖς ἐνώτια μακρὰ ἀπεκρέμαντο. Quod autem uterque ἐνώτια appellat, illud ἐνώτιος κόσμος dicitur *Gregorio Nysseno* T. I. p. 223. Restat vox ἐνώδια, quae a *Moeride* tanquam minus Attica reiicitur, nobis revera nusquam 147
lecta. Illam tamen in usu fuisse persuadent haec *Etymologi*: Ἐνῴδια σὺν τῷ ι τὰ ἐνώτια, παρὰ τὸ ἐνοιδεῖν τὰ περὶ τὸν τόπον εὐθύτρητα ὄντα. οὕτως Ὠρίων ὁ Μιλήσιος. p. 345. l. 4. Sallier.

Ἐνώτια. *Aeschylus* apud *Pollux.* lib. X. sect. 175. Ἀμφωτίδες τοι τοῖς ἐνωτίοις πέλας. *Aelian.* H. A. lib. VIII. cap. 4. ἧπερ οὖν καὶ ἐνωτίοις καὶ ὁρμίσκοις διαλίθοις κεκόσμητο. Ad ἐνώδιον comparandus *Suidas* v. Ἐνόδιον. τὸ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Ἐνώδιον δὲ, τὸ ἐνώτιον παρὰ τὸ οἰδεῖν τὰ ὦτα. Unde *Etymologi* locus, quem Cl. *Sallierius* protulit, forte sic constituendus est: — παρὰ τὸ ἐνοιδεῖν τὰ ὦτα περὶ τὸν λοβὸν εὐθύτρητα ὄντα, vel εὔτρητα ὄντα, ut apud *Homerum* Il. Ξ. 182. Ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι. Conf. *Hesychius* in Τρητοὶ λοβοί. *Aures bene foratas* dixit *Cicero* apud *Macrob.* lib. VII. cap. 3.

25. *Εἰκάθοιμεν, Ἀ. εἴκοιμεν, Ἑ.*] In MS. Οἴκοιμεν. Fuit cum mallem: Εἰκάζομεν, Ἀττ. ὁμοιοῦμεν, Ἑλλ. Hudson. Sed non necesse est, ut quidquam mutetur, quum εἰκάθειν exquisitius verbum, ut διωκάθειν supra, sit, quam ut profectum a librariis queat videri, et ὁμοιοῦμεν ab εἴκομεν nimis sit diversum. Accedit auctoritas glossarum, quae

Εἰσῆχεν[26], *Ἀττικῶς εἰσαγήοχεν*, *Ἑλληνικῶς.*
Εἴξασιν[27], *Ἀττικῶς. ἐοίκασιν*, *Ἑλληνικῶς.*
Εἰκὼς[28], *Ἀττικῶς. ἐοικὼς*, *Ἑλληνικῶς.*

apud *Suidam* sunt: *εἰκάθειν. εἴκειν, κατὰ παραγωγήν*: et *εἰκάθειν· ὑποχωρεῖν, ὑπείκειν.* Fischer.

Εἴκοιμεν. Ita Codex Coisl. Nec aliter legi debet. *Εἴκω* enim et *εἰκάθω* unum et idem significant. Sallier.

Leidensis *εἴκοιμεν.* Ceteri MS. recte *εἴκοιμεν. Hesychius: Εἰκαθέσοιμεν, παραχωρήσαιμεν.* Recte Viri Docti castigant *Εἰκάθοιμεν*, nisi e poëta Jonico fuerit derivatum. Ita enim *Oppianus* Hal. lib. V. v. 500. *ὑπεικαθέων* dixit. Quod confert in nota Celeberrimus Editor: *Βεικάσθων* vel *Βεικάθων, κατ' ὀλίγον προβάς.* depravatum est ex *Βιβάσθων.* Vide supra *Διωκάθειν.*

26. *Εἰσῆχεν*] In MS. *εἰσῆχθεν.* Vid. *Mich. Metarius* de Dial. Gr. p. 50. Hudson.

Sic et Leid. Reliqui recte. Vid. *Phrynichus* p. 46. [p. 121. Lob.] et *Thomas M.* Conferendus *D'Orvillius* ad Charit. p. 481. [p. 494. ed. Lips.] *Εἰσαγηοχότας* tamen legitur apud *Demosth.* de Cor. p. 318. B. [p. 238. Reisk. p. 213, 39. Bekk.] *καταγήοχεν* p. 323. A. [p. 249. Reisk. p. 222, 73. Bekk.] Alterum rarius ac propterea *ἄχρηστον* dixit *Moschopulus Π. Σ.* p. 187.

27. *Εἶξαν*] In MS. *Εἶξας.* Hudson.

Lege *Εἴξασιν. Plato* Politico: *πολλοὶ μὲν γὰρ λέουσι τῶν ἀνδρῶν εἴξασι καὶ κενταύροις.* p. 291. A. T. II. Opp. [ed. St.] Occurrit et p. 305. E. l. 1. in eodem Politico. Bergler. in marg.

Εἶξας Coisl. et Reg. Coll. Gron. *ἐείξας.* Leid. Pro *ἐοίκασιν.* Coll. Gron. *ἐοίκασας.* Certissimam 148 *Bergleri* emendationem, quae Cl. *Ruhnkenium* ad Tim. v. [p. 98.] non fugit, in textum recipere non dubitavi. *Aristoph.* Nub. v. 340. 342. aliique a *Ruhnkenio* laudati. *Εἴκασι* legitur in *Cratini* fragmento e Seriphiis apud *Hesych.* v. *Ἀΐδρυτον κακόν. Εἴκασι φεύγοντες γ' ἀΐδρυτον κακόν.* quae vox *Kustero* aliisque frustra fuit suspecta.

28. *Εἰκώς — ἐοικώς*] Vide *Thomam Magistr.* in voce *ἀπεικότως.* Hudson.

Εἰκώς. Aristoph. Av. v. 698. *εἰκότας* Vesp. v. 1312. *προσεικέναι* Eccl. v. 1154. Semel legibus metricis coactus *ἐοικὼς* posuit Vesp. v. 1404. *Ἐοικέναι* in *Euripidis* fragm. ex Antigona apud *Stobaeum* Flor. Grot. p. 355. *Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας ἐοικέναι.* Sed rectius sublato anapaesto scribetur *εἰκέναι.* In *Sophoclis* autem fragmento ibid. p. 395. *Ὡς οὐδὲν ἐσμὲν, πλὴν σκιαῖς εἰκότες*, aeque facile erit reponere *σκιαῖσιν* (*ιν* enim signo quodam superscriptum fuit, ut modo in *εἶξας*), quam cum *Grotio ἐοικότες.* Levia haec sunt, fateor: sed in Grammaticis aliquando *λεπτολογητέον.*

Ἐπιμέλου[29], παροξυτόνως, Ἀττικῶς. περισπωμένως, Ἑλληνικῶς.

Ἐπαίσαμεν[30], Ἀττικῶς. ἐπαίξαμεν, Ἑλληνικῶς.

Ἔζην[31], Ἀττικῶς. ἔζων, Ἑλληνικῶς.

Ἐκληρονόμησε[32] τῆς οὐσίας, Ἀττικῶς. ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν, Ἑλληνικῶς.

Ἐπιτροπεῦσαι[33] τὸν παῖδα, Ἀττικῶς. ἐπιτροπεῦσαι τοῦ παιδὸς, Ἑλληνικῶς.

29. *Ἐπιμέλου*] *Thomas Mag.* Ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι.

30. *Ἐπαίσαμεν*] Vide *Hesychium* v. *Παῖσαι*, et *Phrynichum* p. 38. (102.) [p. 240. Lob.] Hudson. Infra *Παῖσαι*. Conf. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. p. 390. *Ruhnken.* ad Tim. p. 158. [p. 222.] *Hesychius*: *Παραπείσῃ, παραπαίξῃ.* Leg. *Παραπαίσῃ.*

31. *Ἔζην*] Ἔζων, οὐκ ἔζην, ὡς οἴονταί τινες. *Thomas Magist.* Vide et *Phrynichum* [p. 457. Lob.] Hudson.

Ἔζην. Lege ex *Herodiano* et *Thoma Mag.* Ἔζων, Ἀττικῶς. ἔζην, Ἑλληνικῶς. Sallier.

Ἔζην. *Etymologus* p. 413. l. 8. Ἔζην. Κἀγώ γ᾽ ἂν ἔζην, καὶ σὺ τὸν λοιπὸν χρόνον. ὤφειλεν εἶναι ἔζων. κοινῶς μὲν ἔζας, ἔζα. οἱ Δωριεῖς δὲ τὸ α εἰς η συναιροῦσιν, ἔζαες, ἔζης λέγοντες, καὶ ἔζαε, ἔζη. πλάνης οὖν γινομένης ἐγένετο πρῶτον πρόσωπον ἔζην, προσθέσει τοῦ ν, ἀπὸ τοῦ τρίτου προσώπου. Ultima cassa nuce non
149 redemerim. Est enim ἔζην imperfectum a veteri verbo ζημὶ [ζῆμι], unde et ζῇ, ζῆθι, ut a φημὶ, ἔφην, a τίθημι, ἐτίθην. Sed versus, quem citat *Etymologus*, *Euripidis* est Alcest. 651. [667. coll. v. 306.] ubi librarii sibi notiorem formam ἔζων reposuerunt: Κἀγώ τ᾽ ἂν ἔζων, χ᾽ ἥδε, τὸν λοιπὸν χρόνον. Quale flagitium alibi etiam saepe videntur commisisse homines illiterati.

32. *Ἐκληρονόμησε*] In MS. Ἐκκληρονόμησε. Hudson. *Κληρονομεῖν τῆς οὐσίας* est apud *Isocrat.* ad Demonic. init. Fischer.

Similiter Leidensis. In reliquis bene. Pro altero ἐκληρονόμησε Coll. Schl. habet ἐκλαρονόμησε. Consentiunt *Moeridi Phrynichus* p. 52. [p. 129. Lob.] *Thomas M.* v. *Κληρονομῶ*. *Isaeus* de Hered. Nicostr. p. 47. l. 10. [ed. Steph. p. 48, 7. Bekk.] κληρονομήσων τῆς οὐσίας. cui multa e *Demosthene* exempla adiici possent. *Demosthenem* alibi semper imitatus *Libanius* semel cum accusat. habet Opp. T. I. p. 806. C. nisi is locus levi manu corrigendus sit. Conf. Interpretes ad *Thomam* et *Wetstenius* ad Matth. cap. V. v. 5.

33. *Ἐπιτροπεῦσαι τὸν παῖδα*] Sic *Thucydides* lib. I. cap. 73. p. 85. l. 12. *Demosth.* pro Phorm. p. 601. A. [p. 946. Reisk. p. 212, 8. Bekk.] τὸν δὲ

Εὔμορφον[34] *παρ' οὐδενὶ εὗρον, ἀλλ' εὐπρεπῆ. εὐμορφίαν παρὰ Πλάτωνι ἐν Νόμοις καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· σπάνιον δέ.*

Ἐπιτίμιον[35], *Ἀττικῶς. πρόστιμον, Ἑλληνικῶς.*

Ἐπιτεθυμμένον[36], *Ἀττικῶς. ἐπιτετυφωμένον ἢ ἐπικεκαυμένον, Ἑλληνικῶς.*

παῖδα ἐπετρόπευεν. *Plato* Protag. p. 223. D. [p. 320. A. St.] Cum genit. adhibuit *Herodot.* lib. I. cap. 55. Vid. *Thomas M.* et not.

34. *Εὔμορφον*] Eam vocem *Moeris* in veterum scriptis sibi visam non esse tradit. Occurrit tamen apud *Aeschylum* Agam. v. 425. Εὐμόρφων γὰρ κολόσσων, Ἔχθεται χάρις τ' ἀνδρί. ibid. v. 463. Οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος Θήκας Ἰλιάδος γᾶς Εὔμορφοι κατέχουσιν. Addit idem ille Grammaticus nomen εὐμορφία, a nemine, si *Platonem* et *Xenophontem* excipias, usurpatum. Quam recte, ostendunt haec *Euripidae* Androm. v. 278. Τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων Ἄγων, τὸ καλλίζυγες Ἔριδι στυγερᾷ Κεκορυθμένον εὐμορφίας. Ean-
150 dem vocem reperias Troas. v. 936. Ἃ δ' εὐτύχησεν Ἑλλας, ὠλόμην ἐγὼ Εὐμορφίᾳ πραθεῖσα, κὠνειδίζομαι. SALLIER.

Εὔμορφον. Εὐμορφίαν e Coll. Gronov. praetuli pro εὐμορφία. Dein illa Coll. ἐν νόμοις male omittit. et pro σπάνιον praebet σπανίως. Loca *Platonis* sunt Legg. lib. IV. p. 831. F. [p. 716. A. St.] lib. V. p. 850. C. [p. 744. B. St.] Similiter Conviv. p. 1204. D. [p. 218. E. St.] *Xenophontis* Conviv. [cap. 8, 6.] p. 894. E. quibus addi potest *Euripides* Cyclop. v. 316. — λόγων εὐμορφίαι. Adiectivo εὔμορφος praeter *Aeschylum* locis a *Sallierio* et aliis ad *Thomam* citatis qui usus sit, e veteribus novi neminem. In *Platone* certe, quem illud adhibuisse ad Chariton. p. 15. [p. 206. ed. Lips.] scribit *D'Orvillius*, non reperi. Εὐπρεπὴς ubique occurrit et saepe cum εὐτρεπὴς confunditur; de qua permutatione alio fortassis loco dicemus.

35. *Ἐπιτίμιον, Ἀ. πρόστιμον, Ἑλληνικῶς*] Parum igitur Attice loquitur *Lucianus*, cum scribit [Gymnas. 21.] T. II. p. 404. [T. II. p. 903. v. 4.] εἰπέ μοι, ὦ Σόλων, πρὸς δὲ δὴ τοὺς τὰ ἀναγκαιότατα μὴ λέγοντας ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλὰ ἀποσιωπῶντας, οὐδὲν τῇ βουλῇ πρόστιμον ἐπινενόηται. Eam vocem alibi ab eodem scriptore usurpatam reperias. SALLIER.

Ἐπιτίμιον. Vox frequenter usurpata *Demostheni*, *Aeschini*, *Lycurgo*, aliis. Quare in *Polluce* lib. VIII. sect. 21. pro προστίμημα, ἐπιτίμημα, καὶ ὡς Ἀντιφῶν, ἐπιτίμιον. MStorum lectionem praeferendam censeo: προστίμημα ὡς Ἀντιφῶν, ἐπιτίμιον. Conf. *Hesychius* v. et notae.

36. *Ἐπιτεθυμμένον.* —

Ἑταιρίστριαι[37], Ἀττικῶς. τριβάδες, Ἑλληνικῶς. Ἐθελέχθρως[38], Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν.

ἐπικαώμενον] In MS. ἐπικαωμένον. *Hesychio* ἐκκεκαυμένον. Hudson.

Ἐπιτ. — ἢ ἐπικαώμενον. In Cod. Coisl. legitur ἐπικεκαυμένον. Recte, ut ostendunt haec *Hesychii*: Ἐπιτεθυμένων, ἐκκεκαυμένων. Paucis vero interiectis: Ἐπιτετυφωμένον, ἐπικεκαυμένον. Vide quoque *Suidam*. Sallier.

Ἐπιτεθυμμένον. Ita omnes libri mei. Male *Hudsoni* editio per simplex μ ἐπιτεθυμένον. Dein Coisl. Reg. et Coll. Schl. ἐπικεκαυμένον. Leid. ut Huds. Respicit *Moeris* ad *Platonis* locum Phaedr. p. 1211. C. [p. 230. A. St.] θηρίον ὢν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλ-
151 λον ἐπιτεθυμμένον. quem locum alii etiam Grammatici explicuerunt, ut *Hesychius* v. et in Ἀποτεθυμμένοι (ubi consul. ὁ πάνυ *Hemsterhusius*), *Timaeus* v. Τεθυμμένον, ubi vide Cl. Editorem. Ἐπιτύφεται apud *Philostr.* Imagg. lib. II. cap. 30. Adde Cel. *Valckenaer.* ad Schol. in Eurip. Phoenissas v. 1161.

37. Ἑταιρίστριαι] *Plato* Sympos. p. 1186. E. [p. 191. E. St.] e quo loco feliciter *Hesychium* v. Διεταρίστριαι castigavit Politissimus *Ruhnkenius* ad Timaeum v. qui conferri meretur. Emendandus hac occasione *Lucianus* Amor. [28.] T. II. p. 429. l. 95. καὶ πόσῳ κρεῖττον εἰς ἄῤῥενα τρυφὴν βιάζεσθαι γυναῖκα, ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν εἰς γυναῖκα θηλύνεσθαι. Pro τρυφὴν reponendum e Scholiis τριβὴν, pro quo in aliis τρυβὴν proxime ad corruptam accedit lectionem. Male ista verba alio fuerunt relata. Alia prudens omitto.

38. Ἐθελέχθρως] In MS. Ἐθελεχθρῶν. dein Ἀπομνημόνευμα. Mihi libros Ἀπομνημονευμάτων evolventi vox ista non occurrebat. Hudson.

Ἐθελέχθρως. Cod. Coisl. habet Ἐθελέχθρων. Melius forte Ἐθέλεχθρος, qua voce *Cratinum* usum esse auctor est *Pollux* lib. III. sect. 64. Legitur et apud *Philonem* [de merc. meretr. fin. p. 269. ed. Mang.] p. 669. Sallier.

Ἐθελέχθρων. Coisl. Leid. Gronov. Coll. et Schl. Regius Ἐθελέχθρως. In ordine Cod. Coisl. quem Cl. *Ruhnkenio* debeo, Ἐθέλεχθρος, uti forte legendum, vel Ἐθέλεχθρον. Ἀπομνημόνευμα Leid. Reliqui videntur plene scriptum proferre. Ἐθελέχθρως occurrit apud *Demosthen.* Or. adv. Boeotum p. 640. B. [p. 1005. Reisk. p. 262, 36. Bekk.] μηδαμῶς μὴ ἔχε οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἐθελέχθρως. et *Aristidem* Opp. T. I. p. 527. ἐθελέχθρως καὶ φιλονείκως. In *Xenophontis* Memorabilibus diu hanc vocem obliterarunt librarii, quam sola ope coniecturali restituere difficillimum est. Bina tamen excitabo loca, in quorum alterutro olim lectam fuisse non improbabile est. Prior locus est lib. II. [cap. 6, 18.] p. 751. Δ. Ἀλλὰ καὶ πόλεις αἱ

Εἰς[39] *τρίτην ἡμέραν, Ἀττικῶς. εἰς τρίτην καθ' ἑαυτὸ μόνον, Ἑλληνικῶς.*

τῶν τε καλῶν μάλιστα ἐπιμελούμεναι, καὶ τὰ αἰσχρὰ ἥκιστα προσιέμεναι, πολλάκις πολεμικῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας. Pro πολεμικῶς si reponamus ἐθελέχθρως, eadem erit constructionis ratio, quae apud *Demosthenem*. Alter locus est lib. III. [cap. 5, 2.] p. 768. A. *Βοιωτῶν μὲν γὰρ πολλοὶ πλεονεκτούμενοι ὑπὸ Θηβαίων, δυσμενῶς αὐτοῖς ἔχουσιν.*
152 Est et tertius lib. III. [cap. 10, 4.] p. 781. B. ubi ἔχθρως βλέπειν legitur. Sed is huc pertinere non videtur. Verum si ἐθέλεχθρος a *Moeride* fuerit scriptum, sponte hae coniecturae dilabuntur. Quare ἐπέχω.

39. *Εἰς τρίτην ἡμέραν, Ἑλληνικῶς*] Ita rescripsi ex *Thoma Magistro* et *Stephano* de Dialectis Gr. p. 111. In MS. Ἀττικῶς, et mox Ἑλληνικῶς. Hudson. Sed vid. *Georgius* Hierocrit. P. I. p. 137. Fischer.

Erravit *Thomas* secumque in errorem traxit Politissimum *Graevium* ad Luciani Soloecist. [7.] T. III. p. 570. Recte *Moeris*: Εἰς τρίτην ἡμέραν, Ἀττικῶς. εἰς τρίτην καθ' ἑαυτὸ μόνον, Ἑλληνικῶς: in qua scriptura nihil variant Codices scripti. *Aristophanes* Lysistr. v. 613. Ἀλλ' ἐς τρίτην γ' οὖν ἡμέραν πρῲ πάνυ. *Plato* Hippia Mai. p. 1248. E. [p. 286. B. St.] *Xenophon* Cyrop. lib. III. [cap. 1, 24.] p. 70. C. qui tamen lib. V. [cap. 5, 14.] p. 129. C. εἰς τρίτην habet. Plene *Herodotus* lib. V. cap. 49. f. ἐς τρίτην ἡμέρην. *Lucianus* D. D. [10, 1.] T. I. p. 229. l. 80. Toxar. [58. extr.] T. II. p. 563. bis. *Aristides* T. I. Opp. p. 296. l. 5. a fine. Quorum locorum nonnulla ad *Thomam* refellendum iam protulerunt homines eruditi. Similiter εἰς ἡμέραν ὡσπερεὶ τετάρτην ἢ πέμπτην, *Demosthen.* [in Mid.] p. 396. B. [p. 539. Reisk. p. 485, 78. Bekk.] εἰς τριακόστην ἡμέραν, *Xenophon* Cyrop. lib. V. [cap. 3, 4.] p. 126. C. *Apollodor.* lib. II. p. 109. l. 5. ed. F. εἰς ἑξηκόστην ἡμέρην, *Herodot.* lib. VI. cap. 126. εἰς ἑβδόμην ἡμέραν, *Plutarchus* [Cons. ad Apoll.] p. 109. A. Conf. *Pollux* lib. I. sect. 61. Elliptica autem loquendi forma εἰς τρίτην placuit *Euripidae* Alcest. v. 323. *Anaxandridae* apud Athen. p. 263. C. *Menandro* Ὀργ. v. 20. (qui et εἰς τὴν ἑβδόμην dixit apud *Ammonium* p. 67.) *Dioni Chrysost.* p. 114. D. *Synesio* Enc. Calv. p. 73. *Alciphr.* lib. II. ep. 1. p. 200. et lib. III. ep. ult. nam pro εἰς τὴν ἕω Codex *D'Orvill.* habet εἰς τὴν τρίτην, nisi cum Viro Cl. ad Char. p. 146. [p. 288. ed. Lips.] legendum sit εἰς ἔνην. Conf. Idem p. 171. [p. 304. ed. Lips.] Sed inprimis Grammaticis haec elliptica dicendi ratio arrisit. *Athen.* lib. III. p. 100. B. αὔριον δὲ ἢ ἔννηφι. τὸ γὰρ εἰς τρίτην Ἡσίοδος εἴρηκεν οὕτως. *Scholiasta* Aristoph. ad Acharn. v. 171. εἰς ἔνην interpretatur εἰς τρίτην. Videndus etiam *Hesychius* in Ἔναρ. Ἔνας. Εἰς ἔνην. Καί τοιγε καὶ

Εἰς Διονυσίου[40], Ἀττικῶς. πρὸς Διονύσιον, Ἑλληνικῶς.

Ἑτερόφθαλμον[41], Ἀττικῶς. μονόφθαλμον, Ἑλληνικῶς.

τοὺς εἰς ἔνην (sic leg. pro ἔρης). Νῆς. et Ἐπέναρ, et Ὑπένες, ubi est εἰς τετάρτην. Semel plene posuit v. Ἐσένας. εἰς τρίτην ἡμέ-
153 ραν. Διὰ τρίτης dixere *Aelian.* H. A. lib. IV. cap. 57. et *Heliodor.* lib. I. [cap. 8.] p. 16. l. 5. ubi male Interpres reddit *tertia vice.*

40. Εἰς Διονυσίου] Similiter *Hesychius:* Εἰς Διονυσίου. πρὸς Διονύσιον. Ita fere εἰς Ἀσκληπιοῦ *Aristoph.* Plut. v. 621. ἐς Τροφωνίου Nub. v. 508. ubi notat *Spanhemius. Berglerus* in marg. coniecerat Εἰς Διονύσιον, de qua loquendi ratione ipse notat ad *Alciphr.* p. 21. et 319. *L. Bos* Animadvv. Critt. p. 425. *Albertius* Obss. Philolog. p. 254. alii. Sed nihil mutandum. [Fugit viros doctos locus *Platonis*, quem aperte respexit grammaticus, in Erast. init. Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματικοῦ εἰσῆλθον.]

41. Ἑτερόφθαλμος, Ἀ. μονόφθαλμος, Ἑ.] Reprehendendus igitur *Lucianus*, a quo hocce adiectivum usurpatur [Macrob. 11.] T. II. p. 636. [T. III. p. 216. v. 41.] Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου, τοῦ μονοφθάλμου. Ibi de Antigono illo potentissimo rege sermo est, qui casu alterum oculum amisisse fertur. Quam ob rem non sunt audiendi Grammatici, quorum indicio si standum est, is ἑτερόφθαλμος appellari debuit, cum μονόφθαλμος illos tantum dici contendant, quibus unicum oculum natura dederit. Sic *Ammonius:* Ἑτερόφθαλμος καὶ μονόφθαλμος διαφέρουσιν. ἑτερόφθαλμος γὰρ ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν. μονόφθαλμος δὲ, ὁ μόνον ὄφθαλμον ἔχων, ὡς Κυκλώψ. Verum quam incerta sit haec illorum lex, praeter *Lucianum* ostendit *Artemidorus* [Oneirocr. V. 54. p. 261. ed. Rigalt.] p. 30. ἔδοξέ τις, inquit, τὸν ἕτερον τῶν ὤμων ἰδεῖν βουλόμενος μὴ δύνασθαι, μονόφθαλμος ἐγένετο. Sallier.

Ἑτερόφθαλμον. Ita Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gron. pro Ἑτερόφθαλμος, μονόφθαλμος. Cum *Moeride* consentiunt *Hesychius* et *Photius* Cel. *Albertio* laudatus. Veteres eum, *qui casu alterutrum oculum amiserat*, dicebant ἑτερόφθαλμον, qui *natura* tantum *unicum habebat*, μονόφθαλμον, ut ad *Ammonium* docuit *Valckenaer.* Vir Celeb. Animadvv. lib. II. cap. 1. Comparandi Interpretes ad *Phrynichum* p. 54. [p. 136. Lob.] ad *Thomam M.* p. 578. et *D'Orvillius* ad *Chariton.* p. 621. [p. 580. sqq. ed. Lips.] Eleganter *Aristides* Opp. T. I. p. 425. Graeciam dixit ἑτερόφθαλμον, respectu Athenarum et Lacedaemonis, duorum Graeciae ocellorum. A reli-

'Ετετάχατο[42], 'Αττικῶς. τεταγμένοι ἦσαν, Ἑλληνικῶς.

quis Atticistis non dissentit *Moe-*
154 *ris* adeoque ab omni errore immunis est. Recentiores autem Graeci saepe hanc legem migrarunt, ut in exemplis a *Wetstenio* ad Matth. cap. XVIII. v. 9. et *Wittero* ad Thomam allatis videre licet. Lubet unicum *Apollodori* locum apponere, ut a levi menda, quam non perspexerunt homines eruditi, liberetur. Lib. II. cap. 7. sect. 3. p. 143. (155. Fabr.) πριτυγχάνουσιν 'Οξύλῳ τοῦ 'Ανδραίμονος, ἐφ' ἵππου καθημένῳ μονοφθάλμῳ. τὸν γὰρ ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐκέκοπτο τόξῳ. Recte *Galeus* animadvertit verbum ἐκκόπτεσθαι hac in re proprium requiri (vid. *Thomam* p. 323.), sed ἐκκόπτετο, quod reponebat, huc non convenit et potest minore mutatione plusquam perfectum reponi ἐκκέκοπτο. Nimirum augmentum fuit omissum et errori ansam dedit; de quo augmenti neglectu praeter alios notarunt *Albertius* Obss. Philolog. p. 65. et *Hemsterhusius* Obss. Miscell. Vol. IV. p. 291. qui omnino consuli merentur. In *Heliodoro* lib. VIII. [cap. 2.] p. 375. pro ἐνεπεπλήκει Codex apud *D'Orvill.* ad Charit. p. 481. [p. 493. ed. Lips.] praebet ἐνπεπλήκει. Emendandus etiam e MS. Cantabrig. *Polyaenus* lib. II. cap. 11. sect. 5. εἰ Λακεδαιμονίους ἀναστάτους πεποιήκειμεν, ἔφη, νῦν ἔχρην πᾶσιν ἂν τούτοις μάχεσθαι, *si Lacedaemonios penitus excidissemus, inquit, iam nunc cum his omnibus pugnandum esset.* Male editur πεποιήκαμεν, quod Interpretem fefellit. Lib. IV. etiam cap. 111. sect. 24. pro πριεβέβληντο e Cod. Flor. restituendum πριβέβληντο.

42. 'Ετετάχαντο] In MS. τετάχατο. HUDSON.

MS. bene. BERGLER. in marg. Lege ἐτετάχατο. GESNER. in litt. ad Schlaeg. Cod. Coisl. ἐτετάχατο, idque rectius. SALLIER.

'Ετετάχατο. Sic Coisl. Reg. Coll. Gronov. Schlaeger. Leidensis, ut Huds. τετάχατο, cui lectioni, licet alias defendi posset, litterarum series adversatur. Utitur praeter *Herodotum Thucydides* lib. V. cap. 6. p. 321. l. 25. et lib. VII. [cap. 4.] p. 469. l. 53. quo *Moerin* respexisse coniicit Vir Doctus Obss. Miscell. Vol. III. p. 307. qui simul vitiosum ἐτετάχαντο corrigendum monuit. Τετάχατο occurrit apud *Lucianum* Ver. Hist. [1, 13.] T. II. p. 80. l. 51. Conf. *Mattair.* de Dial. Gr. p. 354. *Hesychii* Glossae variis maculis defoedatae sunt.
'Ετετάχαντο, τετραμμένοι ἦσαν, 155
ἢ τεταγμένοι. 'Ετετάχοντο ὁμοίως. 'Ετετεύχατο, πεποίηκεν. Quas ita castigarunt insignes duumviri, *Kusterus* et *Albertius*: 'Ετετάχατο, τεταγμένοι ἦσαν. 'Ετετάχοντο ὁμοίως. 'Ετετεύχατο, πεποιημένοι ἦσαν. Sed 'Ετετάχοντο, quod e diversa lectione etiam fluxisse videtur, debuerat deleri et scribi: 'Ετετεύχατο ὁμοίως, πεποιημένοι ἦσαν.

Ἐμπολὴ[43], τὰ φορτία, Ἀττικῶς, ὡς Ἀριστοφάνης· τὴν ἐμπολὴν οὕτως ὅπως ἂν μὴ φέρων κατάξῃ. τὸ δὲ ἐκ τῶν φορτίων συνειλεγμένον, Ἑλληνικῶς.

Ἐμπολήσαντες[44], Ἀττικῶς, ὠνήσαντες, Ἑλληνικῶς.

43. Ἐμπολαί] In MS. ἐμπολεῖ. *Aristophan.* Acharn. v. 936. τὴν ἐμπολὴν (οὕτως) ὅπως (ἂν) μὴ φέρων κατάξῃ. In MS. [pro μὴ est] μὲν et mox κατάξει. Denique in MS. συνελλεγμένον. Hudson.

Ἐμπολήν. Lectionis diversitates, quae se in Oxon. Cod. offerunt, in nostro quoque reperiuntur. Clariss. autem *Hudsono Moeridis* locum emendanti non possumus non assentiri. Sallier.

Ἐμπολή. Leid. ἐμπολεῖ. Coisl. Reg. Coll. Gronov. ἐμπολῇ, quod accentu mutato rectum est. Dein Ἀττικῶς abest a Coll. Schl. Male. Versus autem *Aristophanis*, quos cum *Hudsono* e Comico emendandos putavi, ita in Coisl. et Leid. et Coll. Schl. leguntur: τὴν ἐμπολὴν ὅπως μὲν φέρων κ. In R. et Gron. Coll. — ὅπως μὴ καὶ φέρων κατάξει. Coisl. et Coll. Schl. κατάξῃ. Συνειλεγμένον Coisl. Reg. Coll. Schl. Usi sunt hoc loco *Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 1156. et *Salmasius* Obss. ad Jus Attic. p. 164. et 526. utroque loco e memoria citans, cum quadam varietate, quam describere operae pretium non est. *Moeridis* scrinia expilasse videtur *Moschopulus* Π. Σ. p. 157. Ἐμπολή, τὰ φορτία παρ' Ἀττικοῖς· παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὸ ἐκ τῶν φορτίων συνειλεγμένον. Pro φορτίοις, *mercibus*, usus est *Xenophon* Hist. Gr. lib. V. [cap. 1, 20.] p. 548. C. l. a *Soping.* ad *Hesych.* cit. *Euripides* apud *Hesychium* in Αἰγυπτία ἐμπολή. *Sophocles* apud *Stobaeum* Flor. Grot. Tit. LIX. p. 225. ἐμπολὰς μακράς. In *Euripidis* Cyclope v. 253. quem ad *Hesych.* protulit *Abreschius* Vir Cl. Ἡμεῖς βορᾶς χρήζοντες ἐμπολὴν λαβεῖν Σῶν ἄσσον ἄντρων ἤλθομεν νεὼς ἄπω. fortasse rectius scribetur: Ἡμεῖς βορὰν χρήζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν, *nos cupientes cibum pro mercibus accipere, emere.* Notissima haec est praepositionis ἀντὶ ellipsis, quam v. 255. addidit poëta: Τοὺς δ' ἄρνας ἡμῖν οὗτος ἀντ' 156
οἴνου σκύφου Ἀπημπόλα. Sic βορὰν ὀδῆσαι v. 98. σῖτον v. 133. conf. v. 138. Pro *pecunia* sive ἀργυρεᾷ ἀλλαγῇ poni videtur in *Euripidis* Iphig. Taur. v. 1111. Ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς Νόστον βάρβαρον ἦλθον. Pro *lucro* apud *Dionem Chrysostom.* Or. LXXVII. φέρε, πορνοβοσκῷ δὲ οὐ κερδαλεώτερόν τε καὶ ἄμεινον, πρὸς τὴν ἐμπολὴν, μόνον ἔχειν τοῦτο τὸ ὄνειδος. Conf. *Abreschius* ad Hesychium v. et modo laudati magni duumviri, *Salmasius* et *Spanhemius.*

44. Ἐμπολήσαντες] Hanc glossam in *Hudsoni* editione typothetarum nescio an ipsius incuria omissam e Codd. Coisl. Coll. Schl. et Leid. qui e Pricaeano de-

Ἐπισίξας[45], Ἀττικῶς. ἐπιστίξας, Ἑλληνικῶς.

scriptus est, restituimus: quam e MS. etiam protulerat Illustris *Spanhemius* l. c. Verbum ἐμπολᾶν duplici *vendendi* et *emendi* significatu in veterum scriptis occurrit. Priore *vendendi* notione legitur in *Aristoph.* Vesp. v. 442. Pac. v. 447. 1200. Thesmoph. v. 459. *Sophocles* Antigon. v. 1075. Ὥς μ' ἠμπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα. sensu figurato. Id. Trachin. v. 254. *Emendi* vero significatu adhibetur ab *Aristophane* Pac. v. 366. 562. quo *Moeridis* nota referenda videtur: Ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν εἰς ἄγρον ταρίχιον. *Scholiastes* ad v. 447. Ἵν' ἐμπολᾷ βελτίον. συνηθῶς δὲ νῦν τὸ ἐμπολᾷ. ἀντὶ τοῦ πωλῇ. πολλάκις δὲ ἐπὶ τοῦ ἀγοράζειν. ὡς ἑξῆς. Ἐμπολήσαντες τ. χ. Similiter *Sophocles* Oedip. Tyr. v. 1044. *Lucianus* Lexiph. [3.] T. II. p. 324. l. 70. Dein pro *negotiari*, ut in *Sophocl.* Antig. v. 1049. et *lucrum facere* poni coepit. *Sophocles* Trach. v. 93. κέρδος ἐμπολᾷ. Philoctet. v. 315. Ἐξεμπολήσει κέρδος. *Aeschyl.* Choëph. v. 634. *Lucian.* aliquoties. *Achill. Tat.* lib. VIII. [cap. 16.] p. 523. πλέον ἐμπολήσειν ἐκ τῆς ἐμοῦ πράσεως ἢ τῆς ἐκείνης. ubi notat *Salmasius*. Compositum Ἐξεμπολᾶν adhibuit *Sophocles* Antigon. v. 1047. Ἐξημπόλημαι, *venditus sum*, *Herodot.* lib. I. cap. 1. Διεμπολᾶν, *coëmere*, *Aristoph.* Acharn. v. 972. *vendere*, *Eurip.* Bacch. v. 513. *Sophocl.* Philoct. v. 594. Διεμπολᾷ λόγοισιν. Frequentissimum est Ἀπεμπολᾶν, *vendere*. *Alciphr.* lib. III. ep. 3. ep. 47. *Heliodor.* lib. I. [cap. 19.] p. 41. l. 19. *Euripid.* Troas. v. 974. Cycl. v. 255. et *vendere*, *clam exponere*, Jon. v. 1371. Ἀπεμπολεῖ, πιπράσκει. habet *Hesychius*. Sed potius scribendum Ἀπεμπολᾷ. In *Pollucis* lib. III. sect. 124. ἀπεμπωλῆσαι. et lib. VI. sect. 191. ἀπεμπωλῶν. In *Apollodoro* semper per ω scribitur, quasi esset a πωλέω. Quae scribendi ratio *H. Stephano* in 157 Thesauro non fuit suspecta. Mihi librariis tantum videtur deberi. — Ὠνήσαντες pro ὠνησάμενοι singulare est. Activa enim huius verbi forma praeterquam in compositis ὀψωνέω, τελωνέω etc. non occurrit. Ὠνεῖν *Hesychius* interpretatur per πωλεῖν. Sed *emendi* notio in compositis obtinet. Quare invitis libris nihil mutavi. Praestat tamen ὠνησάμενοι scribere; ὠνήσαντες ex scripturae compendio videtur ortum.

45. Ἐπισίξας, Α. ἐπιστήξας, Ε.] Ἐπιστίξας in Cod. MS. Hudson.

Ἐπισίξας, Α. ἐπιστίξας, Ε. MSS. habent ἐπιστίξας, depravate quidem, cum inter ἐπιστίξας et ἐπισίξας nulla affinitas sit. Clariss. igitur *Hudsonus* ἐπιστήξας esse legendum existimavit. Sed quae vocis illius significatio foret, lectorem monitum oportuit. Nos ne Graecam quidem suspicamur. Scribendum fortasse: Ἐπιθήξας. ἐπισίξας enim est *incitans*, ut et ἐπιθήξας. *Hesychius*

Ἐπώζειν[46], *τὸ ἐπὶ τοῖς ὠοῖς καθῆσθαι.*
Ἐρεγμία[47], *Ἀττικῶς. ἐρεγμὸς, Ἑλληνικῶς.*

quoque in ea voce corruptus. Sallier.

Ἐπισίξας. Utitur *Aristophanes* Vesp. v. 702. ubi vid. *Scholiast.* *Etymologus* p. 363. l. 57. *Hesychius* v. *Ἄῤῥυ.* *Ἐπίσιγμα, Ἐπισίξαι, Ἐπισιττεῖν,* et not. Alterum *ἐπιστίξας* (ita enim omnes Codices praeferunt) difficultate non caret. Apud *Hesychium* reperias: *Ἐπιστίξας, ἐπαφεὶς ἐπὶ ὁρμὴν, ἢ ἐπιστάξας.* et: *Ἐπιστήγματα, ἐπικελεύσματα. Ἐπιστῆξαι, ἐφορμῆσαι. Ἐπιστύξῃ, ἐπαφῇ.* Quae tamen omnia *Kustero* et *Albertio*, Viris Clarissimis, *Hesychii* culpa videntur depravata ex *Ἐπισίξας, ἐπισίγματα* etc. His accedit *Sallierius.* Cui sententiae calculum meum paene adiicio. Sed vide, an non recentiores Graeci vocem Atticam *ἐπισίζειν* corrupte pronunciarint per *ἐπιστίζειν*, ut *στρέμφυλα* pro *στέμφυλα.* Vid. infra. Ita nihil in *Moeride* fuerit mutandum. Ceteroquin Cl. *Sallierii* correctio *ἐπιθήξας* mihi non displicet. *Θωΰξαι* dixit *Euripides* Hippol. v. 219.

46. *Ἐπωάζειν*] In MS. *Ἐπώζειν.* Hudson.

Ἐπώζειν. Nihil contra MSS. debuerat immutari. Duplex verbi forma fuit *ὠάζειν* et *ὠΐζειν*, pro qua Attici dixerunt *ᾤζειν* (ut *νῶν* pro *νῶϊν* etc. de quibus alio loco), quae doctissima Magni *Hemsterhusii* observatio est ad *Thomam M.* v. *Ἐπωάζειν*, quae tota
158 perlegi meretur. *Aristophanes* Av. v. 266. *Ἄλλως ἄρ᾽ οὔποψ, ὡς ἔοικ᾽, εἰς τὴν λόχμην, Ἐμβὰς ἐπῶζε.* *Cratinus* Nemesi apud *Athen.* lib. IX. p. 373. F. *Λήδα, σὸν ἔργον. δεῖ σ᾽ ὅπως εὐσχήμονος Ἀλεκτρύονος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους, Ἐπὶ τῷδ᾽ ἐπώζουσ᾽, ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν Ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ᾽ ὄρνεον.* Ita hos versus emendandos esse docuit Vir Praestantissimus *L. C. Valckenaerius* ad Phoeniss. Euripid. p. 166. quem confer. *Epicharmus* apud Grot. Exc. e Com. et Trag. p. 477. *Aeschylus* Niobe apud *Hesych.* v.

47. *Ἐρεγμία*] Corrige *ἔρεγμα* ex *Theophrasto*, cuius locum adduxit *Stephanus* in Ind. Sallier.

Ἐρεγμία. Probabilis omnino est Eruditissimi *Sallierii* coniectura. Nam *ἐρεγμὸς* sive *ἐριγμὸς*, *faba fresa*, alia forma dicitur *ἔρεγμα*, ut apud *Hesychium* v. *Ἐμψιοῦσα* et alibi. *Ἐρίγμην* habet *Scholiastes* Aristophanis ad Ran. v. 508. *Κατερικτῶν. τῶν κατακεκομμένων ὀσπρίων. λέγει δὲ τὰ σχιζόμενα ὄσπρια, τοὺς κυάμους, τὰ ἐρεικόμενα. Καὶ τὴν ἐρίγμην δὲ ἐντεῦθεν ὁμολογοῦσί* (leg. *ἐτυμολογοῦσί*) *τινες.* nisi legendum *τὸν ἐριγμόν.* Vid. *Etymologus* p. 370. l. 29. et *Stephan.* in Ind. Thes. *Ἐρεγμία* hoc sensu nusquam reperitur. Sed fortasse vulgata lectione, in qua Codd. conspirant, servata, *ἐρεγμία* et *ἐρεγμὸς* alio significatu intelligenda sunt, pro

'Ερεσχελεῖν[48], 'Αττικῶς. διαπαίζειν, 'Ελληνικῶς.

ructatione, ructu. Non enim solum *ἐρεγμὸς* et *ἐρυγμὸς* veteres dixisse, sed et *ἐρεγμὸς* et *ἐρεχμὸς*, liquet ex ***Etymologo*** p. 371. l. 19. Hoc si minus placeat, potest lenissima mutatione *ἐρευγμὸς* aut *ἐρυγμὸς* scribi. *'Ερεγμία* in compositis *'Οξυρεγμία* et *Κρομμυοξυρεγμία* apud ***Aristophan.*** Pac. v. 528. superest. Pari ratione *βδελυγμία* pro *βδελυγμὸς* positum a ***Cratino*** in Horis apud ***Polluc.*** lib. X. sect. 70. — *Μῶν βδελυγμία σ' ἔχει. πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.* Sic legendum pro *Μῶν βδελυγμίας ἔχει.*

48. *'Ερεσχελεῖν*] ***Photio*** in Lexico MS. *'Ερεσχηλεῖν.* Hudson.

'Ερεσχελεῖν. MSS. habent *ἐρεσχηλεῖν*, male, ut constat ex ***Platone.*** Quod autem ait Clariss. ***Hudsonus***, ita legi in ***Photii*** Lex. MSS. librarii incuria id evenit. In nostro enim diserte reperias *ἐρεσχελεῖν.* Sallier.

'Ερεσχελεῖν. In origine verbi
159 suaviter nugantur Grammatici. Audiamus ***Etymologum*** p. 371. l. 1. *'Ερεσχελία, ἡ φλυαρία. παρὰ τὸ ἔριν ἐν τοῖς χείλεσιν ἔχειν.* et dein: *'Ερεσχελεῖν, σημαίνει τὸ ἀπατᾷν. ἀπὸ τοῦ ἐρᾷν καὶ τῆς λέσχης, πολὺ παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρ' Ἴωσιν.* Similiter fere ***Photius*** ab ***Albertio*** ad Hesych. v. laudatus. Malim ignorantiam meam fateri, quam ineptas coniecturas proferendo doctis me deridendum propinare. In Collat. Schlaeger. et Coislin. (in serie Ruhnk.) per $\overline{\eta}$ scriptum est *'Ερεσχηλεῖν* vel *ἐρισχηλεῖν.* Quam scribendi rationem et hic et alibi, ut apud ***Polluc.*** lib. X. sect. 20. et ***Lucian.*** Lexiph. [14.] T. II. p. 336. damnarunt homines eruditi, altera probata per $\overline{\varepsilon}$, quae frequentius occurrit. Nos autem *ἐρεσχηλεῖν* per $\overline{\eta}$, si non unice veram, certe alteri formae non postponendam censemus. ***Etymologus*** p. 374. l. 50. *'Ερίσχηλος. ὁ λοίδορος. ἀπὸ τοῦ ἐρίζειν διὰ τῶν χειλέων. ἢ ἐρίσχελός τις ὢν παρὰ τὴν ἔριν καὶ τὴν λέσχην, ὁ ἐξ ἔριδος λεσχαίνων. Παρθένιος, ἐν 'Ηρακλεῖ· — ἐρισχήλοις κορυνίταις. καὶ ἐρισχηλεῖν, τὸ εἰς ἔριν προκαλεῖσθαι.* ubi, si $\overline{\varepsilon}$ reponas, in leges metricas peccabis. ***Parthenium*** si excipias, e poëtis, qui hoc verbo usus sit, novi neminem. Sed quemadmodum origo et scribendi ratio incerta est, ita usus huius verbi multiplex et longe elegantissimus. Docte ***Hesychius:*** *'Ερεσκλεῖ* (leg. *'Ερεσχελεῖ* cum V V. D D.), *ἀηδίζεται, ὀχλεῖται, ἐρεθίζει, ἀδολεσχεῖ, χλευάζει, παίζει, σκώπτει, διαμάχεται.* ***Iocandi*** notione a ***Platone*** positum Phileb. p. 398. A. [p. 53. E.] *ὁ λόγος ἐρεσχελεῖ νῷν.* de Republ. lib. VIII. p. 712. C. [p. 545. E. St.] de Legg. lib. X. p. 945. C. [p. 885. C. St.] *ταῦτα τάχ' ἂν ἐρεσχελοῦντες εἴποιεν.* Phaedro p. 1215. [p. 236. B. St.] *'Εσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σοῦ τῶν παιδικῶν ἐπελαβόμην ἐρεσχελῶν σε.* quem locum citant ***Scholiastes*** Aristophan. ad Vesp. v. 1021. ***Suidas*** v. *Παιδικὰ*, et ***Lexicon*** Coislin. p. 474.

Ἔγγυον[49], Ἀττικῶς. ἐγγυητὴν, Ἑλληνικῶς.

sed corrupta habent ἐρεσχελήσω vel ἐρεσχελίσω. Imitatur *Platonem Aristides* T. I. p. 334. Προσπαίζω αὐτὸν, καὶ ἅμα ἐρεσχελῶν εἶπον. T. II. p. 430. ἐγὼ δὲ ἀμφιγνοῶ μὲν εἴτε σπουδάζων ταῦτα λέγεις, εἴτ' ἐρεσχελῶν ἡμᾶς. *Libanius* Opp. T. I. p. 311. A. Ἄνθρωπε, σπουδάζων ἢ παίζων τοῦτο λέγεις; εἰ μὲν γὰρ ἐρεσχελῶν, οὐ παιδιᾶς ὁ καιρός. Similiter fere pro *iocando irridere, deludere. Athenaeus* lib. VI. p. 223. E. ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεόττιδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον, *irridet hoc modo. Dio Chrysostomus* Or. LXXI. p. 629. A. καὶ οὐδὲν αὐτοὺς ἡ ξυνήθεια ἀποκωλύει, τοῦ μὴ οὐκ ἐρεσχελεῖν, μηδὲ ὑβρίζειν, ἐπειδάν τινα ἴδωσι τοιοῦτον. *Themistius* Or. XIII. p. 174. C. ὥσπερ τὸν λέοντα — ἀῤῥωστοῦντα ἐν τῷ σπηλαίῳ ἡ κερδὼ ἐρεσχελεῖ. *Libanius* T. I. p. 777. C. μηθ' ὑπὸ σοῦ τανῦν ἐπ' ἐκκλησίας ἐρεσχελούμενος.
160 *Lucianus* Lexiph. [14.] T. II. p. 336. τὸ γὰρ ἐρεσχελεῖν ἀλλήλους συχνάκις, λάλης θηγάνη γίγνεται. *Gesnerus* interpretatur *invicem nugari;* malim *iocosis dicteriis se invicem lacessere et provocare. Onomasticon Vetus:* Ἐρεσχελέω, *occento.* Sic D. M. [16, 3.] T. I. 404. l. 70. [71.] Demonac. [15.] T. II. p. 382. l. 95. Philops. [32.] T. III. p. 59. l. 8. Musc. Enc. [10.] p. 97. l. 45. [46.] *Athenaeus* lib. XV. p. 685. F. παύσομαι σε ἐρεσχελῶν. *Aelianus* V. H. lib. II. cap. 13. et H. A. lib. XV. cap. 22. Ταῖς κορώναις ἔργον τοὺς ἀετοὺς ἐρεσχελεῖν ἐστιν, *irritare aquilas consueverunt cornices.* Eleganter idem de cane *blande alludente* et ursam *in pugnam laetis saltibus et mollibus morsiunculis provocante,* H. A. lib. IV. cap. 45. Μιᾶς δὲ τυχεῖν ἡμέρας τὸν κύνα προσπαίζοντα τὸν ἄρκτον, καὶ ὑπαικάλλοντα, καὶ ἐρεσχελοῦντα. Pro ὀχλεῖν, ἀηδίζεσθαι, *turbare, molestum esse,* idem H. A. lib. III. cap. 37. τοὺς δὲ βατράχους βοᾶν καὶ ἐρεσχελεῖν τὸν ἥρωα, καὶ τὸν ὕπνον αὐτῷ διακόπτειν, καὶ λυπεῖν δηλονότι. lib. VI. cap. 58. *Nugari,* φλυαρεῖν, notat apud *Philostrat.* V. A. lib. II. cap. 14. p. 64. Τί οὖν βούλεται τὸ εὔηθες ἐκεῖνο φρόντισμα τοῖς ἐρεσχελοῦσι, φυσικὴν, ἢ μὴ, τὴν πρὸς τέκνα εὔνοιαν εἶναι. *Themist.* Or. II. p. 33. C. *Eustathius* ad Il. Φ. p. 1300. l. 35. ἐμπεσόντων γὰρ τῶν Τρώων τῷ Ξάνθῳ, κεραΐζει τε αὐτοὺς Ἀχιλλεὺς, καὶ κατὰ τοῦ Ξάνθου ἐρεσχελεῖ. pro τὸν Ξάνθον ἐρεσχελεῖ. Sed vereor, ne ipsa copia doctis nauseam excitem. Pro ἀπατᾶν, quod habet *Etymologus,* non reperi. Et absunt ista verba, σημαίνει τὸ ἀπατῶ, in *Photii* loco parallelo. Decedam hinc, si prius *Philoxeni* glossas correxero: *Decudia,* ἐρεσχελία. Scribendum pro *decudia,* voce nihili, *Delusio;* vel *Deludo,* ἐρεσχελέω. Glossae *Cyrilli:* Διαπαίζω, καταπαίζω, *deludo.*

49. Ἔγγυον] ἐγγυητὴς *Theophrast.* Charact. cap. 15. Fischer.

Εὐφήμει[50], Ἀττικῶς. σίγα, Ἑλληνικῶς καὶ κοινόν.

Εἴσεται[51], Ἀττικῶς. γνώσεται, κοινόν.

Εἰ γὰρ[52], Ἀττικῶς. εἴθε γὰρ, Ἑλληνικῶς καὶ κοινόν.

Ἐλιννύων[53], Ἀττικῶς. ἀναπαυόμενος, Ἑλληνικῶς.

"Ἔγγυον. *Xenophon* de Rat. Redit. [cap. 4, 20.] p. 926. A. Ὅπως γε μὴν τὰ ὠνηθέντα σώζηται, τῷ δημοσίῳ ἐστὶ λαμβάνειν ἐγγύους παρὰ τῶν μισθουμένων. [*Pseudo*] *Aeschines* Epist. XI. p. 128. A. [p. 692. Reisk. p. 483, 12. Bekk.] ἀλλὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἔγγυον δίδωσι τοῦ πολέμου. Auctor Ep. ad Hebr. cap. VII. v. 22. Ἐγγυητὴς apud scriptores Atticos longe frequentissimum est [v. p. 470. add. *Aeschin.* Fals. Leg. p. 52. Steph. p. 374, 178. Bekk.]. Obiter corrigamus *Hesychium* in Ἐγγυῶνται, γεννῶσιν. Varia coniiciunt *Kusterus* et *Albertius*; prae quibus coniecturis mihi arridet γαμῶσιν. Ἐγγυᾶσθαι enim est *uxorem desponsatam domum ducere.* Utrumque et ἐγγυῶνται et γαμῶσιν subiunctivi modi est. γεννᾶν autem et γαμεῖν saepe fuerunt confusa.

161 50. *Εὐφήμει*] In MS. Εὔφημα. Hudson. Εὐφήμει. Ita Codex Coisl. Sallier.

Εὐφήμει. Leidens. εὐφήμα. Ceteri Codd. recte εὐφήμει, uti etiam citant *Spanhemius* ad Aristoph. Nub. v. 262. et *Salmasius* de Hellenist. p. 55. Vid. *Aristophan.* Nub. v. 296. *Tib. Hemsterhusius* ad Lucian. [Contempl. 12.] T. I. p. 506. *D'Orvillius* ad Chariton. p. 572. [p. 550. ed. Lips.] *Archias* Anthol. lib. I. c. 35. epigr. 1. Εὔφημος γλώσσῃ παραμείβεο τὰν λάλον ἠχώ.

51. *Εἴσεται*] In MS. ἴσηται, et dein γνώσηται. Hudson.

Similiter in Leid. Reliqui recte εἴσεται et γνώσεται. Εἴσεται legitur apud *Aristoph.* Nub. v. 625. et alibi saepe. Conf. Cl. *Valckenaer.* ad Eurip. Phoen p. 93.

52. *Εἰ γάρ*] A Coisl. abest Ἑλληνικῶς. Citat hunc locum *Salmasius* de Hellenist. p. 56. ubi pro κοινὸν est κοινῶς. Εἰ γὰρ *Aristophan.* Pac. v. 345. Eccles. v. 380. *Euripid.* Iph. Taur. v. 1220. etc. Rarius εἰ sine γάρ. Vide *Valckenaer.* ad Eurip. Phoeniss. v. 761. Dorienses dicebant αἰ γάρ. Ita enim in *Hesychio* pro Αἴγαρον, εἴθε γάρ. recte castigarunt viri eruditi.

53. *Ἐλιννύων*] In Coisl. ἐλινύων, ut alibi saepe. Ἐλιννύειν significat *cessare*, *quiescere*, *pigrari*, *otiari*, *tempus terere.* Exempla dedit *H. Stephanus* in Ind. Thes. quibus alia adiiciemus. *Aristophanes* Thesmoph. v. 605. — οὐκ ἐλινύειν ἐχρῆν. *Aeschylus* Prometh. v. 53. et 529. *Philostratus* V. A. lib. II. cap. 32. πολλὰς γὰρ ἐλπίδας εἶναι μοι

Ἐπισκῆψαι[54], Ἀττικῶς. ἐντείλασθαι, Ἑλληνικῶς.

ἀνακτήσασθαι αὐτὴν (ἀρχὴν) μὴ ἐλινύοντι. *Lucianus* Lexiph. [2.] T. II. p. 320. l. 40. ἢ ἐλιννύσεις ἔτι αὐτόθι. *Libanius* Opp. T. II. p. 89. C. ἀλλ' ἐλιννύουσι καὶ προσδιατρίβουσι. *Aelianus* H. A. lib. IV. cap. 43. μηδὲ νύκτωρ βλακεύειν, μηδὲ ἐλιννύειν. lib. XIII. cap. 14. μὴ ἐλινύειν, μηδὲ ὀκνεῖν. et alibi. *Apollonius Rhodius* lib. I. v. 589. — διπλόα δ' ἀκταῖς Ἦματ' ἐλινύεσκον. *Scholiastes*: περὶ τὸ αὐτὸ διέτριβον. ἢ ἐστρεύγοντο ἐμποδιζόμενοι τῆς ὁδοῦ. et v. 862. — Δηρὸν δ' ἂν ἐλίννυον αὖθι μένοντες. Εἰ μὴ ἀολλίσας ἑτάρους ἀπάνευθε γυναικῶν Ἡρακλέης
162 τοίοισιν ἐνιπτάζων μετέειπε. Vocula enim ἄν, quam *Hoelzlinus* deesse statuit, ab ἐλίννυον separanda est. ἀνελίννυον quidem etiam apud *Suidam* et *Etymologum* v. scriptum est. Sed ἐλίννυον edi debuisse, ex *Etymologi* verbis liquet. Ἐλίννυον, inquit, ἀντὶ τοῦ διέτριβον, ἀνεστρέφοντο, περιεφέροντο. ἀπὸ τοῦ λίνου εἴρηται. οἷον, δηρὸν δ' ἀνελίννυον αὖθι μένοντες. Vid. p. 330. f. et seq. Perperam *H. Stephanus* compositum ἀνελιννύω ex isto *Apollonii* loco in Thesaurum suum recepit. *Callimachus* H. in Cerer. v. 48. ubi notat *Spanhemius*.

54. Ἐπισκῆψαι] *Harpocration* p. 66. τῷ ἐπέσκηψεν, ἀντὶ τοῦ ἐνετείλατο. Ἰσαῖος ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίας ἀφαιρέσει. Nec is tantum, sed et alii bene multi a *Stephano* in Thesauro T. III. p. 861. et seq. laudati: quibus multa addi possent exempla. Ἐπισκῆψαι et ἐπιστεῖλαι, quae distinxit *Ammonius* p. 55. (ἐπιστεῖλαι διὰ γραμμάτων· ἐπισκῆψαι δὲ, διὰ λόγων.) coniunxit *Heliodorus* lib. VII. [imo lib. VIII. cap. 3.] p. 378. πλέον δὲ ὅτι περ ὁ πατὴρ Καλάσιρις τελευτῶν ἐπέσκηπτε παντοίως προνοεῖν καὶ ὑπερμαχεῖν τῶν ξένων ἐπιστείλας. *Euripides* Alcest. v. 365. Ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις Σοὶ τούσδε θεῖναι, πλευρά τ' ἐκτεῖναι πέλας Πλευροῖσι τοῖς σοῖς. Ita enim istum locum castigandum esse docui Verisim. lib. I. cap. 5. p. 69. nec poenitet adhucdum eius coniecturae. Pro τάσδε autem, cuius loco reposui τούσδε nempe *liberos*, eodem sensu reponi potest παῖδε. bini enim Admeti erant liberi. Sed prior coniectura magis placet. De aliis verbi ἐπισκήπτειν significatibus hic non est dicendi locus. Eximam potius hoc verbum e *Polyaeno* lib. II. cap. 2. sect. 14. Ὡς δὲ πλεῖστον ἐπανέστησε κονιορτὸν, ἐπισκήπτων ταῖς τῶν πολεμίων ὄψεσιν, ὁ μὲν ἔλαθε κατασχὼν τὰ ὑπερδέξια. Magnus *Casaubonus* coniicit ἐπισκήπτοντα, *pulverem*, puto, *irruentem in oculos hostium*. Sed dubitandum vix est, quin restitui debeat: ἐπισκοτῶν ταῖς τῶν πολεμίων ὄψεσιν. Sic plane lib. III. cap. 9. sect. 8. ὁ δὲ ἀὴρ παχὺς καὶ ὁμιχλώδης γενόμενος ἐπεσκότισε (f. ἐπεσκότησε, quanquam alterum ex analogia defendi potest) ταῖς

Ἐκπλήγνυσθαι[55], *ἀντὶ τοῦ ἐκπλήττεσθαι, Θουκυδίδης.*
Ἐπιπολῆς[56], *τὸ ἐπάνω, Ἀττικῶς.*
Ἐπίστω[57], *Ἀττικῶς. ἐπίστασο, Ἑλληνικῶς.*
Ἐπηλυγαζόμενος[58], *Ἀττικῶς. ἐπισκιαζόμενος, Ἑλληνικῶς.*

τῶν πολεμίων ὄψεσιν. lib. IV. cap. 6. sect. 13. *αἴρεται νεφελώδης κόνις ἐπισκοτοῦσα καὶ φιλίοις καὶ πολεμίοις.*

55. *Ἐκπλήγνυσθαι — Θουκυδ.*] p. 284. ed. Oxon. (lib. IV. cap. 125. p. 311. l. 95.)
163 Hudson. *τοῦ* addidi e Codd. Coisl. Reg. Coll. Gron.

56. *Ἐπιπολῆς*] Vid. *Graevium* in *Luciani* Soloecistam [5.] p. 76. (T. III. p. 565.) Hudson.

Citat hunc locum *Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 1208. Leid. habet *ἐπὶ πολῆς.* Conf. notas ad *Thomam M.* in *Ἐξεπιπολῆς.*

57. *Ἐπίστω*] Vide supra *Ἀνίστω.*

58. *Ἐπηλυγαζόμενος, Ἀττικῶς. ἐπισκιαζόμενος, Ἑλληνικῶς. καὶ ἐπικρυπτόμενος. λύγη γὰρ ἡ σκιά*] Pro *λύγη* rescribi oportet *ἠλύγη*, e Suida, e quo haud dubie verba haec in libellum Nostri translata fuere. *Hesychius: Ἠλύγη, σκιά.* item: *Ἐπηλυγίζομαι, ἐπισκιάζεται, ἐπικρύπτονται.* Leg. ex eodem *Suida: Ἐπηλυγάζονται, ἐπισκιάζονται, ἐπ.* Fischer.

Ἐπηλυγαζόμενος, Ἀττικῶς. Ἐπηλυγάζομαι et *ἐπηλυγίζομαι* dicunt Attici, quod verbum depravatum legitur apud *Plutarchum* [de Is. et Osir.] Moral. T. II. p. 170. [imo p. 370. E.] *Πλάτων δὲ*, inquit, *πολλαχοῦ μὲν οἷον ἐπιλυγιζόμενος καὶ παρακαλυπτόμενος τῶν ἐναντίων ἀρχῶν τὴν μὲν ταυτὸν ὀνομάζει, τὴν δὲ θάτερον.* Sensus enim postulat, ut scribatur *ἐπηλυγιζόμενος.* Hinc nomen *ἐπήλυξ*, de quo altum in Lexicis silentium, tametsi illo utitur *Euripides* Cycl. v. 676. *Οὔτοι σιωπῇ τὴν πέτραν ἐπήλυγα Λαβόντες ἑστήκασι.* — Dein: *καὶ ἐπικρυπτόμενος, λύγη γὰρ ἡ σκιὰ*, haec omnia in Cod. Coislin. desiderantur et addita esse verisimile est. Sallier.

Ἐπηλυγαζόμενος. Editio *Hudsoniana*, ut et Reg. Leid. et Coll. Gronov. habent: *Ἐπηλυγαζόμενος, Ἀ. ἐπισκιαζόμενος, Ἑλληνικῶς. καὶ ἐπικρυπτόμενος. λύγη γὰρ λέγεται* (hoc abest ab Huds.) *ἡ σκιά.* A Coisliniano autem haec omnia absunt, e *Timaei* Lexico Platonico aut alio quopiam derivata. Quare e textu abire iussi. In eodem Cod. Coisl. scriptum *ἐπιλυγαζόμενος*, *η* super *ι* scripto, quod monuit me *Ruhnkenius* V. C. qui hoc de verbo et varia eius scriptura, *ἐπηλυγάζεσθαι, ἐπιλυγάζεσθαι, ἐπηλυγί-*

Ἐπιτηδείους[59], *οὐχ, ὥσπερ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν, μόνους τοὺς ἐκ γένους προσήκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑταίρους, ὡς Πλάτων Φαίδωνι.*

Ἔπιον οἴνου, οὐκ οἶνον, Ἀττικῶς.

ζεσθαι, *ἐπιλυγίζεσθαι* fuse ad *Timaeum* p. 85. seq. [p. 117. sq.] disputavit; cuius observatis paucula addamus. *Ἐπιλυγίζεσθαι* restituendum *Etymologo* p. 571. l. 23. *λύγος, τὸ σκότος οὐδετέρως* (sic et *Schol.* Apoll. Rh. ad lib. I. v. 218.) — *καὶ κρύπτεσθαι ὑπολυγίζεσθαι λέγουσι.* Scribendum, inquam, *ἐπιλυγίζεσθαι.* In *Luciani* Jove Tragoedo [8.] T. II. p. 651. l. 71. *ὀλίγον ὅσον τοῦ χρυσοῦ ἐπιστίλβον ἔχοντες, ὡς ἐπικεχρῶσθαι καὶ ἐπηυγάσθαι μόνον, τὰ δὲ ἔνδον ὑπόξυλοι.* dubitari potest, vulgatane lectio *ἐπηυγάσθαι*, *splendere*, praeferenda sit, an ea, quam Codd.
164 et *Scholiastes* praebent, *ἐπηλυγάζεσθαι*, sive, uti potius tum legendum, *ἐπηλυγάσθαι.* Mihi tamen Codicum lectio haud paulo videtur elegantior, quam sic Latine vertendam putem: *pauxillum auri refulgens habentes, adeo ut leviter tantum tincti et velut inumbrati sint.* In eiusdem *Luciani* libro de non temere credenda calumnia statim initio T. III. p. 125. e *Scholiis* in textum recipiendum fuerat: *καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀμαυροῦσα, καὶ τὸν ἑκάστου βίον ἐπηλυγάζουσα.* Quod editur *ἐπισκιάζουσα*, e glossemate fluxit.

59. *Ἐπιτηδείους — Ὑπομνημονεύμασιν*] Scil. *Xenophontis.* In MS. *Ὑπομνήμασι.* Pro *ἑταίρους* in MS. *ἑτέρους.* *Πλάτων ἐν Φαίδωνι* sub initium. Hudson.

Ἐπιτηδείους. Noster Codex, ut et Oxon. hic corruptissimus est. Sed omnia Cl. *Hudsonus* feliciter emendavit. Sallier.

Θεμέλια. Ordo Codicis Leidensis hic erat perturbatus: Θεμέλιον ποιητικῶς. Θρυαλλίδα, Θιασῶται, Θεμέλια καὶ θεμέλιον, οὐδ. Ἀ. In Cod. autem Regio et Coll. Gronov. scriptum rectius: Θεμέλια καὶ θεμέλιον, οὐδετέρως, Ἀττικῶς. θεμείλιον, ποιητικῶς. Binae tamen postremae voces, quas Coisl. ignorat, ab alia manu videntur profectae. Poëtarum enim nuspiam alibi *Moeris* iniicit mentionem. Θεμείλια *Homero* usurpatum et *Oppiano* in fine Halieuticon, quem versum citans *Suidas* v. Ἀσφάλιος habet θεμέλια. Θεμέλια et θεμέλιον longe rarius masculino θεμέλιος. Vid. Cl. *Oudendorp.* ad *Thom. M.*

10. Θρυαλλίδα] *Aristo*- 186
phan. Nub. v. 59. 585. Ach. v. 326. 376. 915. *Aelian.* H. A. lib. IX. cap. 54. Pro *stupa Heliodor.* lib. IX. [cap. 3.] p. 423. l. 26. Vid. *Hesych.* v. *Phrynichus* p. 64. et 190. [p. 162. Lob.] *Thom. M. Valesius* ad Philostorg. H. E. lib. XII. cap. 8. *Herodotum* semel praeterea citat *Moeris* v. Λογίους. Hoc tamen loco omnino probabile est, verba καὶ Ἡρόδοτος κέχρηται ab sciolo fuisse assuta e *Phrynichi* loco posteriore: Ἐλλύχνιον Ἡρόδοτος κέχρηται. Ἀθηναῖοι δὲ θρυαλλίδα λέγουσι.

11. Θιασῶται] Vid. *Salmasii* Observatt. ad Ius Atticum p. 146. 147. et *Daleum* de Marmorib. Diss. IX. cap. 1. Hudson.

Θιασῶται. Protulit hunc locum e MS. Jllustris *Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 508. quem

Θράττει[12], *Ἀττικῶς. ταράσσει, Ἑλληνικῶς.*
Θρεκτικὸς[13], *Ἀττικῶς. τροχαστικὸς, Ἑλληνικῶς.*

vide aliosque laudatos ad *Hesychium* in *Θειασῶται* et *Θιασῶται. Platonis sectatores Themistius* Or. II. p. 33. C. appellat *Πλάτωνος θιασώτας*, *Apollinis cultores Ἀπόλλωνος θιασώτας*, Or. XIII. p. 165. B. loco elegantissimo, quem paulo copiosius describere, fuerit operae pretium: *Ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἄρεος θεραπευταῖς, ἀρεϊκόν τε καὶ φιλοπόλεμον. τοῖς δὲ Ἀπόλλωνος θιασώταις, εὔμουσον, καὶ τῷ θεῷ τούτῳ οἰκεῖον. μόνοις δὲ τοῖς φιλολόγοις τὸ Διός τε καὶ βασιλικόν. Διὸς γὰρ εἶναι τοὺς φιλολόγους συμπεριπόλους. οὕτω δὴ καταλιπὼν τὰ φροντιστήρια, καὶ τὰς παλαίστρας, σπουδῇ ἁπάσῃ ἐπὶ τὰ βασίλεια ᾔïα, ὡς ἐκεῖ μάλιστα τοὺς δειλοὺς καὶ ἡγεμονικοὺς ἐξευρήσων.* In fine vox *δειλοὺς* turpi macula dehonestat hanc purpuram. *Harduinus* refingebat *θεϊκούς*. Verum minore mutatione, diphthongo *ει* in *ι* mutata, emendari debuerat *τοὺς Δίους* vel *Διΐους*, ut statim ib. C. *ἀμφοῖν ἀγαθοῖν μὲν καὶ ἀτεχνῶς Διΐοιν. Plato* Phaedro p. 1226. A. [p. 252. E. St.] quem locum expressit *Themistius, οἱ μὲν δὴ Διὸς, Δἴιόν τινα ζητοῦσι ψυχήν* etc. Pro *τὸ Διός τε καὶ βασιλικὸν* forte etiam praestiterit: *τὸ δῖον τε καὶ βασιλικόν.*

12. *Θράττει*] *Plato* Theaet. p. 137. A. [p. 187. C. St.] *Θράττει με πῶς νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις.* aliisque locis a Cl. *Ruhnkenio* ad Timaeum v. *Ἐνθράττει* p. 68. [p. 93. sq.] et *Θράττει* p. 104. [p. 143.] pro- 187
latis, quem adi hominesque eruditos ad *Hesychium* v. *Θρᾴξαι* et seqq. *Scholiastes* Homeri in Cod. Wetstenii MS. Il. B. v. 56. *Κρατῖνος· θράττει με τὸ ἐνύπνιον.*

13. *Θρεκτικός*] In MS. *Θρεατικός*. Hudson.

MSSti nostri recte *Θρεκτικός*. A *τρέχω* tempora secundum analogiam formata *θρέξω*, *θρέξομαι*, *ἔθρεξα* etc. non tantum apud *Etymologum* et *Hesychium* fuerunt conservata, sed et in veterum scriptis supersunt. *Ἔθρεξε* legitur in *Euripidis* Iph. Aul. v. 1563. quo referenda *Hesychii* glossa: *Ἔθρεξεν, ἐπῆλθεν, ἔδραμεν.* Futurum *θρέξεις* adhibuit *Lycophron* v. 108. ubi *Scholiastes* notat: *κυρίως θρέξαι τὸ συμπῆξαι γάλα πρὸς τὸ τοροποιῆσαι λέγεται. νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ πηδήσεις ἢ ἄξεις.* Forte *ἀΐξεις*. Sed erravit bonus Grammaticus et bina verba *θρέψαι* et *θρέξαι* confudit. *Ἀποθρέξομαι Lucian.* Lexiph. [3.] T. II. p. 323. l. 65. Hinc derivata *θρεκτὸς*, *θρεκτικὸς* praeter *Moeridem* solus annotavit *Hesychius: Θρεκτικώτατος, ὀξύτατος. Θρακτικόν* (pro *Θρεκτικόν*), *πορευτόν* (f. *πορευτικόν*). *Θρέκτος, δρόμος, ταχαῖος* etc. recte castigat *Albertius τροχαῖος* vel *ταχινός*. Paulo post sequitur: *Θρεκτοῖσι νόμοις, ἀντὶ τοῦ τραχέσι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Μαινομένῳ. ἔνιοι δὲ Κρεκτοῖς.* Miror

Θαυμάσιον[14], *Ἀττικῶς. θαυμαστὸν, Ἑλληνικῶς.*
Θηρίκλειον[15], *ἀπὸ τοῦ τεχνίτου προσηγορεύθη, ὡς Εὔβουλος· Καθαρώτερον γὰρ τὸν κέραμον εἰργαζόμην, Ἢ Θηρικλῆς τἀκπώματα.*

Interpretes pro *τραχέσι* non correxisse *ταχέσι*, qui error cum in *Hesychio* tum alibi frequentissimus est. Sic e. g. in *Hesychio* v. *Τροχαλὸν, τροχαῖον, τραχὺ,* scribendum *ταχύ.* Contraria autem ratione peccatum in *Lexico de Spiritibus* a Celeb. *Valckenaerio* ad calcem Ammonii edito p. 232. *Ὀχριόεις, ὁ φρίκωδος καὶ ὁ ταχύς.* Lege *φρικώδης καὶ ὁ τραχύς.* Vid. *Hesychius* in *Ὀχριόεις.* Similiter in *Scholiis* Aristophanis ad Nubes v. 123. pro *ταχύτερον δὲ αὐτῷ διαλέγεται καὶ ἀπηνέστερον* refingendum haud dubie *τραχύτερον.* Plura huius permutationis exempla adiungere possem, sed haec praesenti instituto sufficiant. *Τροχαστικὸς,* quo ad vocem Atticam explicandam utitur *Moeris,* in Lexicis non reperitur.

14. *Θαυμάσιον*] *Hesychius: Θαυμάσιος, θαυμαστός.* Posterius paene frequentius in Atticorum scriptis occurrit. Sed *Moeridis* observatio proderit ad levem ex *Aristophanis* Pluto maculam eluendam, v. 340. *Ἔστιν*
188 *δέ μοι τοῦτ᾽ αὐτὸ θαυμαστὸν, χ᾽ ὅπως Χρηστόν τι πράττων τοὺς φίλους μεταπέμπεται.* Codex d'Orvillianus et Editio Iuntina monente Virorum summo *Tib. Hemsterhusio* omittunt litteram *χ᾽,* ex *καὶ* ortam, quae etiam metro videtur nocere. Sequens enim brevis per elisam diphthongum apud veteres Atticos fiebat longa. Posset *γ᾽* reponi; verum *Moeridis* auctoritate castigandum potius: *Ἔστιν δέ μοι τοῦτ᾽ αὐτὸ θαυμάσιον, ὅπως* X. Sic Thesmoph. v. 475. *Οὐ θαυμάσιον ἔστ᾽, οὐδ᾽ ἐπιζεῖν τὴν χολήν.*

15. *Θηρίκλειον*] *τὸν κέραμον εἰργαζόμην.* Ita MS. Sed paulo post habet *τὰ ἐκπώματα.* In *Thoma Magistro: καθαρώτερον δὲ τῶν κεράμων εἰργάσμην* etc. Hudson.

Θηρίκλειον — ὡς Εὔβουλος. *Eubuli* versus reperias etiam apud *Athenaeum* lib. XI. p. 471. Sed ibi pro *τἀκπώματα* scribitur *τὰς κύλικας. Καὶ,* inquit, *Εὔβουλος μὲν ἐν Δόλωνι· Διένιψα δ᾽ οὐδὲν σκεῦος οὐδεπώποτε, Καθαρώτατον γὰρ τὸν κέραμον εἰργαζόμην Ἢ Θηρικλῆς τὰς κύλικας, ἡνίκ᾽ ἦν νέος.* cui lectioni favent veterum loca, qui eiusmodi poculorum meminere. Ab illis enim semper appellantur *Θηρίκλειοι κύλικες.* Parum tamen refert, utrum *τὰς κύλικας,* an *τἀκπώματα* legas. Sallier.

Θηρίκλειον. In Coll. Gronov. pro *ἀπὸ τοῦ τεχν.* est *ἀντί.* Dein pro *τ᾽ ἐκπώματα,* quemadmodum ediderat *Hudsonus,* MSS. C. R. et Coll. Gronov. rectius *τἀκπώματα.* Laudarunt hunc locum *Salmasius* Exc. Plin. p. 734. in. 1044. et *Du Cangius* Gloss. Gr. v. *Θρύλαιον* p. 501. Uterque

Θάῤῥος[16], Ἀττικῶς. θάρσος, Ἑλληνικῶς.
Θηλάστριαν[17], τὴν τῶν τροφῶν τῶν παίδων θῆλυν.

cum aliqua varietate. Apud *Salmasium* est κεράμιον pro τὸν κέραμον, et in fine τὸσήπωμα pro τὰκπώματα. Apud *Ducangium* vero: καθαρότερον γ. τ. κ. εἰργασάμενος ἢ Θηρίκλεια τὰ ἐκπώματα. Quae nimiae virorum doctissimorum festinationi deberi putem. De Thericleis nihil post aliorum diligentiam afferri potest. Videantur Docti laudati ad *Hesychium* v. et ad *Thomam*, inprimis Criticorum princeps *R. Bentleius* in Dissert. Anglic. de Epistolis Phalaridis sect. III. p. 109. et seq. [Opusc. p. 213. sqq.] quas Dissertationes Latina veste donatas una cum absolutissima
189 harum Epistolarum editione brevi debebit orbis eruditus Viro Clarissimo et in primis nobis amico, *Io. Dan. Lennepio.*

16. Θάῤῥος] Supra Ἄῤῥενα, Ἀττικῶς. ἄρσενα, Ἑλληνικῶς. Infra: Μυῤῥίνη, Ἀ. μυρσίνη, Ἑλληνικῶς. Quae recentioris sunt Atticismi; apud veteres enim Atticos *Thucydidem*, *Sophoclem*, *Euripidem* altera scribendi ratio per ρσ sola obtinuit. Quanquam librarii et in his scriptoribus, et alibi haec pro mero arbitrio suo permutarunt. Docta hanc in rem notavit supra etiam laudatus Cl. *Valckenaerius* ad Eurip. Phoeniss. p. 22. Conf. Magnus *Hemsterhusius* ad Lucian. Iud. Voc. [9.] T. I. p. 95.

17. Θηλάστριαν] Θηλάστριαν, ἣν θηλάζεταί τις ἰδίως. οὕτω Κρατῖνος. *Photius* in Lexic. MS. Τὴν θηλάζουσαν Εὔπολις τιτθὴν, θηλάστριαν ὠνόμασε [τιτθὴν θηλάστριαν coniungi vult *Valckenaer.* ad Ammon. p. 135.]. *Pollux* lib. III. cap. 3. sect. 50. Hudson.

Θηλάστριαν, τὴν τῶν τροφῶν, τέκνων, τῶν παίδων θῆλυν. Vox τέκνων abest a Cod. Coisl. cui in caeteris cum Oxon. convenit. Locus tamen depravatus est, qui fortasse sic emendandus est: Θηλάστριαν, τὴν τροφὸν, τὴν παῖδα θηλάζουσαν vel τῶν παίδων τιτθήν. Sallier.

Fortasse legendum: Θηλάστριαν, τὴν τῶν τέκνων τροφόν, deletis verbis reliquis: aut si velis ea servari, rescribendum: τὴν τῶν παίδων τιτθήν. τὴν facile potuit excidere ob sequens τῶν. Sed totam glossam arbitror alienam esse, non Moeridis. Certe *Hesychius* diserte tradit, θηλάστριαι vocabulum Ionicum esse; nam pro Ἰακχῶ apud eum emendari oportere Ἰακὸν, iam *Casaubonus* ad Athen. VII. 4. recte vidit. Fischer.

Θηλάστριαν. Vox τέκνων abest etiam a Cod. Regio, Coll. Schl. et Gronov. Vel sic tamen locus unus e difficillimis est; forte autem hoc modo constituendus: Θηλάστριαν, τὴν τροφὸν τῶν παίδων (vel παιδίων), θηλώ. vel τιτθὴν, τροφὸν τῶν παιδίων, θηλώ. Ultima vox quin vere a me restituta sit, dubitaturum confido neminem. In Collatione certe

Θωμὸν[18], Ἀττικῶς, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. θημῶνα, Ἑλληνικῶς.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ι.

Ἰάλεμος[1], Ἀττικῶς. σημαίνει δὲ τὸν θρῆνον καὶ τὸν ψυχρὸν ἄνθρωπον.

Gronoviana ita exaratum est, ut vix discerni queat, scriptumne fuerit *θηλὼ* an *θῆλυν*. in Leid. *θηλήν*. *Plutarchus* Quaest. Rom. T. II. p. 278. D. *ὥσπερ ἡμεῖς τὰς τρεφούσας τὰ παιδία γάλακτι θηλοὺς ἀπὸ τῆς θηλῆς καλοῦμεν, οὕτως ἡ Ῥουμίνα θηλώ τις οὖσα καὶ τιθήνη, καὶ κουροτρόφος.* Ita enim legi debere monuit Vir laude mea maior *L. C. Valckenaerius* ad Euripid. Phoeniss. p. 168. f. ubi nomen *θηλὼ* veluti ex fuga paene retraxit, duobus aliis *θηλονὴ* et *θηλωτὶς* e Graecia abire iussis. Pro *παίδων* praestat *παιδίων*. *Παιδία* enim semper denotant *infantes*, *παῖδες* non item. Pro *θηλὼ* Iones et Attici dixere *θηλάστριαν*, ut praeter *Cratinum* et *Eupolin Sophocles* Alexandra. *Hesychius*: *Θηλάστρια, τροφός. ἔστι δὲ Ἰακόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρᾳ.* Unde in
190 *Photii* loco, quem Cl. *Albertius* ad Hesych. etiam protulit, pro *ἰδίως* aliquando conieci reponendum *Ἰακῶς*, quod nondum displicet. *θηλαμὼν* hoc sensu *Lycophroneum* est, v. 31. Vid. *Hesychius* et notae. De verbo *θηλάζω* *Graevius* ad Luciani Soloecist. [4.] T. III. p. 558.

18. *Θωμός*] In MS. *Θωμὸν*, et dein *θημῶν*. Hudson.

Sic et Leid. At in Coisl. Reg. Coll. Gronov. bene *θωμὸν* et *θημῶνα*. *Θωμὸς* legitur apud *Aristoph.* Lysistr. v. 973. in fragm. e *Δαιταλεῦσι* apud *Polluc.* lib. X. sect. 158. *Aeschylum* Agam. v. 303. quae loca iam excitavit Cl. *Arnaldus* Animadv. p. 130. *Eustathius* ad Od. *E.* p. 229. l. 13. *δοκεῖ ταυτὸν εἶναι θημὼν καὶ θωμός. φησὶ γάρ τις παλαιὸς, ὅτι θωμοὶ ἐν τῷ ω, οὐχὶ θημοὶ* (sic) *οἱ τῶν σπερμάτων σωροί.*

1. *Ἰάλεμος*] Addiderat huic glossae *Hudsonus*: *Ἰάλεμος, τὸν ἔκλυτον, Ἑλληνικῶς.* quae in MSS. post *Ἴσχειν* demum sequuntur, ubi ea reposui. Alia super hoc loco est Cl. *Oudendorpii* ad Thomam M. coniectura: *σημαίνει δὲ τὸν θρῆνον, καὶ τὸν ψυχρὸν ἄνθρωπον, τὸν ἔκλυτον Ἑλληνικῶς.* vel cum *Hemsterhusio*: *Ἀττ. σημ. μὲν τὸν θ. κ. τ. ψ. ἀ. τὸν δὲ ἔκλυτον Ἑλληνικῶς.* De Jalemo omnia decantata. In *Apollonii Rh.* lib. IV. v. 1304. pro *ἰήλεμον* Codex Guelferbyt. habet *ἰάλεμον*, quod potest adsciscì. Pro homine autem *molli*, *enervi*, *ἐκλύτῳ*, nuspiam reperi, nisi forte hac significatione sumendum sit in *Menandri* Thesauro v. 7. *Ὅταν δ' ἔρωτος τόλ-*

Ἴκταρ [2], *Πλάτων Πολιτείᾳ, οὐδὲ ἴκταρ, ὅπερ ἐστὶν, οὐδὲ ἐγγὺς ἢ βραχέα.*

Ἱερεία [3], *μακρῶς τὴν τελευταίαν, καὶ παροξυτόνως τὴν παραλήγουσαν, Ἀττικοί. ἱέρεια βραχέως τὴν ἐσχάτην, βαρυτόνως τὴν παρατελευταίαν, Ἕλληνες.*

μαν ἀφέλῃς, οἴχεται, Εἰς τοὺς ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἔγγραφε.

2. *Ἴκταρ — οὐδὲ ἴκταρ*] Vide *Stephanum* de Dial. Gr.
191 p. 227. HUDSON.

Ἴκταρ, Ἀττικῶς. Postrema vox abest a Coisl. Cod. nec additam oportuit. In eodem Codice caetera sic leguntur: *οὐδὲ ἴκταρ, ὅπερ ἐστιν, οὐδὲ ἐγγὺς, οὐδὲ βραχέα.* Legendum fortasse: *Ἴκταρ, ὡς Πλάτων Πολιτείᾳ, οὐδὲ ἴκταρ βάλλει, ὅπέρ ἐστιν, οὐδὲ ἐγγὺς βάλλει.* SALLIER.

Ἴκταρ. Hudsonus hunc locum ita interpolaverat: *Ἴκταρ, (Ἀττικῶς.) Πλάτωνος Πολιτείᾳ, οὐδὲ ἴκταρ (βάλλει) ὅπερ ἐστὶν, οὐδὲ ἐγγὺς (τοῦ σκοποῦ γίνεται).* Primum pro *Πλάτωνος* e Cod. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. restitui *Πλάτων.* Pro *πολιτείᾳ* in Bibl. Coisl. est *πολιτικῶν,* ut et in Coll. Ward. in Gronov. *πολιτ.* Malim *πολιτικοῖς.* Locus enim est de Republ. lib. IX. p. 720. F. [p. 575. C. St.] Pro *ὅπερ* Coll. Gron. *ἥπερ.* male. In fine voces *ἢ βραχέα* ab *Hudsono* omissas exhibent MSS. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. Ward. Leidensis *βραχέα* vel *βραχέως.* Vid. *Ruhnkenius* ad Timaeum v. p. 109. [p. 149.] et *Heringa* Obs. Crit. cap. 20. p. 167.

3. *Ἱερεία*] Diversus abit *Thomas Magist.* Vide *Etymol. Magn.* v. *Θυσία,* v. *Ἐγχείησι,* et *Phavorinum* v. *Ἱέρεια.* HUDSON. Atque *Herodian.* ad calcem *Phrynichi* p. 200. [p. 456. Lob.] FISCHER.

Ἱερεία. Moeridi consentit *Aelius Dionysius* apud *Eustathium* ad Odyss. *H.* p. 284. l. 27. *οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐξέτεινον τὰς τῶν τοιούτων ὀνομάτων ληγούσας. διὸ καὶ παρώξυναν αὐτά. ἀγνοία γάρ, φησιν, ἔλεγον καὶ ἡ εὐκλεία, καὶ ἡ ἱερεία, καὶ ἡ διανοία, καὶ ἡ ἀναιδεία δέ φησι καὶ ἡ προνοία. ὧν πάντων ἐκτείνεται μὲν ἡ τελευταία, ἡ δὲ πρὸ αὐτῆς ὀξύνεται. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν· ὦ προνοία καὶ ἀναιδεία.* Conf. *Etymol.* l. ab *Hudsono* cit. Idem p. 774. l. 33. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐκτείνουσι τὸ ᾱ, καὶ καταβιβάζουσι τὸν τόνον, καὶ φυλάττουσι τὴν αὐτὴν γραφὴν ὑγιεία, ὥσπερ τὸ ἱερεία.* Haec ad *Moeridem* illustrandum. Nunc breviter lectionum varietates enotemus. Pro *παροξυτόνως* Collat. Ward. et in Montef. B. Coisl. *ὀξυτόνως.* Dein *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες* pro *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς* scripsi e Coisl. Reg. Coll. Gr. In Gron. Coll. secundo loco est *ἱέρειαν.* Pro *παρατελευταίαν* Coll. Ward. *πα-* 192
ρατέλωτον. Gronov. et in Montef.

Ἱππέα [4], βασιλέα, ἁλιέα, μακρῶς, Ἀττικῶς.
* Ἱερεῖον [5], πᾶν τὸ θυόμενον τοῖς θεοῖς χωρὶς ὑός.

B. Coisl. *παρατέλευτον*, quemadmodum apud *Scholiastam* Aristophanis scribi notavit *Stephanus* in Thesauro. Pro *βραχέως* in Bibl. Coisl. *βραχειαν*. In Collationibus nostris nihil horum e Cod. Coisl. annotatum. Et sunt revera levicula.

4. *Ἱππέα — μακρῶς*] Cuius rei rationem sic reddunt *Grammatici Veteres* (Etymol. p. 190. in.): *Ἐπεὶ τὴν γενικὴν διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, τούτου χάριν καὶ τὴν αἰτιατικὴν ποιοῦσιν εἰς ᾱ μακρὸν, ἵνα ἰσόχρονος γένηται τῇ ἰδίᾳ γενικῇ. Εὐριπίδης* (Androm. v. 545.)· *Καὶ μὴν δέδορκα τόνδε Πηλέα πέλας.* Vide *Thomam Magistrum* v. *Ἑρμηνέα*, *Phrynichum* v. *Ἡρακλέα* [p. 156. Lob.] et Indicem secundum ad *Euripidem* ex Edit. Cl. *Barnesii* sub initium. Hudson.

Ἱππέα. Collatio Gron. vocem *ἁλιέα* praeponit alteri *βασιλέα*. Quae addiderat *Hudsonus βραχέως Ἑλληνικῶς* facile poterant intelligi. Attici accusativum nominum in *ευς* producunt. *Suidas: Ἀτρέα καὶ καθόλου τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς συμφώνῳ παραληγομένων αἰτιατικὰς μηκύνουσι. τὰς δὲ καθαρὰς τοῦ ευς συναιροῦσι χοᾶ καὶ Μηλιᾶ καὶ Σουνιᾶ. Ἴωνες δὲ συστέλλουσι τὰς προτέρας, Ἀτρέα καὶ Πηλέα βραχέως λέγοντες. διὸ καὶ παρὰ τοῖς Τραγικοῖς οὐκ ἀναγκαῖον ἐκτείνειν, εἰ μὴ μέτρον ἀναγκάζει.* Idem: *Αἰγέα καὶ Ἐρεχθέα καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐκτείνουσι* (sic leg. pro *ἐκένου*) *τὸ τελευταῖον ἄλφα. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι· Τὸν Ἐρεχθέα μοι καὶ τὸν Αἰγέα κάλει.* Apud tragicos huius generis occurrunt *Ἀχιλλέα, Θησέα, Ὀδυσσέα, Ὀρφέα, Πηλέα*. Conf. *Valcken.* ad Eur. Phoen. v. 1258. *βασιλέᾱ* apud *Aeschyl.* Agam. v. 530. *Δέξασθε κοσμῷ βασιλέᾱ πολλῷ χρόνῳ. Ἱερέᾱ Aristoph.* Av. v. 850. *Τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ.* Plut. v. 1183. *Στροφέᾱ* Idem Danaisin apud *Suid.* v. *Αὔλειος. Πρὸς τὸν στροφέᾱ τῆς αὐλείας ἐχίνου κεφαλὴν κατορύττειν.* Ultimam tamen in *φονέα* ter corripuit *Euripides*, Hecub. v. 882. *Σὺν ταῖσδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.* Electr. v. 599. *Λέξον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρός.* et v. 763. Quod forte illi more Jonum licuit. Sed idem in *ψυγέα* a *ψυγεὺς* fecit *Euphorion* Comicus apud *Athenaeum* lib. XI. p. 503. A. *Ἐπὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὸν ψυκτηρίαν.* qui eo loco nomen *ψυγεὺς* tanquam peregrinum ridet et ista ratione forte excusari potest.

5. *Ἱερεῖον*] In Cod. Reg. *τοῖς* abest. Sed tota Glossa in 193
Cod. Coisl. desideratur, ex *Hesychio* aut alio quopiam Lexicographo *Moeridi* assuta. Infra: *Ἱερεῖον, Ἀ. θῦμα, Ἑλλ.*

Ἰσχίον [6], τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται, Ἀττικῶς. οἱ δὲ Ἕλληνες τὰ νῶτα ἰσχία.

* Ἰδὲ [7], ὀξύτονον, Ἀττικῶς. ἰδὲ, ὡς τὸ εἰπὲ, λαβὲ, εὑρέ.

Ἴσθμιον [8], Ἀττικῶς. περιστόμιον ἢ φρεάτιον, Ἑλληνικῶς.

6. Ἰσχίον] In MS. ἴσχυον. Hudson. *Hesychius:* ἰσχία — τὰ κοῖλα τῶν γλουτῶν, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται. Leg. ἐν οἷς. Fischer. Vide *H. Stephanum* Ind. Thes. et *Foësium* in Oecon. Hippocratis v. *Scholiasta Theocriti* ad Id. VI. v. 30. — καὶ γὰρ ὄκ' ἤρων Αὐτᾶς, ἐκνυζῆτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα. ἰσχία, inquit, τὰ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν (leg. μηρῶν) ὀστᾶ, ἐν οἷς ἔγκειται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. ἔχουσι δὲ τὰ τοιαῦτα τα λεγόμενα ἰσχία κοιλότητας τινὰς, εἰς ἃς αἱ κεφαλαὶ τῶν μηρῶν ἁρμόζονται. αἱ δὲ κοιλότητες αὗται καὶ γλουτὰ λέγονται καὶ κοτύλαι παρὰ τὴν κοιλότητα. *Callimachus* H. in Apoll. v. 79. de tauris posuit: ἦ ἐνὶ πολλοὶ Ὑστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι. Qui vero pro *tergo* hoc nomine in plur. fuerit usus, novi neminem, nisi forte hoc sensu sumi debeat in *Homeri* Jl. Υ. v. 170. de leone ad pugnam se excitante: Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται. Sed vulgata explicatio per *femora* fere praeplacet.

7. Ἰδέ] In Cod. Coisl. eam vocem non reperias. Sallier.

Abest etiam a Cod. Regio, ex alio quopiam Atticista, ut videtur, descripta. *Eustathius* ad Jl. *B.* p. 258. l. 22. Τονώσεως δὲ διαφόρου Ἀττικῆς καὶ τὸ ἰδὲ καὶ λαβὲ, ἀντὶ τοῦ ἴδε καὶ λάβε, κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ. Quibus similia sunt, quae habet *Scholiastes* Homeri in Cod. Wetsten. ad Jl. *A.* v. 85. τρία εἰσὶν ὀξυνόμενα εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ· ὁ Ἡρωδιανὸς δὲ λέγει, ὅτι ταῦτα παραληγόμενα μακρὰ ταύτης ἔλαχε τῆς τάσεως, τὰ γὰρ βραχέως παραληγόμενα βαρύνονται. Ἀττικὸν δὲ τὸ ἰδὲ καὶ λαβέ. *Ulpianus* ad Demosth. p. 228. B. λαβὲ Ἀττικῶς ὀξύνεται.

8. Ἴσθμιον] φρέατος περιστόμιον *Photio* in Lex. MS. Hudson.

Ἴσθμιον. — περιστόμιον ἢ φρεάτιον. Paulo aliter *Photius* in Lex. MS. Ἴσθμιον, inquit, τὸ τοῦ φρέατος περιστόμιον. 194
Accedit veterum Glossarum auctoritas, ubi haec leguntur: Περιστόμιον φρέατος, *puteale, puteal*; vel Περιστομὶς φρέατος, *puteal:* quasi nempe vox περιστόμιον a genitivo φρέατος divelli non posset. Illud autem si verum est, *Moeris* emendandus. ἴσθμιον autem nihil aliud erit quam *margo putei,* quo sensu illud nomen alias minus obvium nusquam reperias. Sallier.

In Leid. scriptum ἴθμιον. Coll. Gron. ἰσθνίον et ἐλιστόμιον forte pro ἐπιστόμιον, quod idem ac περιστόμιον *capistrum*, qua voce ad ἴσθμιον explicandam praeter *Moeridem* utuntur *Hesychius* et *Suidas*. Sed blanditur *Photii* lectio περιστόμιον φρέατος. Quam etiam confirmat *Athenaeus*, licet et ipse corruptus, lib. XV. p. 677. C. Ἴσθμιον, proprie *collare* significans, dein latius poni coepit pro cuiusvis rei *collo*, *margine*. Sic ἴσθμιον ἀμφιφορῆος, *collum amphorae*, apud *Suidam* v. Ita enim pro ἴσθμιον ἀμφιφορῆ, ὁ τράχηλος τοῦ κεράμου διὰ τὸ στενὸς εἶναι, legendum censeo. Syllaba ος compendio scripta facillime potuit excidere. Adde *H. Stephanum* in Ind. Thesauri. Στόμιον φρέατος eadem ratione pro *putei introitu* posuit *Alexander Aetolus* in elegantissima illa Elegia, quam conservavit *Parthenius* apud *Photium* Bibl. cap. 14. p. 373. ed. Galei. Adscribam plusculos versiculos, quemadmodum castigandos esse opinor: Δὴ τότε οἱ τεύξει μητιόεντα δόλον, Μύθοις ἐξαπάφουσα. λόγος δὲ οἱ ἔσσεται οὗτος· Γαυλός μοι χρύσεος φρείατος ἐκ μυχάτου Νεῖον ἀνελκόμενος, διὰ μὲν καλὸν ἤρικεν οὖσον, Αὐτὸς δ᾽ ἐς νύμφας ᾤχετ᾽ ἐφυδριάδας. Πρός σε θεῶν, ἀλλ᾽ εἴ μοι, ἐπεὶ καὶ παῖσιν ἀκούω Ῥηϊδίην οἶμον τοῦδ᾽ ἔμεναι στομίου, Ἰθύσας ἀνέλοιο, τότ᾽ ἂν μέγα φίλτατος εἴης. Versu 4. editur: Νῦν ὄγ᾽ ἀνελκόμενος διὰ μὲν καλὸν ἤρικε νοῦσον. quae omni sensu carent et interpretem miserum in modum deceperunt. Ex nostra autem correctione sensus hic oritur egregius: *Mulctra aurea mihi, cum ex profundo puteo nuper attraherem, perrupit quidem pulchrum funem, ipsa autem ad Nymphas Ephydriadas abiit*, id est, *in fundum cecidit*. Νεῖον vox poëtica pro νέον rectius huc convenit, quam Νῦν ὄγ᾽. Vide, si lubet, de ea *D. Ruhnkenium* Ep. Crit. II. p. 52. Ἤρικε ab ἐρείκω, *scindo*, *rumpo*. *Hesychius*: Ἤρισεν (male pro ἤρικεν), ἔσχισεν, ἔῤῥηξεν. Οὖσον eodem *Hesychio* interprete est σχοινίον, *funis*. Οὖσα, σχοινία, νέως ὅπλα. Versu 6. pro πᾶσιν reponendum omnino παῖσιν, cuius permutationis exempla sunt vulgaria. Ultimo denique versu pro τοι ἂν μέτα scribo τότ᾽ ἂν μέγα φίλτατος εἴης. Μέγα enim sic solet superlativis adiungi, ut ὄχα, πολλόν. *Theocritus* Id. VII. v. 100. — Οἶδεν Ἄριστις Ἔσθλος 195
ἀνὴρ μέγ᾽ ἄριστος. Ita enim e *Scholiasta*, Οἶδεν ὁ Ἄριστις ὁ κιθαρῳδὸς, ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ, ὁ μέγα ἄριστος, corrigendum puto pro μέγ᾽ ἄριστις. Quasi dicas: *Aristis vir sui nominis*. Conf. *Valckenaer*. ad Eur. Phoen. p. 243. seq. Ἡρώων ὄχ᾽ ἄριστοι pro οἱ ἄριστοι malim in *Apollonii Rh.* lib. IV. V. 1307. Plura in venustissimis *Parthenii* versibus supersunt emaculanda, quae apponerem: sed modus est adhibendus nec extra oleas evagandum. Neque tamen hunc excursum hominibus venustis et poëticae suavitatis plane non expertibus ingratum fore opinamur.

Ἱμονιὰ[9], Ἀττικῶς. ἱμὰς, ὁ λῶρος, Ἑλληνικῶς. λέγεται καὶ τὸ καλώδιον.
Ἰλιγγιᾷν[10], ἀντὶ τοῦ στροβοῦσθαι ἢ περιφέρεσθαι, Ἑλληνικῶς.

9. Ἱ μ ο ν ι ά] τὸ τῶν ἀντλημάτων σχοινίον *Photio* in Lex. MS. Hudson. Extat glossa Nostri apud *Ducangium* Gloss. p. 836. sed absunt ibi verba postrema: λέγεται καὶ τὸ καλώδιον. *Thomas M.* ἱμονιὰ, οὐκ ἀντλητήριον. Fischer.

Ἱμονιά. In Coisl. Cod. desiderantur haec verba: ἱμὰς ὁ λῶρος, Ἑλληνικῶς, atque *Moeridis* non esse ut suspicemur illud in causa est, quod ἱμὰς in vocum Atticarum censum venire debere constet vel ex solis Lexicis. Scribendum igitur: Ἱμονιὰ Ἀττικῶς λέγεται τὸ καλώδιον. Ἱμονιὰ enim proprie *funis* est, *quo sitellae in puteos aquae hauriendae causa demittuntur*, ut ex his *Philonis* [Vit. Mos. lib. I. §. 10. p. 89. ed. Mang.] p. 474. perspectum est: ἑπτὰ δὲ κόραι πατρὸς ἱερέως ποίμνην ἄγουσαι παρῆσαν ἐπί τινα πηγὴν, καὶ τῶν ἱμονιῶν ἐκδησαμέναι τοὺς καδίσκους, ἄλλη διαδεχομένη παρ' ἄλλης ὑπὲρ τῆς ἐν τῷ πονεῖν ἰσομοιρίας, μάλα προθύμως, αἱ πλησίον ἔκειντο, πληροῦσι. Sallier.*

Ἱμονιά. In Coisl. Reg. Leid. Coll. Gronov. est ἱμονίαν cum acuto in penultima. In accentu alibi etiam in hac voce variatur. Scribitur et ἱμωνιὰ per ω, ut apud *Moschopul. Π. Σ.* p. 16. *Suidam* in Ἀνιμᾶσθαι etc. sed per ο scribi debere monuit *H. Stephanus* in Thesauro. *Alexis* Pannychide apud *Athen.* lib. IV. p. 170. C. Οὐχ ἱμονιὰν, οὐ λακκὸν εἶδον, οὐ φρέαρ. Dein voces ἱμὰς ὁ λῶρος Ἑλληνικῶς, quas Cod. Coisl. et Coll. Schlaeg. non habent, delendae et vel in Cl. *Sallierii* coniectura acquiescendum, vel refingendum: Ἱμονιὰν Ἀττικῶς. λέγει δὲ (δὲ Coll. Schl. praebet) τὸ καλώδιον, id est *significat*, *notat*. Ab ἱμονιὰ derivatum verbum καθιμονεύειν servavit *Hesychius*: Καθιμονεύει, καθίησι, pro quibus inferius sua serie posuit: Κατιμενεύει vel Κατημενεύει, καθιεῖ, quae ad priorum normam debent corrigi. 196

10. Ἰ λ ι γ γ ι ᾷ ν, Ἀ τ τ ι κ ῶ ς] Vox Ἀττικῶς abest a Cod. Coisl. Ibidem pro στροβεῖσθαι legitur στροβοῦσθαι. Sallier.

Vocula Ἀττικῶς abest ab omnibus Codd. quae forte depravata latet in ἀντὶ τοῦ, sed etiam facile intelligi potest. Pro στροβεῖσθαι Coisl. Reg. Leid. Coll. Schl. Gronov. praeferunt στροβοῦσθαι, quod idem videtur ac στρομβοῦσθαι vel στροφοῦσθαι. Pro περιστρέφεσθαι autem praetuli περιφέρεσθαι ex optimis Codd. Coisl. et Regio, non ignarus, alterum defendi posse aut etiam reponi περιτρέπεσθαι, quod *Hesychius* per εἰλιγγιᾷν interpretatur. Haec ad *Moeridis* verba constituenda. Nunc paulo accuratius de verbo ἰλιγγιᾷν sive εἰλιγγιᾷν dicamus. Nomen ἴλιγγος

per $\overline{ι}$, verbum per $\overline{ει}$ scribi debere tradunt *Scholiasta* Aristophanis ad Acharn. v. 581. et *Suidas* in *Εἰλιγγιῶ* et *Ἰλιγγιῶ*. Sed audiendi non sunt; utraque enim ratione utrumque scriptum apud quosvis auctores occurrit. *Εἴλιγγος* sive *ἴλιγγος* pro *vortice*, *gyro* poni videtur in *Apollonii Rhodii* lib. IV. v. 139. 142. *Ὡς δ' ὅτε τυφομένης ὕλης ὑπὲρ αἰθαλόεσσαι Καπνοῖο στροφάλιγγες ἀπείριτοι εἱλίσσονται, Ἄλλη δ' αἶψ' ἑτέρῃ ἐπιτέλλεται αἰὲν ἐπιπρὸ Νειόθεν εἰλίγγοισιν ἐπήορος ἐξανιοῦσα.* Ita certe explicuit *H. Stephanus* Thes. T. I. p. 1188. G. Sed malim littera mutata scribere vel *εἰλιγμοῖσι* vel *εἰλίγγῃσι*. *Hesychius*: *Ἰλίγγη, συστροφὴ, καὶ τὰ ὅμοια.* *Scholiastes* Apollonii interpretatur: *ταῖς εἰλήσεσι καὶ συστροφαῖς τοῦ σφοδροῦ καπνοῦ.* *Volumina fumi* dixere *Ovidius* Met. lib. XIII. v. 601. et *Lucanus* lib. III. v. 505. Pro *intestinorum tormine* *ἴλιγγον* adhibuit *Nicander* Alexiph. v. 595. atque ita explicari potest in *Themistii* Or. XXII. p. 280. C. de aquis venenatis: *σπασμὸν ἐμποιοῦντα καὶ ἴλιγγον τοῖς πιεῖν ἐκ τῆς χρόας ἀπατηθεῖσι.* Sed praestat vulgatam sequi interpretationem, *vertiginem*. *Tenuioris* enim *intestini morbus* Graece plerumque dicitur *εἰλεος*, *ἴλεος* (*Hesychius* habet etiam *ἴελος*), Latine *ileus*. Vid. *Foësii* Oecon. Hippocr. v. *Hesychius*: *Ἴλιγγος καὶ Ἴλιξ ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτισμός. ὁ γὰρ τῶν ἐντέρων θόρυβος ἴλεος λέγεται ὁ σπαραγμός.* Ita optime hunc locum emaculavit *G. Arnaldus* Lect. Gr. p. 73. *Scholiastes* Aristoph. ad Acharn. v. 581. *Ἰλιγγιῶ. σκοτοδινῶ, ὑπὸ τῆς γαστρὸς συνέχομαι. Τοῦτο δὲ καὶ Συρακούσιοι* 197 *εἴλεον λέγουσι.* Unde medelam exspectat graviter affectus *Suidae* locus in *Εἰλιγγιῶ. τοῦτο δὲ οἱ Συρακούσιοι σίελον λέγουσι.* Imo *εἴλεον* vel *ἴλεον*. *Ἴλιξ* autem vel *ἴλιγξ* de *vorticibus aquarum* poni solitum, eadem, qua *ἴλιγγος*, significatione reperiri, nondum persuadet *Hesychius*. In *Luciani* certe loco de Merced. Cond. [11.] T. I. p. 666. l. 5. quem protulere *Budaeus* et *H. Stephanus*, non *ἴλιγξ* legitur, sed *ἴλιγγος*. Hoc autem nomen adhibetur de *vertigine capitis*, *oculorum*, e prospectu ex alto ad inferna, ex nimia rotatione, ex plaga, e nimio vino aut veneno aut alia quacunque demum causa orta. *Plato* de Republ. lib. III. p. 623. B. [p. 407. C. St.] *κεφαλῆς τινὰς αἰεὶ διατάσεις καὶ ἰλίγγους ὑποπτεύουσα.* *Nicander* Ther. v. 247. *Ἀμφὶ καὶ ἰλίγγοις δέμας ἄχθεται.* *Achilles Tat.* lib. II. [cap. 24.] p. 119. *ἡ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὸ εἰλίγγου κατέπεσεν.* *Heliodorus* lib. VI. [cap. 9.] p. 289. l. H. *λύζουσά τε καὶ βρύχιον ἀναστένουσα, ἕως ἂν αὐτὴν ὑπὸ τῆς ἄγαν λύπης ἀχλύς τε καὶ ἴλιγγος ὑποδραμὼν καὶ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ζοφώσας πρὸς ὕπνον ἔλαθεν ὑποφέρων.* Elegantissimus est *Aeliani* locus H. A. lib. VII. cap. 20. Lupi *εἰς κύκλον ἑαυτοὺς περιάγοντες, εἶτα μέντοι θέουσιν· ὅταν δέ τις αὐτῶν ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν δρόμον ἰλίγγου σκοτοδινιάσῃ καὶ περιτραπῇ, οἱ λοιποὶ κειμένῳ προσπεσόντες σπαράττουσιν αὐτὸν καὶ ἐσθίουσι.* Leviter depravatus

est *Etymologus* v. *Κώνειον*. *Κώνειον δὲ αὐτὸ καλοῦσι διὰ τὸν γινόμενον εἰλιγμὸν καὶ σκότον τοῖς πίνουσι*. Legendum *εἴλιγγον*, ut in supra laudato *Themistii* loco. A propria autem significatione facile fluxit figurata pro *aestu, dubitatione, haesitatione hominis, nescientis, quo se vertat.* Vid. *Budaeus* Comment. et *Stephan.* Thes. *Plato* de Legg. lib. X. p. 950. B. [p. 892. E. St.] *μὴ δὴ σκοτοδινίαν ἴλιγγόν τε ὑμῖν ἐμποιήσῃ, παραφερόμενός τε καὶ ἐρωτῶν ἀήθεις ὄντας ἀποκρίσεων*. *Themistius* Or. XX. p. 235. A. *Ὥστε ὁ μὲν ἄρτι προσιὼν τοῖς ἀδύτοις, φρίκης τε ἐνεπίμπλατο καὶ ἰλίγγου, ἀδημονίᾳ τε εἴχετο καὶ ἀπορίᾳ συμπάσῃ*. quo loco *Platonem* imitatur in Theaet. p. 128. E. [p. 175. D. St.] *ἰλιγγιῶν τε γὰρ ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν ὑπὸ ἀηθείας, ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαρβαρίζων*. ubi fortassis reponendum *βατταρίζων* ex alio eiusdem *Themistii* loco Or. XXII. p. 278. A. *ὄψει γὰρ αὐτὴν* (*calumniam*) *ἰλιγγιῶσαν εὐθέως καὶ λιγυζομένην καὶ βατταρίζουσαν καὶ οὐκ ἔχουσαν ὅ τι χρήσεται*. Pro *λιγυζομένην*, quod procul dubio depravatum est, quod reponam, non habeo. [corr. *λυγιζομένην*. v. *Porsoni* Miscell. Criticism. p. 266.] In *Platonis* loco Cl. *Valckenaerio* placebat *χαρηβαρῶν*. Sed nimis longe hac via a tramite nostro aberraremus. Illuc redeo. *Ἰλιγγιᾶν* homines dicuntur *vertigine laborantes* quacumque demum ex causa. Ita de ebrio *Clemens Alexandr.* Paed. lib. II.
198 p. 187. l. 25. *ὥστε ὅτῳ* (leg. *οἵῳ*) *τρόπῳ Ἐλπήνωρ ἀστράγαλον ἐάγη καταπεσὼν ὑπὸ μέθης, οὕτω τούτων ὁ ἐγκέφαλος ἄνωθεν ἰλιγγιάσας ὑπὸ μέθης ἐπὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν καρδίαν, τουτέστιν ἐπὶ τὴν φιληδονίαν καὶ τὸν θυμὸν καταπίπτει*. Comp. p. 185. l. 29. *ὁ δὲ κυβερνήτης ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος περιφέρεται τῷ κλύδωνι ὑπερεχούσης τῆς μέθης. ἐνθαλαττεύων τε εἰλιγγιᾷ τῷ ζόφῳ τῆς καταιγίδος*. *Plato* Phaedon. p. 60. B. [p. 79. C. St.] *καὶ αὐτὴ* (*anima*) *πλανᾶται καὶ ταράττεται καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥσπερ μεθύουσα* [cf. *Plat.* Ep. VII. p. 325. E. St.]. *Cum iam vertigine tectum Ambulat et geminis exsurgit mensa lucernis, Juvenal.* Sat. VI. v. 304. ad quem locum appositissimum *Senecae* Ep. 83. protulerunt Interpretes: *Adiice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum.* De anu, quae venenatum poculum sumpserat, *Heliodorus* lib. VIII. [cap. 7.] p. 389. l. 32. *καὶ οὔπω τὸ πᾶν ἐκπέπωτο καὶ ἰλιγγιᾶν ἐφαίνετο ἡ πρεσβῦτις*. *Diogenes Laërtius* lib. VII. sect. 184. *ἰλιγγίασε βάκχον ἐκπιὼν χανδὸν Χρύσιππος*. Similiter post gravem plagam acceptam *vertigine corripi*. *Plato* Protag. p. 236. C. [p. 339. E. St.] *ὥσπερεὶ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτου πληγεὶς ἐσκοτώθην τε καὶ ἰλιγγίασα*. quem locum citat *Pollux* lib. II. sect. 41. *Aristophanes* Acharn. v. 1216. *Ἰλιγγιῶ κάρα λίθῳ πεπληγμένος*. Quod autem multis hominibus accidit, ut ex alto in profundum

Ἴσχειν[11], Ἀττικῶς. ἔχειν, Ἑλληνικῶς.
Ἰάλεμον[12], τὸν ἔκλυτον, Ἑλληνικῶς.
Ἰσοτελὴς[13], ὁ ξένος ὁ μετέχων τῶν νόμων καὶ τῶν πραττομένων πάντων πλὴν ἀρχῆς μέτοχος, Ἑλληνικῶς.

despicientes vertigine quadam urgeantur, id Graeci eodem verbo ἰλιγγιᾷν expresserunt. *Lucianus* Icaromen. [11.] T. II. p. 763. l. 60. τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγιῶν ὑπὸ βάθους, qui eadem ratione σκοτοδινιᾷν adhibuit [Philops. 24.] T. III. p. 51. Conf. D. Mar. [9, 2.] T. I. p. 313. l. 63. *Platonis* Theaet. p. 128. E. [p. 175. D. St.] supra laudatum. Sed latius patet hoc verbum. *Aristophanes* Acharn. v. 581. Ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ἰλιγγιῶ. *Lucianus* Tox. [30.] 11. p. 529. [539.] l. 58. ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. *Heliodorus* lib. V. [cap. 6.] p. 219. l. 31. ἰλιγγιάσαντες οὖν πρὸς τὴν θέαν, ἐπιπλεῖστον ἀχανεῖς εἱστήκεισαν. Hinc figuratae notiones *dubitandi*, *haerendi*, *aestuandi*, *timendi*, aliae sponte fuerunt natae. De quibus figuratis huius verbi notionibus accurate se acturum ad Phalaridis Epistolas indicavit mihi *Joan. Dan. Lennepius*. Quare, ne falcem in Viri eruditissimi hominisque amicissimi segetem immisisse videar, hic notae vel sic nimis fortassis longae finem imponam. [v. illum ad Ep. 7. p. 35. sqq.]

199 11. Ἴσχειν] *Aristophan.* Nub. v. 979. Eq. v. 721.

12. Ἰάλεμον] Vide supra.

13. Ἰσοτελής] ὁ ξένος. Articulum ὁ e MSS. C. R. Coll. Schl. et Gron. restitui. Ἀττικῶς, quod *Hudsonus* post ἀρχῆς interseruerat, necesse non erat, isto autem loco plane ineptum; *inquilini* enim ἰσοτελεῖς nunquam Graece dicti fuerunt μέτοχοι. Vox μέτοχος potuerat a *Moeride* omitti, ubi praecesserat μετέχων, sed commode servabitur distinctione sic posita: ὁ ξένος ὁ μετέχων τῶν νόμων καὶ τῶν πραττομένων πάντων, πλὴν ἀρχῆς μέτοχος. Hoc si minus placeat, scribamus μέτοικος. Quanquam enim revera magna erat differitas inter ἰσοτελεῖς et μετοίκους, quam tradidit *Ammonius*, ἰσοτελεῖς tamen erant *inquilini* μέτοικοι; et apud *Hesychium* occurrunt Ἰσοτελεῖς μέτοικοι, ἶσα τοῖς ἀστοῖς τέλη διδόντες. Adeatur *Ammonius* et omnino Cl. *Valckenaerius* Animadvv. lib. II. cap. 7. qui totam rem clarissima in luce posuit. Ceterum quae hic sequuntur, Ἐκ τοῦ Φρυνίχου, ab homine male feriato in *Moeridis* libellum esse intrusa monuit Amicissimus *Ruhnkenius* ad Tim. p. 110. [p. 151.] Ex eodem *Apparatu Sophistico* sequentes aliquot glossae e margine Codicis Regii in textum irrepserunt: quas, quod plane a praestantissimo Coisliniano abessent, et spes sit, brevi *Phrynichum* e Bibliothecarum latebris erutum *Ruhnkenii* opera lucem adspectu-

* [14] Ἐκ τοῦ Φρυνίχου τοῦ Ἀῤῥαβίου τῆς Σοφιστικῆς Προπαρασκευῆς. Ἰσοτελεῖς, οἱ ἴσα τελοῦντες τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες.

* Ἰαπετὸς [15], ἀντὶ τοῦ γέρων, καὶ Τίθωνος καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων.

* Ἰλιὰς κακῶν [16], ἐπὶ τῶν μεγάλων συμφορῶν ὁ λόγος τίθεται.

rum, omittere maluissem. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 43. 44.] Sed, ne quid hac etiam parte *Moeridi* deesse videretur, solito *νοθείας* signo distinxi. Hinc autem liquet, quam turpiter se dederit *Hudsonus*, qui hoc loco fultus *Moeridem Phrynicho* esse iuniorem statuit. Verum dixi ea de re in Praefat.

14. Huius operis Epitomen dedit *Photius* in Bibl. Cod. CLVIII.
200 meminitque *Suidas* v. *Φρύνιχος.* Hudson.

Ἐκ τοῦ Φρυνίχου. Haec caeteraque omnia in Cod. Coisl. desiderantur. Sallier.

Ita MS. Reg. et Coll. Gronov. plane ut in *Phrynichi* Apparatu Soph. MS. legitur. *Ἰσοτελεῖς, οἱ ἴσα τελοῦντες τοῖς πολίταις, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες.* In Huds. et Leid. est *τέλος* pro *τέλη*. Unde *Hudsonus* effinxerat: *ὅ ἐστιν ἴσον τοῖς πολίταις τέλος διδόντες.* Praeplacet *Suidae* lectio: *Ἰσοτελεῖς, ἴσα τελοῦντες, ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες.* In *Cyrilli* Lexico MS. apud *Valckenaerium* l. c. est *Ἰσοτελεῖς, ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολιτικοῖς, τέλη διδόντες.* Legendum *πολίταις.* In initio, quod paene monere neglexeram, pro *παρασκευῆς* rescripsi *Προπαρασκευῆς*, ut Reg. et Leid. recte habent.

15. *Ἰαπετός*] Secutus sum in his digerendis ordinem MSti Leidensis. E Regio et Coll. Gr. reposui *ἀντὶ τοῦ* pro *ἀντί.* Laudat hunc locum *Ez. Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 581. *Ἰαπετὸς, ὁ γέρων.* Sic etc. *Ἰαπετὸς* ita usurpatum ab *Aristoph.* Nub. v. 994. et *Luciano* D. Deor. [2, 1.] T. I. p. 206. ubi consule Magnum *Hemsterhusium. Κρόνος* valde frequens. Patronymicum Laconicum *Κρονίδαρ, πολυετής,* conservavit *Hesychius. Libanius* Opp. T. I. p. 798. B. *εἰ γὰρ ἀπαλλαγείην τοῦ Κρόνου τούτου ποτέ. Senem decrepitum Philonides* Comicus *Saturni et Tithoni abavum* dixit apud *Polluc.* lib. III. sect. 18. *Νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος νενόμισται. Martialis* vetulam eadem venustate, *Pyrrhae filiam, Nestoris nov erc,* lib. X. epigr. LXVII.

16. *Ἰλιὰς κακῶν*] *Libanius* Opp. I. p. 102. B. *καὶ δη ὅστις βούλεται μέγα σημῆναι πάθος, Ἰλιάδα προσαγορεύει κακῶν. Ovidius* e Ponto lib. II. eleg. VII.

* Ἱππίδιον[17], οὐ μόνον ἱππάριον.

* Ἰξοὶ[18], ἐπὶ τῶν γλισχρῶν καὶ φειδωλῶν. καὶ ἔοικε παρὰ τοῦ ἰξὸν γεγενῆσθαι τοὔνομα, ὅτι καὶ ὁ ἰξὸς γλισχρός ἐστι. λέγει δ' Ἀριστοφάνης οὕτως· ἰξοὶ ῥυποκόνδυλοι. ὅπερ σημαίνει καὶ αὐτὸ τοὺς γλισχροὺς, καὶ διὰ τὴν φειδωλίαν μήτε λουομένους, μήτε νιζομένους.

* Ἰσῆλιξ[19], καινότερον τοῦ ἡλικιώτης.

v. 34. *Quae tibi si memori coner perscribere versu. Ilias est fatis longa futura meis.* Sed vide Paroemiographos. [add. *Wesseling.* ad Diod. Sic. in Ecl. p. 534. *Porphyr.* de Abstin. I. 47. *Cicero* ad Att. VIII. 2.]

17. *Ἱππίδιον, οὐ μόνον τὸ ἱππάριον, (ἀλλὰ καὶ ἰχθὺν ποιόν.)*] Ita ex *Hesychio*. Hudson.

Leid. ut Pricaean. *Ἱππίδιον, οὐ μόνον τὸ ἱππάριον.* Sed in Cod. Reg. et Coll. Gron. et
201 *Phrynichi* Apparatu Sophist. abest *τὸ* articulus. In Coll. Gronov. *μόνως* pro *μόνον.* Forte scribendum: *Ἱππίδιον. οὐ μὴν ἱππάριον.* Idem *Phrynichus* in Eclog. Voc. Att. p. 76. [p. 180. Lob.] *Κυνίδιον λέγε. Θεόπομπος δὲ ὁ κωμῳδὸς ἅπαξ που κυνάριον εἶπεν.* et p. 188. [p. 180. Lob.] *Λιθάριον πάνυ φυλάττου, λιθίδιον δὲ λέγε.* Eadem ratio in *ἱππίδιον* et *ἱππάριον.* Sed praeter *Xenophontem* [Cyrop. lib. I. cap. 4, 19.] voce *ἱππάριον* usus est *Themistius* Or. XXIV. p. 306. D. *οἱ τῶν ἀθλίων ἱππαρίων δρόμοι.*

18. *Ἰξοί*] In MS. *σημαίνειν* pro *σημαίνει* et *λυομένους* pro *λουομένους.* Hudson.

Ἰξοί. In Coll. Gronov. erat *παρὰ τὸν ἰξὸν γιγονῆσθαι.* Male. [*παρὰ τὸν ἰξὸν γεγενῆσθαι* dedit Bekker.] Dein *λουομένου.* Leid. *λυομένους.* E Regio *καὶ* ante *διὰ τὴν φειδωλίαν* interserui, uti in *Phrynichi Προπαρασκευῇ* etiam legitur. Varia, quibus homines *sordide avaros* denotabant Graeci, praecipue comici, nomina recenset *Eustathius* ad Od. *P.* p. 642. l. 16. et ex eo Magnus *Casaubonus* ad Theophrasti Charact. Eth. p. 228. [p. 124. ed. *Fisch.*] *Ῥυποκονδύλους* praeter *Hesychium* et *Eustath.* l. c. habet etiam *Suidas* in *Ἄχθομαι. Ἰξοὺς Hesychius.* Sed praestat haec *Ruhnkenio* indelibata relinquere. [*ἰξοί, ῥυποκόνδυλοι* distinxit Bekker].

19. *Ἰσῆλιξ*] Is articulus in nostro Codice non comparet. Sallier.

Ἰσῆλιξ καινότερον τοῦ ἡλικιώτης. Similiter *Phrynichus* in Bibl. Coisl. p. 468. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 57, 30.] *Πολιτοκοπεῖν καινότερον τοῦ δημοκοπεῖν.* ubi frustra *D'Orvillius* ad Chariton. p. 58. [p. 234. ed. Lips.] reponit *κοινότερον.*

*Ἰδιάζειν[20], οὐ γάρ μοι σχολὴ ἰδιάζειν· ξενικῷ γὰρ ἰδιάζω πράγματι.

Ἰσότης[21], ὡς ἀρότης, Ἀττικῶς. ἰσοτὴς, ὡς βραβευτὴς, Ἑλληνικῶς.

Ἱδρῶ, Ἀττικῶς. ἱδρῶτα, Ἑλληνικῶς.

Ἰδιόξενος[22], ὁ μὴ δημοσίᾳ προσκείμενος πόλει τινὶ, ἀλλ' ἰδίᾳ ξένος.

20. Ἰδιάζειν] Is articulus in Cod. Coisl. non comparet. Sallier.

Ἰδιάζειν. In Cod. Reg. et Coll. Gron. ἰδιάζειν post σχολὴ abest. In *Phrynichi* autem Apparatu So-
202 phistico apud *Montefalcon*. Bibl. Coisl. p. 267. [v. *Bekk*. An. Gr. I. p. 43, 20.] legitur: Ἰδιάζειν ἴδιον πρᾶγμα καὶ ἰδίως λέγεται. οὐ γάρ μοι σχολή· ξενικῷ γὰρ ἰδιάζων πράγματι. Ceterum hunc etiam locum *Davidi Ruhnkenio* expediendum relinquo; id solum per communia Musarum sacra Virum Eruditissimum obtestatus, ut ne diu hunc eximium *Phrynichi* librum et praeclaras suas in eum Animadversiones, quas ipso *Phrynicho* magis desideramus, nobis invideat.

21. Ἰσότης] In Coll. Gron. est ἰσώτης et ἰσωτὴς, similiter Leid. et ἀρώτης. Vide *Thom. Mag*. Conf. *Etymol*. p. 435. f. 436. et *Suidas* in Ψάλτης, qui sibi mutuam praestant opem.

22. Ἰδιοξενὴς — ἰδίᾳ ξένος] ὁ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ξένος ὤν. *Suid*. Hudson.

Ἰδιοξενής. Corrige Ἰδιόξενος. Neque aliter illud nomen affertur ab *Ammon*. in tractatu περὶ λέξεων διαφορᾶς, *Suida*, *Photio* in Lex. MS. caeterisque Grammaticis, quorum si valet auctoritas, ἰδιόξενος proprie is est, *qui cum aliquo privatum hospitium habet*. Et ita illud nomen accipi debere ostendunt haec *Plutarchi* Moral. [de Socr. gen.] T. II. p. 576. A. ἔγνωμεν ἐνταῦθα τῶν περὶ Μέλωνα καὶ Πελοπίδαν, ὡς οἶσθα ἰδιόξενοι γενόμενοι, καὶ παρ' ὃν χρόνον ἔφευγον, ἀεὶ συνδιατρίβοντες αὐτοῖς. Sallier.

Ἰδιόξενος pro ἰδιοξενὴς corrigit Cl. *Oudendorpius* ad *Thom. M*. et sic praeferunt Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. ἰδοόξενος. In sequentibus ὁ μὴ δημοσίᾳ προσκείμενος πόλει τινι *Moeridi* plane consentit *Thomas M*. Sed in Codd. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. longe diversa est lectio: ὁ μὴ δημοσίᾳ προκείμενος πόλεώς τινος, in qua procul dubio verior latet *Moeridis* scriptura, quam tamen hactenus detegere non potui. Forte scripserat *Moeris*: ὁ μὴ δημοσίᾳ πρόξενος πόλεώς τινος. Ἰδιόξενοι occurrunt apud *Parthen*. Erot. cap. 8. p. 358. et *Aelian*. H. A. lib. II. cap. 6. Confer *Valckenaerium* ad Ammon. Animadvv. lib. III. cap. 10.

Ἴτρια[23], πλάσματα λεπτὰ σησάμῳ πεπλασμένα. λάγανα, κοινόν.

Ἰσηγορία[24], Ἀττικῶς, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. ἰσολογία, Ἑλληνικῶς.

203 23. Ἴτρια] In MS. ἴστρια. Hudson.

Ἴτρια. Codex Coisl. pro σησάμῳ habet σησάμῃ. Utrumque autem in usu fuisse ex *Theophrasto* et *Dioscoride* manifestum est. Nihil tamen in *Moeridis* contextu mutandum. Σήσαμον enim magis Atticum, quo proinde uti debuit scriptor in conquirendis vocibus Atticis sedulo, tametsi minus accurate versatus. Λάγανα, κοινῶς. *Athenaeus* tamen lib. III. p. 110. illud nomen in *Aristophanis* scriptis sibi visum esse testatur. Sallier.

Ἴτρια. MSS. omnes male ἴστρια. *Crustula melle* et *sesamo sparsa* ἴτρια vocantur. Vid. *Aristoph.* Acharn. v. 1091. *Ephippus* apud *Athen.* lib. II. p. 58. A. *Athen.* lib. III. p. 125. f. *Solon* ibid. lib. XIV. p. 645. F. Conf. *H. Stephanus* in Ind. Thesauri. *Crusta fatalia*, quae socii Aeneae consumserunt, *Dionysius Hal.* appellat ἴτρια, A. R. lib. I. p. 44. l. 36. Ἤτρια male scriptum apud *Erotianum* in Κόλλικες. Vid. *Eustath.* ad Il. Σ. p. 1188. l. 48. Ἰτριόεσσαι πόπαδες in Epigrammate a *Kustero* ad Suid. v. Γέλγιθες edito. Pro πλάσματα in Coll. Gron. est πλακ. Pro σησάμῳ Codd. C. R. σησάμῃ vel σησαμεῖ. Gronov. Coll. σησάμοι. Pro πεπλασμένα coniici posset πεπασμένα. Sed nihil mutaverim. Pro λάγανα Coll. Gron. λάγγανα. Ἀττικῶς ante hanc vocem MSSti non habent. κοινὸν pro κοινῶς C. R. et Coll. Gronov.

24. Ἰσηγορία] Pro καὶ Δημοσθ. forte leg. ὡς. *Thom. M.* ἰσηγορία, οὐκ ἰσολογία. *Hesychius* ἰσηγορία, ἰσολογία. Fischer.

Ἰσηγορία. Coll. Gron. habet ἐν τῇ pro ἐν τῷ. Locus *Demosthenis* est Mid. p. 402. C. [p. 555. Reisk. p. 499, 124. Bekk.] Οὐδὲ τὸν ἐξείργοντα δέει καὶ φόβῳ τὸ δίκην, ὧν ἂν ἡμῶν ἀδικηθῇ τις, λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, ἄλλο τι χρὴ νομίζειν ποιεῖν ἢ τὰς τῆς ἰσηγορίας καὶ τὰς τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν μετουσίας ἀφαιρεῖσθαι. Utitur et de Rhod. Lib. p. 80. A. [p. 195. Reisk. p. 176, 18. Bekk.] οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ὀλίγοι πολλοῖς, καὶ ζητοῦντες ἄρχειν, τοῖς μετ' ἰσηγορίας ζῆν ἠρημένοις, εὖνοι γένοιντ' ἄν. Or. Funeb. p. 156. A. [p. 1397. Reisk. p. 588, 28. Bekk.] adv. Leptin. p. 364. A. [p. 461. Reisk. p. 417, 16. Bekk.] *Aeschines* in Timarch. p. 194. B. [p. 24. Steph. p. 306, 173. Bekk.] de Falsa Legat. p. 262. B [p. 43. Steph. p. 353, 117. Bekk. ubi tamen pro ἰσηγορίας nunc legitur σωτηρίας.] *Isocrates* Archid. T. II. n. ed. p. 61. [p. 136. Steph. p. 153, 97. Bekk.] *Xenoph.* Cyrop. lib. I. [cap. 3, 9.] p. 10. f. de Rep. Athen. [cap. 1, 204
12.] p. 693. C. διὰ τοῦτο οὖν ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν, καὶ

Ἱστάναι[25], Ἀττικῶς. ἱστάνειν, Ἑλληνικῶς.
Ἱππέας[26], μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς.
Ἱερεῖον[27], Ἀττικῶς. θῦμα, Ἑλληνικῶς.
Ἰλυσπώμενος[28], Ἀττικῶς. εἰλούμενος, Ἑλληνικῶς.

τοῖς μετοίκοις πρὸς τοὺς ἀστούς. *Herodotus* lib. V. cap. 78. Utuntur et alii. In *Suida* duae Glossae coniungendae sunt: Ἰσηγορεῖ, ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. Πολύβιος. In *Polybii* enim fragmento legitur ἰσηγορία.

25. Ἱστάναι] *Arist.* Pac. v. 1248. Conf. *Graevium* ad Luciani Soloecist. [7.] T. III. p. 570. *Phrynichus* in Apparatu Sophist. Bibl. Coisl. p. 467. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 51, 25.] Μεθιστάναι καὶ ἱστάναι, οὐχὶ μεθιστάνειν καὶ ἱστάνειν.

26. Ἱππέας] Vide *Helladii* Chrestom. cum notis *Meursii* p. 18. et *Graevium* ad *Luciani* Soloecistam [8.] p. 109. (T. III. p. 575.) Hudson.

Docetur illic, Atticos accusativum pluralem nominum in ευς efferre per εας, non per εῖς. Conf. *Thomam* in Ἑρμηνέας. Sed alia videtur *Moeridis* mens fuisse, nimirum Atticos ultimam ᾱς produxisse. Cuius rei ratio manifesta est. Cum enim ἱππέα ultima producta efferrent, pluralem accusativum etiam longum fecisse omnino probabile videtur. In *Aristophanis* Ran. v. 666. pro Ἰοὺ, Ἰοὺ, τί ἐστιν; ἱππέας γ' ὁρῶ. *Scholiasta* omisso γ' habet ἱππέας ὁρῶ. Recte. Ita ultimam in ἱερέας produxit *Anaxandrides* apud *Athen.* lib. VII. p. 300. A. Τοὺς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος. Binae voces βραχέως Ἑλληνικῶς absunt a Cod. Coisl. et Coll. Schlaeg.

27. Ἱερεῖον] *Eustathius* ad Jl. X. p. 1363. Ἱερεῖον δὲ Ἀττικῶς ὀνομάζει τὸ θυόμενον ζῶον. Odyss. *B.* p. 79. l. 50. ἱερεῖον γὰρ Ἀττικῶς τὸ σφαγιαζόμενον ζῶον. Exempla ubique sunt obvia. Ἱερεῖον etiam saepe notat *omne animal, quod mactatur.* Vid. *Casaubon.* Animadvv. ad Athen. lib. I. cap. 11.

28. Ἰλισπώμενος] Ἰλυσπώμενος *Hesychio*, *Suidae* et *Photio* in Lex. MS. Verum et *Hesychio* Ἰλισπῶντες, συνελοῦντες. Lege συνειλοῦντες. Hudson.

Ἰλισπώμενος. Lege Ἰλυσπώμενος, ut scribunt *Plato* [e. c. Tim. p. 92. A.], *Philo* aliique. Hinc *Thomas. Mag.* Ἰλυσπώμενος, οὐχ ἱλούμενος. Corrige εἰ- 205
λούμενος. Sallier.

Ἰλυσπώμενος cum ῡ recte exhibent Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. *Clemens Alexandr.* Paedag. lib. III. p. 274. l. 27. divitias serpenti comparans: δεινὸς δὲ καὶ ὁ πλοῦτος, ἰλυσπώμενος παρὰ τὴν ἔμπειρον ἢ ἄπειρον αὐτοῦ λαβὴν, προσφῦναι καὶ δάκνειν. *Maximus Tyrius* Diss. XXVI. sect. 6. τῷ μὲν διερῷ γένει αἱ νήξεις, τῷ δὲ μεταρσίῳ αἱ πτήσεις, τῷ δὲ ἰλυσπωμένῳ οἱ

Ἰλλὸν [29], Ἀττικῶς. στραβὸν, Ἑλληνικῶς.
Ἴσασι [30], Ἀττικῶς. οἴδασι, κοινῶς.

ἈΡΧΗ ΤΟΥ Κ.

Κνησείειν [1], Ἀττικῶς. κνηστικῶς ἔχειν, Ἑλληνικῶς.

φωλεοί. [*Philo* de Spec. Legg. §. 1. p. 299. ed. Mang. οὐδὲ περὶ — τὰς σώματος εὐπαθείας ἰλυσπώμενος. de Agricult. §. 22. p. 315. ed. Mang. ἡδονήν φαμεν εἶναι ἰλυσπωμένην.] De *serpentibus* memini me etiam legere apud *Philonem Judaeum* [Vit. Mos. lib. I. §. 14. p. 93. ed. Mang.]. De bove in lutum delapso et magna vi eluctari conante *Aelianus* H. A. lib. VIII. cap. 14. quem locum *Suidam* in Ἰλυσπώμενον respicere monuit Cl. *Oudendorpius* ad Thom. M. De avi idem *Aelian.* lib. IX. cap. 32. Κατιλυσπωμένην *Aristophanes* Lysist. v. 723. quo referenda *Hesychii* Glossa: Κατειλυσπωμένην, ὁ μὲν Λυκόφρων, καταρτωμένην, Ἐρατοσθένης δὲ συγκεῖσθαι τὴν λέξιν ἐκ τοῦ εἰλεῖν καὶ σπᾶσθαι. Eandem originem afferunt et proprie de serpentibus et vermibus poni tradunt *Hesychius*, *Etymologus* v. *Eustathius* ad Odyss. Α. p. 50. l. 49. quos vide.

29. Ἰλλόν] *Aristophanes* Thesmoph. v. 853. Ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν. ὁ δ' οὐδέπω. ubi elegantissima quidem est Celeb. *Kusteri* coniectura αὖος legentis: haud tamen vera, uti e *Luciani* Lexiph. [3.] T. II. p. 324. l. 75. liquet, Ἐγὼ δ', ἦδ' ὅς, σίλλος (praestat ἰλλὸς), ὦ δέσποτα, γεγένημαί σε περιορῶν. Sed quae de ἰλλὸς et ἰλλώπτειν dici poterant, cum pulvisculo exhausit summus Belgii nostri Varro, *Ti. Hemsterhus.* in nota ad *Hesychii* Tom. II. [c. 41. 42.] quam aliquando apud Virum Eruditissimum et humanissimum, *Jo. Albertium* inspexisse me memini. Liceat hac occasione publicis votis mea adiungere et prosperam Viro optimo valetudinem apprecari, quo Phidiacum hoc opus, quo in aeternum sibi orbem eruditum devinxit, ad umbilicum perducere et brevi nobiscum communicare possit!

30. Ἴσασι] In Leid. est οἶδας. in Coll. Gron. κοινόν. Ἴσασιν legitur apud *Aristoph.* Nub. 1188. apud tragicos saepe et alibi. Vid. *Thom. M.*

1. Κνησείειν] In MS. 206
κνησίειν. Hudson.

Κνησίειν legitur in MSS. Coisl. et Leid. et Coll. Schlaeg. forte etiam in Regio. Praestat κνησείειν per ει, nisi malis κνησιᾶν, quo verbo utuntur *Plato* Gorg. p. 337. D. [p. 494. E. St.] et *Aristophanes* Eccles. v. 914. Κνησιεῖ apud *Aelianum* H. A. lib. VII. cap. 35. recte *Gesnerus* castigat κνησείει.

Κομψοὺς[2] *Πλάτων οὐ τοὺς πανούργους, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους. κομψοὺς γὰρ τοὺς Ἀσκληπιάδας ἐπαινῶν λέγει Πολιτειῶν γ′.*

Καταπτάμενος[3], *Ἀττικῶς. καταπτὰς, Ἑλληνικῶς.*

Κακκάβη[4], *Ἀττικῶς. κάκκυβος, Ἑλληνικῶς.*

Κερασὸς[5], *Ἀττικῶς, τὸ φυτόν. κερασία, μακρῶς, Ἑλληνικῶς.*

2. *Κομψοὺς — Πολιτ. γ′.*] Pag. 405. Ed. Par. Hudson.

Κομψούς. E Coislin. Leid. Coll. Gron. et Schlaeg. articulum *τοὺς* ante *Ἀσκληπιάδας* reposui. In Leid. pro *ἐπαινῶν* est *ἐπενῶν*. *Platonis* loca sunt de Republ. III. p. m. 622. B. et 623. E. [p. 405. D. 408. B. St.] quae etiam produxit *Ruhnkenius* ad Tim. p. 118. [p. 161. sqq.] ubi multis hoc nomen illustrat.

3. *Καταπτάμενος*] *Aristoph.* Av. v. 1623. *Καταπτάμενος ἴκτινος ἁρπάσας λάθρα.* *Lucian.* D. D. [3, 1.] T. I. p. 201. l. 87. [imo p. 207. l. 81. add. 4, 1. p. 208. l. 93.] D. D. [20, 6.] p. 258. l. 95. Somn. [16.] T. II. p. 726. l. 48. Bis accus. [4.] p. 797. l. 23. Fugit. [6.] T. III. p. 368. l. 88. [l. 87.] Semel *καταπτὰς* Charid. [7.] T. III. p. 623. [622.] l. 34. quod alibi etiam legitur. Vid. not. ad *Thom.* In Coisl. Coll. Schl. et Ward. est *καταπτόμενος*.

4. *Κακκάβη*] In Leid. *κακάβη* et *κάκαβος* cum simplici *κ*. *Κακκάβην* et non *κάκκαβον* Atticorum usu fuisse tritum magno consensu tradunt Grammatici, *Hesychius* v. *Photius* MS. *Etymol.* p. 485. in. *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad Jl. *Ψ.* p. 1399. l. 50. et Od. *Α.* p. 19. l. 34. *Phrynichus* p. 188. [p. 427. Lob.] ubi vide Interpretes. *Κάκκαβος* tamen etiam occurrit in fragmentis apud *Polluc.* lib. X. sect. 106. quem confer.

5. *Κερασός*] Cod. Coisl. 207
habet *κερασὸν*, quasi nempe illud nomen Attici neutrum facerent; verum nec Atticos, nec aliorum quemquam neutro usum esse deprehendas. Masculino genere semper usurpatur a *Theophrasto.* Quin igitur edita lectio retinenda sit, dubitari non potest, praesertim cum iis scriptoribus, qui recte emendateque loqui existimantur, inprimis masculinum arrideat. Femininum tamen apud nonnullos obtinuit. Testis *Servius* ad [Virg.] Georg. lib. II. v. 18. *Arbor*, inquit, *Graecis ἡ κερασὸς, Latine cerasus, fructus τὸ κεράσιον, cerasum.* Optime, ut constat ex auctore Geopon. lib. IV. p. 98. cuius haec verba: *τῷ γὰρ καιρῷ καθ᾽ ὃν εἴωθεν ἡ κερασὸς φέρειν τὸν οἰκεῖον καρπὸν, τῷ αὐτῷ καιρῷ δώσει τὰς σταφύλας.* Non debuisset tamen *Servius* scribere *cerasum* Graecis dictam *τὴν κερασὸν*, cum illorum pars maxima aliter pronunciaverit. Sallier.

Κάταντες [6], *τὴν πρώτην ὀξυτόνως, Ἀττικῶς. τὴν τελευταίαν ὀξέως, Ἑλληνικῶς.*
Καταλεγεὶς [7], *Ἀττικῶς. καταλεχθεὶς, Ἑλληνικῶς.*
Κίρνη [8], *Ἀττικῶς. κίρνα, Ἑλληνικῶς.*

Κερασόν. Sic MSS. C. Reg. Coll. Schl. Gronov. pro *κερασία.* Dein *κεράσυα* pro *κερασία.* Gron. *κεράσνα. Κερασὸς* praeferendum. Arborem Attici appellabant *τὸν κερασὸν*, Graeci vulgares *τὴν κερασίαν*, quod ex addito *μακρῶς* clarissimum est. ἡ *κερασία* in *Geoponicis* reperitur locis a *Stephano* in Ind. Thes. citatis. *Thomae M.* lectio depravata est, aut ipse turpiter errat.

6. *Κάταντες, τὴν πρώτην παροξυτόνως, Ἀττικῶς. τὴν τελ. ὀξυτόνως, Ἑλληνικῶς*] Ita ex iis, quae infra occurrunt in voce *μάντεων*. In MS. *Καύταντες, τὴν πρώτην ὀξυτόνως, Ἀττ. τὴν τελευταίαν ὀξέως, Ἕλληνες.* Hudson.

Leid. etiam *καύταντες.* In reliquis omnes MSSti conspirant, quorum lectionem in textu exhibere malui.

7. *Καταλεγείς*] In diversa sententia est *Thomas Magister.* Sed pro nobis facit *H. Stephanus* de Dial. Gr. p. 147. 156. Hudson.

Καταλεγείς. Legitur in *Lysiae*
208 Or. adv. Alcib. p. 276. [p. 140. Steph. p. 285, 7. Bekk. ubi vid. not. crit.] et p. 299. [p. 145. Steph. p. 296, 11. Bekk.] a *Steph.* cit. contra Diogit. p. 506. [p. 894. Reisk. p. 389, 5. Bekk.] Conf. pro mil. p. 161. [p. 114. Steph. p. 231, 4. Bekk.] et contra Nicomach. p. 474. [p. 183. Steph. p. 374, 8. Bekk.] *Isaeus* de Her. Apollon. p. 63. [ed. Steph. p. 84, 5. Bekk.] *Demosthen.* adv. Polycl. p. 707. B. [p. 1208. Reisk. p. 428, 7. Bekk.] *Plato* de Legg. lib. XI. [imo lib. XII.] p. 983. D. [p. 943. A. St.] etc. Similiter *συλλεγεὶς, συνελέγην* apud *Isocratem, Aeschinem, Demosthenem* occurrunt. Semel *συλλεχθέντες* apud *Demosth.* adv. Midiam p. 405. A. [p. 560. Reisk. p. 504, 140. Bekk.] quod in alterum mutari debere censeo. Apud *Herodotum* vero veteresque Atticos, inprimis tragicos, aoristi primi frequentiores occurrunt. Qua de re omnino consulatur Celeb. *Valckenaerius* ad Eurip. Phoeniss. p. 356. seqq. In *Herodoti* libris semper *καταλεχθεὶς, καταλεχθῆναι, συλλεχθεὶς, συνελέχθην* etc. bis tantum aoristus 2. reperitur *συλλεγῆναι*, lib. IX. cap. 27. et *συλλεγέντες* cap. 29. Sed aliorum verborum aoristi secundi saepe. Haec enim fere a librariorum arbitrio pendent, ut ad *Thom.* in *Ἡρπάσθην* monuit ὁ *πάνυ Hemsterhusius.*

8. *Κίρνη, Ἀττικῶς. κιρνᾷς, Ἑλληνικῶς*] Ita pro *κίρνα*, ut in MS. cum in *Thoma Magistro* sit: *Κίρνημι, Ἀττικοὶ, οὐ κιρνῶ.* Hudson. Sed tum reponi etiam debet *κίρνης*: aut leg. *κίρνησι — κιρνᾷ.* Fischer.

Κίρνη. Si *Hudsoni* coniectura

Κάλλη[9], *τὰ ἄνθη, Ἀττικῶς.*
Κάλλαια[10], *τὰ ὑπὸ τὰ γένεια τῶν ἀλεκτρυόνων, οὓς κάλλωνας οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν.*

κιρνᾷς esset recipienda, pro *κίρνη* etiam debuisset reponi *κίρνης*, uti Cl. *Gesnerus* in litteris ad *Schlaegerum* scribendum censet. Sed emendatione haud opus est. *Κίρνη, Ἀττ. κίρνα, Ἑλλ.* omnium MSStorum lectio est longe optima. Attici enim imperativum verborum in *ημι* efferunt non per *ηθι* vel *αθι*, sed per *η*, ut *ἵστη, ἐμπίπλη* etc. Quod iam monuit *Mattairius* de Dial. A. p. 66. A. *Scholiasta* Aristoph. ad Av. v. 1310. ibid. laudatus: *ἐμπίπλη, Ἀττικόν. ἦν γὰρ τὸ κοινὸν πίμπλαθι, ὡς ἵσταθι, ἀπὸ πίμπλημι. ὅμοιον δέ ἐστι καὶ τὸ τῆ πίε, παρὰ τῷ ποιητῇ. Ἀττικοὶ γὰρ τελείαν ἀποβολὴν τῆς μι ποιούμενοι πίμπλη καὶ ἵστη λέγουσι, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆμι τῆ.* Conf. *Etymol.* p. 348. l. 5. Idem p. 637. l. 34. *Κρήμνη. Κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος. ὡς ἀπὸ τοῦ ἵστημι, ὁ παρατατικὸς ἵστην, ἵστης, ἵστη. καὶ τὸ προστακτικὸν ἵστη. οὕτω ἀπὸ τοῦ κρημνῶ γίνεται κρήμνημι, ὁ παρατατικὸς κρήμνην, κρήμνης, κρήμνη, καὶ τὸ προστακτικὸν κρήμνη.* Idem *Euripidis* fragmentum citat *Etymologus* p. 112. l. 26. ubi depravate scriptum: *Κρημνίσαι αὐτήν. Eustathius* vero ter laudans bis corrupte habet Jl. *Θ.* p. 575. l. 30. *Κρήμνει σεαύτην.* et Il. M. p. 863. l. 41. *Κρήμνισεν αὐτήν.*
209 Semel emendate ad Jl. *O.* p. 1001. l. 10. *Κρήμνη σεαυτήν. ἔνθα τὸ κρήμνη κανονίζεται κατὰ τὸ ἵστη. Καθίστη Aristoph.* Eccles. v. 738. 1057. *Προσίστη Euripid.* Troas. v. 103. *ἀνίστη* Helen. v. 1260. *Πίμπρη* recte scriptum in *Euripidis* Ion. v. 974. *Πίμπρη τὰ σεμνὰ λοξίου χρηστήρια.* Male v. 527. *πίμπρῃ* cum iota subscripto. In fragmento Sylei v. 10. *πίμπρα, κάταιθε σάρκας.* Leg. *πίμπρη.* Sic itaque a *κίρνημι κίρνη*, pro *κίρνα.*

9. *Κάλλη, τὰ ἄνθη, Ἀ.*] In MS. Leid. hae voces praemittuntur praecedenti observationi *κίρνη*, dein sequitur *κάλλεα.* Sed in MS. Coisl. haec verba *Κάλλη, τὰ ἄνθη*, praemittuntur verbis *Κάλλαια* etc. et unam constituere videntur observationem. Recte. Distinguit enim noster, quae vulgo solent confundi. Vide *Ammon.* p. 80. *Thom. M.* et notam sequentem.

10. *Κάλλεα*] Alii *κάλλαια.* Pro *γένεια* in MS. *γένη.* Hudson.

Κάλλεα. In Cod. Coisl. legitur *κάλλαια.* Nec aliter illud nomen apud caeteros scriptum reperitur, si *Thomam* exceperis, qui forte ex aliis emendandus est. Quod autem ait galli gallinacei barbam ab Atticis *κάλλωνας* appellari, minus certum videtur. Certe eam vocem nusquam legere contigit, cum contra *κάλλειον* saepius in Atticorum scriptis occurrat. Sallier.

Κάλλαια, non *κάλλεα*, habent Coisl. Reg. et Coll. Schl. Pro

Κόψιχος[11], ἀντὶ τοῦ κόσσυφος, Ἀττικῶς καὶ Ἑλληνικῶς.

γένεια Leid. *γένη*, sed in margine *γένεια*. *Κάλλαια* dicuntur *gallorum gallinaceorum barbae* vel *paleae*, ut apud *Aristophan.* Equit. v. 394. aliosque, quorum loca in Thesauro laudat *H. Stephanus*. Apud *Aelianum* quidem in Histor. Animalium quater scriptum *καλλίοις*, *κάλλεα*, *κάλλη*, unde *Thomae* et vulgatam *Moeridis* lectionem defendendam censet Cel. *Oudendorpius*. Verum vel statuendum, *Aelianum κάλλη* et *κάλλαια*, quae Grammatici recte distinxerunt, confudisse, vel, quod malim, librarios solemnem sibi errorem commisisse. Quemadmodum apud *Eustath.* ad Jl. Υ. p. 1280. l. 39. *κάλλεα* posuerunt in loco ex *Athenaei* lib. IX. p. 398. f. ubi bene *κάλλαια*. Sed perdifficile est et valde su-
210 spectum, quod *Moeris* addit, hos *gallos* ab Atticis dictos fuisse *κάλλωνας*. A *κάλλαιον* enim nulla ratione formari potest *καλλών*. Sed malim librariis culpam tribuere, quam *Moeridi*, et coniecturam periclitari. Scribendum suspicor: *οὓς χειλῶνας οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι*. *Hesychius*: *Χειλῶνες, τῶν ἀλεκτρυόνων τινές*. a *χείλεσι* sic dicti. Ita a *cristis in capite κοττοὺς* dictos tradit *Hesychius* v. *Προκόττα*. Alio nomine *κρόκη* sive *κρόκητοι* appellati sunt. Vide eundem Grammaticum in *Κρόκος*. Verum locus est mendosus. *Κάλλη* autem pro *coloribus*, *floribus* occurrunt in *Eupolidis* fragmento apud *Pollux.* lib. VII. sect. 63. quod et *Etymol.* citat v. *Κάλλαια*, et *Aeschylum* Agam. v. 933. Confer egregie de his disputantem *Dukerum* Obs. Miscell. Vol. III. T. I. p. 92. In Lexico MS. Regio *Etymologi* locus sic legitur: *Εὔπολις· Βάπτειν τὰ κάλλη τὰ περίσεμνα τῇ θεῷ. καὶ Αἰσχύλος· Ἐν ποικιλογράμμασι θνητὸν ὄντα κάλλεσιν.* Prius recte, posterius *Aeschyli* fragmentum vitiose.

11. *Κοψυχός*] In MS. *κομψυχὸς*, et dein *κόσυφος*. Hudson.

Leid. *κόψυχος* et *κόσυφος*, posterius habet etiam Coll. Gronov. Sed pro *κόψυχος κόψιχος* cum ῑ, et sic Coisl. Cum ῑ scribitur etiam apud *Moschopulum Π. Σ.* p. 61. et *Hesychium* v. Sed librarii haec et similia, ut *μόλυβδος*, *μόλιβδος*, *ἀμβλίσκειν*, *ἀμβλύσκειν* etc. ubique permutarunt. Gravius huic loco vulnus videtur inflictum in ultimis *Ἀττικῶς καὶ Ἑλληνικῶς*. Clarissimus *Hemsterhusius* ad Luciani Iudic. Vocal. [8.] T. I. p. 93. ubi copiose de variis huius nominis formis disserit, vocibus transpositis refingere tentabat: *Κόψυχος, Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ κόσσυφος, Ἑλληνικῶς*. Cui coniecturae facile assentirem, si ista ratione alibi loqueretur *Moeris*. Nunc autem pace Viri Maximi legere malim vel deletis ultimis *καὶ Ἑλληνικῶς*: *Κόψιχος ἀντὶ τοῦ κόσσυφος, Ἀττικῶς*. ut *Χολὴν, ἀντὶ τοῦ μανίαν, Ἀττικῶς*. et alibi apud Atticistas frequenter; vel: *Κόψιχος, ἀντὶ*

Κεραία[12], *πλοίου*, *Ἀττικῶς*. *κέρας*, *Ἑλληνικῶς*.
Κόπτει[13] *τὴν θύραν ἔξωθεν*, *ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν*, *Ἀττικῶς*. *κροτεῖ δὲ*, *Ἑλληνικῶς*.
Κράτις[14], *διὰ τοῦ κ*, *Ἀττικῶς*. *γράτις*, *διὰ τοῦ γ*, *Ἑλληνικῶς*.

τοῦ κόσσυφος Ἀττικῶς. κόσσυφος Ἑλληνικῶς. ut *Πλέω*, *ἀντὶ τοῦ πλήρεις*, *Ἀττικῶς. πλήρεις*, *Ἑλληνικῶς*. Prior tamen coniectura, utpote simplicior, maxime placet. Ceterum vide modo laudatum *Hemsterhusium*. Apponam
211 occasione invitante suavissimum ex Anthologia inedita Epigramma, quod *Rhiani* nomen praefert. *Ἰξῷ Δεξιόνικος ὑπὸ χλωρῇ πλατανίστῳ Κόσσυφον ἀγρεύσας εἷλε κατὰ πτερύγων. Χ' ὁ μὲν ἀναστενάχων ἀνεκώκυεν ἱερὸς ὄρνις. Ἀλλ' ἐγὼ, ὦ φίλ' Ἔρως καὶ θαλεραὶ Χάριτες, Εἴην καὶ κίχλη καὶ κόσσυφος· ὡς ἂν ἐκείνου Ἐν χερὶ καὶ φθογγὴν καὶ γλυκὺ δάκρυ βάλω.*

12. *Κεραία πλοίου*] Conf. *Scheffer.* de milit. navali p. 142. sq. FISCHER. *Michaël Psellus: Κεραία δὲ τὸ πλάγιον πρὸς τὸ ἱστίον ξύλον.* Vid. *Salmasium*, Virum summum, ad Achill. Tat. lib. II. [cap. 32.] p. 133. et lib. V. [cap. 9.] p. 295. ac notas ad Thomam.

13. *Κόπτει τὴν θύραν ἔξωθεν*] Fort. *ὁ ἔξωθεν*. Protulit hunc locum e MS. Illustris *Spanhemius* ad Arist. Plut. v. 1098. quocum comparandus *Hemsterhusius*, *Graevius* ad Luciani Soloecist. [4.] T. III. p. 579. *Meursius* ad Helladii Chrestomath. p. 25. aliique ad *Thomam* laudati. Pro *κροτεῖ* probabile videbatur *Moerin* scripsisse *κρούει*, quo verbo a *Phrynicho* p. 74. [p. 177. Lob.] reprobato utuntur praeter S. Scriptores *Aristophanes*, *Plato* Protag. p. 217. A. 220. B. [p. 310. A. 314. D. St.] *Wetstenio* ad Matth. cap. VII. v. 7. laudatus, *Xenophon* Conviv. [cap. 1, 11.] p. 873. E. *Φίλιππος δὲ ὁ γελωτοποιὸς, κρούσας τὴν θύραν, εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ὅστις τε εἴη, καὶ διότι κατάγεσθαι βούλοιτο.* Verum apud *Thomam* etiam scriptum est *κροτεῖ*, et in *Platonis* Convivio p. 1200. B. [p. 212. C. St.] *καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κροτουμένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν, ὡς κωμαστῶν καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν.* Quare *ἐπέχω*. Cum *Platonis* loco comparandum *Leonis* epigramma, apud *D'Orvillium* ad Charit. p. 31. [p. 217. ed. Lips.] *Ἡ φιλέρως Σατίρη δὲ τὸν ἕσπερον οἰνοποτήρων Σύγκωμον, κηρῷ τευξαμένη, δόνακα, Ἡδὺν συριστῆρα, σὺν ᾧ πανεπόρφνιος ἠῶ Ηὔγασεν, αὐλείοις ἐγκροτέουσα θύραις.* Cl. tamen *Valckenaerio κρούει* in *Moeride* unice verum videtur.

14. *Κράστις*] In MS. *κράτις* et dein *γράτις*. HUDSON. *Hesychius*: *κράστιν Ἀττικοὶ διὰ*

Κυκεῶ[15], Ἀττικῶς. κυκεῶνα, Ἑλληνικῶς.
Καθεδεῖ[16], Ἀττικῶς. καθίσεις, Ἑλληνικῶς.

τοῦ κ̄ (sic enim leg.), ὃ νῦν γράστιν φασίν· ἔστι δὲ ὁ χλωρὸς χόρτος. FISCHER.

Κρᾶστις cum σ̄τ̄ scribitur apud *Harpocration.* v. *Κρᾶστις, Δείναρχος ἐν τῷ πρὸς Λυσικράτην. κρᾶστίς ἐστιν ἡ πόα, ὡς καὶ*
212 *Ἀριστοφάνης.* Similiter apud *Etymol. M.* p. 535. et *Hesych.* v. *Γοῖται, γράστις.* apud *Eustath.* ad Jl. *Z.* p. 490. l. 29. *ἡ ἀλόγοις φίλη γράστις, ἣν καὶ κράστιν λέγουσιν οἱ παλαιοὶ, φάμενοι τὸν ἡμίξηρον χόρτον οὕτω καλεῖσθαι. ὅθεν καὶ ῥῆμα τὸ κραστίζεσθαι.* ad Jl. *Λ.* p. 792. l. 31. ad Jl. *Φ.* p. 1301. l. 45. *γράω τὸ ἐσθίω, ἐξ οὗ καὶ γράστις ἡ* (forte excidit *πόα*) *ὑπὸ τῶν ζώων χλωρὰ ἐσθιομένη.* — *Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ Λεξικῷ αὐτοῦ τῷ ῥητορικῷ οὐκ ἐθέλει ὀνομάζεσθαι γράστιν ὅλως. φησὶ γὰρ κράστιν Ἀττικοὶ τὴν πόαν, γράστιν δὲ οὐδένες.* In *Pollucis* autem lib. VII. sect. 142. MSSti pro *κράστις* habent *κράτις. Hesychii* etiam ordo litterarum ostendit, ipsum scripsisse non *Κράστις*, sed *Κράτις, Ἀττικοί. διὰ τοῦ γ̄ οἱ νῖν γράτιν φασίν. ἔστι δὲ ὁ χλωρὸς χόρτος. Κρατίζεσθαι* in fragmento *Sophronis* apud *Scholiastam* Nicandri ad Ther. p. 39. *Ἀεὶ δὲ πρὸς φύλλοις ῥάμνου κρατιζόμεθα.* quanquam ex parvo apospasmatio sensus elici nequit. *Moeridis* autem MSSti omnes praebent *κράτις* et *γράτις*, quam lectionem retinere placuit, donec aliunde maior lux voci obscurae et praeterquam apud Grammaticos non obviae affulgeat.

15. *Κυκεῶ*] *Thomas Mag.* *κυκεῶ, Ἀττικοί. οὐ κυκεῶνα.* HUDSON. At *κυκεῶνα* est apud *Theophrast.* Char. c. 5. FISCHER. Leid. *κυκέω* et *κυκρῶνα.* Vid. *Thom.* et not.

16. *Καθεδεῖ*] *Hudsonus* ediderat: *Καθεδεῖται, Ἀ. καθίζει, Ἑλλ. Berglerus* in marg. castigat *καθίσει.* Nam ait „et *καθεδεῖται* est futurum." Similiter Cl. *Albertium* emendare monuit *Oudendorpius* ad Thom. In Codd. vero Coisl. Reg. Leid. Coll. Schlaeg. et Gron. exaratum est: *Καθεδεῖ, Ἀττικῶς. καθίσει, Ἑλλ.* quod leviter in *καθίσεις* mutavi. *Aristophanes* Ran. v. 202. *Οὐκοῦν καθεδεῖ δῆτ' ἐνθαδὶ γάστρων.* et ubique. Conf. *Phrynichum* et *Thom. M.* *Καθίσω* tamen usus est vetus Comicus, quisquis sit, in Glossario Sangermanensi Bibl. Coisl. p. 482. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 101, 1.] *Καθίσω, καθεδοῦμαι. ἀπολέγων Διαμαρτανούσῃ.* In voce *ἀπολέγων* latet menda, quam eluendam aliis relinquo. Idem *Glossarium* [v. *Bekk.* l. c.]: *Καθιζησόμεθα, ἀντὶ τοῦ καθεδούμεθα. Πλάτων Φαίδρῳ.* quod fortassis inter legendum me effugit. [Legitur cap. 3. p. 229. A. *πρόαγε δὴ καὶ σκόπει ἅμα, ὅπου καθιζησόμεθα.*] *Παρακαθιζησόμενος* legitur Lysid. p. 499. C. [p. 207. B. St.]

Καθότι[17], *Ἀττικῶς. καθὼς, Ἑλληνικῶς.*
Κάχρυς[18], *Ἀττικῶς. κριθαὶ πεφρυγμέναι, Ἑλληνικῶς.*
Κακκαχεῖν[19], *Ἀττικῶς. κιχλίζειν, Ἑλληνικῶς.*

17. *Καθότι*] Coisl. Reg. Coll. Gron. delent *δὲ* post *καθώς*. Pro *Ἕλληνες*, *Ἑλληνικῶς*.
213 Vid. *Phrynich.* p. 188. [p. 425. Lob.] *Devarium* de Particulis v.

18. *Κάχρυς*] Ita *Photio* aliisque. *Καγχρὺς* in MS. Hudson.
Similiter Leid. Reliqui *κάχρυς*. Utroque modo scribitur apud Grammaticos. *Κάχρυς* tamen in *Aristoph.* Vesp. v. 1298. et *Cratini* fragmento apud *Schol.* Aristoph. ad Nub. v. 447. ubi *κάγχρυς* in leges metricas peccat, uti observatum *G. Arnaldo* Lect. Gr. lib. I. cap. 18. p. 125. qui post *H. Stephanum* in Ind. Thes. quaedam ad illustrandum hoc nomen et verbum *κατακαχρύσαι* attulit. Tentat ibidem *Suidae* locum: *Κατακαχρύσαι, ῥῆξαι, ψοφῆσαι, ποιῆσαι*, pro *ποιῆσαι* legendum existimans *ψόφον ποιῆσαι*. Malim *πτίσαι*. *Κάχρυς* tanquam obsoletam vocem ridet *Lucianus* Lexiph. [2.] T. II. p. 322. Ad hanc autem vocem explicandam Grammatici paene omnes adhibent *κριθὰς πεφρυγμένας*, unde in eam facile suspicionem quis incidat, in *Thucydidis* lib. VI. cap. 22. p. 393. glossema vocis genuinae locum occupasse et pro *τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ἐν ὁλκάσι, πυροὺς καὶ πεφρυγμένας κριθὰς ἄγειν.* scriptorem gravissimum reliquisse *κάχρυς*. Verum levissima tantum haec est coniectura.

19. *Καναχεῖν, Ἀ. κιγχλίζειν, Ἑ.*] In MS. *Κακάχειν* et dein *κιχλίζειν*. Hudson.

Καναχεῖν. In Oxon. Cod. legitur *κακαχεῖν*. In Coisl. vero *κακκαχεῖν*. Quae cum Clar. *Hudsonus* depravata esse intelligeret, correxit *καναχεῖν*. Minus recte, nisi nos nostra fallit opinio. Ac primum quidem vox est poëtica nec Atticorum peculiaris: deinde *καναχεῖν* significat *sonitum edere* et proinde nullam cum verbo *κιχλίζειν* affinitatem habet. Scribendum fortasse *καγχάζειν*. Praeterquam quod enim illud verbum apud Atticos obtinuisse constat ex *Aristophane* aliisque pluribus, eodem sensu ac *κιχλίζειν* a Graecis scriptoribus usurpari solet. Etenim *κιχλίζειν*, non *κιγχλίζειν*, *Moeridis* Codices MSS. exhibent. At *κιχλίζειν* de eo dicitur, qui *ridet immodeste*, ut ostendunt haec *Suidae*: *Κιχλίζειν, τὸ λιπαροὺς ὄρτυγας ἐσθίειν, ἢ τὸ γελᾶν ἀτάκτως.* Nec aliter *Hesychius*: *Κιχλίζουσι, γελῶσι, μειδιῶσι.* In editis vulgo *Κιχλήσκουσι*, quae lectio nemini probari potest. A verbo *κιχλίζω* fit *κιχλισμὸς*, id est *risus, qui honestam minime decet.* Testis 214
Etymol. *Κιχλισμὸς, πορνικὸς γέλως, πολὺς καὶ ἄκοσμος.* Accedit *Suidas*, adductus procul dubio veterum exemplis, qui verbo *κιχλίζω* pro *meretricie ridere* usi videntur. Disertus in eam rem *Philonis* locus [de Merc. Meretr. §. 2. p. 265. ed. Mang.] p. 667.

ubi de voluptate verba faciens ait: ἡ μὲν οὖν προσέρχεται πόρνης καὶ χαμαιτύπης τρόπον τεθραμμένη [leg. τετρυμμένη], κεκλασμένῳ τῷ βαδίσματι ὑπὸ τρυφῆς τῆς ἄγαν καὶ χλιδῆς σαλεύουσα τὼ ὀφθαλμώ, οἷς τὰς τῶν νέων ἀγκιστρεύεται ψυχὰς, θάρσος μετ᾽ ἀναισχυντίας ἐμβλέπουσα, τὸν αὐχένα ἐπαίρουσα, πλέον τῆς φύσεως ἑαυτὴν ἐνορθιάζουσα, σεσαρυῖα καὶ κιχλίζουσα. Eadem vox occurrit apud *Aristoph.* Nub. v. 979. Οὐδ᾽ ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν, οὐδ᾽ ἔχειν τὼ πόδ᾽ ἐναλλάξ. ubi *Scholiasta* duas affert huiusce vocis interpretationes. Κιχλίζειν, inquit, ἀντὶ τοῦ λιπαροὺς ὄρτυγας τρώγειν, κίχλας ἐσθίειν, ἢ ἀτάκτως γελᾷν καὶ ἀμέτρως. Sed prior parum arridet, cum vox, de qua disputatur, eo sensu nusquam se obtulerit. Κιχλίζω, ut iam antea e *Philone* observatum, nihil aliud est, quam *in risus nimios solvi. Philoni* praeiverat auctor Epigrammatis a *Suida* laudatus. Quis enim hunc illius versum aliter exponat? Κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα. Utrique vero dux *Aristophanes* ipse, qui, si fides *Athenaeo* p. 117. in priori Thesmoph. editione eodem ac *Philo* modo acceperat. Cur ergo inter huncce Thesmoph. locum et illum, quem e Nub. adduximus, aliquod discrimen statuendum sit, non videmus; praesertim quum de risu aeque recte intelligi posse omnibus sit perspectum. Haecce de verbo κιχλίζειν dicenda habuimus, quibus ostenditur, quanta sit illius cum καγχάζω affinitas. Καγχάζειν enim ii dicuntur, qui *in ridendo modum non tenent*, ut meretrices consuevere. Hanc enim esse vocis illius vim patet ex Crobyles verbis apud *Lucianum* [Dial. Mer. 6.] T. II. p. 719. [T. III. p. 294.] quae Corinnam docet, quibus potissimum artibus Lyra meretrix dives evaserit; πῶς δὲ, inquit, ταῦτα ἐκτήσατο ἡ Λύρα; Κρω. τὸ μὲν πρῶτον κατακοσμοῦσα ἑαυτὴν εὐπρεπῶς, καὶ εὐσταλὴς οὖσα, καὶ φαιδρὰ πρὸς ἅπαντας, οὐκ ἄχρι τοῦ καγχάζειν ῥαδίως, καθάπερ σὺ εἴωθας, ἀλλὰ μειδιῶσα ἡδὺ καὶ ἐπαγωγόν. Ait enim Crobyle, Lyram non, ut caeteris mos est, in cachinnos effundi solitam, sed blando quodam risu amicos sibi quaesivisse. SALLIER.

Κακκαχεῖν. Leid. κακαχεῖν. Gronov. Coll. καυκαχεῖν. Coll. Schl. κακκαχεῖν et Coisl. sive potius κακκαχ᾽. quod monuit me *Ruhnkenius* V. C. *Hudsoni* lectio plane tolerari nequit. Scribendum vel καγχαλᾷν (littera enim Λ cum signo superscripto
facillime in X potuit mutari), vel 215
cum Cl. *Sallierio* καγχάζειν sive καχχάζειν, aut καχάζειν. Triplex enim huius verbi a sono ficti forma fuit. Καγχάζω frequentissimum; exemplis in re nota parcam. Καχχάζω in *Glossis Vet.* *cachinnor*. *Hesychius*: Καχχάζει, ἀτάκτως γελᾷ, ἀσμένως, ἀθρόως, ἀπαιδεύτως. ubi pro ἀσμένως legendum videtur ἀσέμνως, *inhoneste*. *Lexicon* Coislinian. B. C. p. 472. Καχχάζει, ἀθρόως γελᾷ. ubi necesse non est, ut cum *Montefalconio* reponamus Καγχάζει. In *Clementis Alexandr.* Paedag. lib. II. p. 202. l. 23. pro καγχάσαντες MSS. habent

Κάταγμα[20], Ἀττικῶς. μήρυμα, Ἑλληνικῶς.

Καλῶ[21], καὶ ἐπὶ τοῦ καλέσω, Ἀττικῶς. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐνεστῶτος μόνων τῶν Ἑλλήνων τὸ λεγόμενον καλῶ.

Κατεσκέδασε[22] τὴν ἀμίδα, Ἀττικῶς. κατέχεεν, Ἑλληνικῶς.

βακχάσαντες pro κακχάσαντες. *Καχάζω*, proxime accedens ad Latinorum *cachinnor*, poëtis fuit in usu. *Anacreon* Od. III. v. 29. Ἀνὰ δ᾽ ἅλλεται καχάζων. *Theocritus* Idyll. [V.] v. 142. — κἠγὼ γὰρ ἴδ᾽ ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ Καττῶ Λάκωνος. *Scholiasta*: Ἀντὶ τοῦ καὶ ἐγὼ σὺν ὑμῖν καταγελάσω τοῦ Λάκωνος. τὸ δὲ καχαξῶ, ἐκβολῇ τοῦ γ εἴρηται, διὰ τὸ μέτρον. Hoc restituendum *Aristophani* Eccles. v. 844. Γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδα Ἔχων, καγχάζων μετ᾽ ἑτέρου νεανίου. *Kusterus* ob metrum scribendum censebat κιχλίζων. Sed littera tantum extrita versus sanabitur, καχάζων. Quae praeterea huius verbi formae reperiuntur librariorum stupori deberi censeo. Apud *Hesychium* reperias: Καγχᾶται, γελᾷ ἀτάκτως. Lege Καγχαλᾷ vel Καγχάζει. Mox: Καγχλάζει, ἀθρόως γελᾷ. Littera λ eximenda videtur: nam καχλάζειν et καγχλάζειν, quanquam origine fortasse non differunt, de *fluctuum leni murmure* et *cachinnis maris*, *cum placidi ridet pellacia ponti*, poni solent et saepe cum παφλάζειν confunduntur, ab ipsis etiam aliquando scriptoribus; qua de re hic non est agendi locus. Idem *Hesychius* erroris culpa absolvi nequit in Καικάσαι, καταγελάσαι. pro quo scribere debuerat Καγχάσαι. Dein: Καφάζειν, γελᾷν. Καφάζοι, κακχάζοι, γελῷ. Litterarum series docet legendum esse: Καχάζειν et Καχάζοι. Mox: Καχλάζει, κιχλίζει, ἀθρόως γελᾷ. et Καχνάζει, κακχάζει, ipsius *Hesychii* culpa sunt depravata. Κακάζειν et κακκάζειν dicitur *gallina glociens* sive *glocitans*. *Onomasticum Vetus*: *Glocido*, παππάζω. Lege κακκάζω. Vide *Festum* v. *Glocire*. *Hesychium* v. Κακκάζειν, et *Zenodotum* apud *Valcken*. Animadvv. ad Amm. lib. III. cap. 18. Cum κιχλίζειν comparanda ταγατίζειν et τριγλίζειν, quae conservavit *Hesychius*.

20. Κάταγμα] *Aristophan*. Lysistr. v. 583. *Sophocles* Trach. 216
v. 708. Μήρυγμα habent Ed. Huds. et Leid. Sed Coisl. et Reg. μήρυμα, quam scribendi rationem probat *Valckenaerius* Animadvv. ad Ammon. lib. II. cap. 9. *Ruhnkenio* ad Timaeum v. p. 112. [p. 153.] laudatus.

21. Καλῶ] Vide *Stephan*. de Dial. Gr. p. 140. Pro μόνων forsan μόνως, ut paulo infra. Hudson.

Καλᾶ. Coll. Gron. Ἀττικῶν. Vide supra Ἀλεῖς, Διαβιβῶ, Ἐλῶ. Καλέσω reperitur in *Aristoph*. Plut. v. 965. Lysistr. v. 864. ubi forte *Moeris* legit καλῶ, quod legitur Nub. v. 632.

22. Κατεσκέδασε — κα-

τέχεεν] In MS. *κατέχε εν.* Hudson.

Κατεσκέδασε. Collat. Gron. *κατέσχεεν*. *Κατασκεδάσαι τί τινος* Attica elegantia notat *effundere aliquid in aliquem*. Cuius usus nulla in *H. Stephani* Thesauro reperiuntur exempla. Est tamen satis frequens. *Aristophanes* Avib. v. 536. *Κᾆπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν Τοῦτο καθ' ὑμῶν Αὐτῶν, ὥσπερ κενεβρείων*. *Alexis* Aliptria apud *Athen.* lib. III. p. 123. C. *Ἐὰν δὲ τοὐργαστήριον ποιῆτε περιβόητον, Κατασκεδῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην Ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος Ζέοντος ὕδατος· εἰ δὲ μὴ, μηδέποθ' ὕδωρ πίοιμι Ἐλευθέριον*. Quos versus ab interpretibus non intellectos recte explicuit Magnus Interpres Animadvv. cap. 35. sed male trochaicos appellat: sunt enim iambi octonarii. *Καταφέρειν* in re simili posuit *Alciphron*. lib. III. ep. 48. *ἡ Φενεάτις Ὑακινθὶς κύστιν αἵματος πληρώσασα καταφέρει μου τῆς κεφαλῆς*. *Aelianus* H. A. lib. I. cap. 58. *καὶ ὕδωρ δ' ἂν αὐτῶν κατασκεδάσας ῥᾷον διαφθείραις ἂν αὐτοὺς (σφῆκας) καὶ πῦρ ἐξάψας καταπρήσαις*. *Lucianus* Nigrin. [3.] T. I. p. 41. *τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν*. Apolog. pro Merced. Cond. [3.] T. I. p. 710. l. 66. *Εὔχου δ' Ἑρμῇ τῷ χθονίῳ, καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον πολλὴν λήθην κατασκεδάσαι*. Epist. Saturn. [21.] T. III. p. 404. l. 74. *Χρυσίου χοίνικά γε ἡμῶν πάντων κατασκεδάσαι*. Conviv. [33.] T. III. p. 440. l. 22. *καὶ ἅμα, ἔτυχε γὰρ πίνων, ὁπόσον ἔτι λοιπὸν ἐν τῇ κύλικι περὶ ἥμισυ σχεδὸν*, 217 *κατεσκέδασεν αὐτοῖν*. Singularis plane et omni animadversione dignus est *Xenophontis* locus Anabas. lib. VII. [cap. 3, 16.] p. 406. B. *ἀναστὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε καὶ συγκατεσκέδασε τῷ μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας*. ubi *Leunclavius* scribendum censet *κυγκατεδάσατο*, cui coniecturae calculum adiecit Celeb. *Oudendorpius* ad Thom. Mag. Verum non tantum *Athenaeus* lib. IV. p. 151. E. *Oudendorpio* laudatus, sed et *Suidas* v. *Κατασκεδάζειν* receptam stabiliunt lectionem: *συνέπιε* (sic uterque) *καὶ συγκατεσκέδασε τῷ μ. α. τ. κ.* Apud *Suidam* est *συγκατεσκεδάσατο τὸ μ. α. τ. κ.* Observat autem istic loci *Suidas*, Thracum fuisse morem in conviviis, ut, postquam convivae tantum vini bibissent, quantum potuissent, reliquum in compotorum vestes effunderent. *Platonis* loco, quem affert, Legg. lib. I. p. 777. D. [p. 637. E. St.] nihil disertius. Quare in *Xenophonte* nondum adducor ut verbum *συγκατεσκέδασε* expellendum censeam. Si quid mutandum, scribam potius: *ἀναστὰς ὁ Σεύθης συνέπιε* (vel *οὖν ἔπιε*) *καὶ συγκατεσκέδασε τῶν μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας*. Cum genitivo enim frequenter; cum dativo, quocum etiam construi posse tradit *Thomas*, aut semel aut nusquam occurrit. *Kusterus* ad *Suidam* legit: *συγκατεσκεδάσατο εἰς τοὺς μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας*. Eodem sensu; sed forma media suspecta est et constructionis ratio non usitata. Haec de *Xenophontis* loco. *Κατασκεδάσαι τὰς ἀμίδας* legitur in *Demosthenis* Orat. adversus *Cono-*

nem p. 727. C. [p. 1257. Reisk. p. 469, 4. Bekk.] *Φήσαντες γὰρ καπνίζειν αὐτοὺς ὀψοποιουμένους τοὺς παῖδας ἢ κακῶς λέγειν ὅ τι τύχοιεν, ἔτυπτον καὶ τὰς ἀμίδας κατεσκεδάννυον καὶ προσεούρουν.* *Eustathius* ad Odyss. *P.* p. 642. l. 44. citans memoriae vitio posuit *ἐνεούρουν τε ἡμῖν καὶ τὰς ἀμίδας κατεῤῥήγνυον.* *Dionysius Halicarn.* [de admir. vi dic. in Demosth. cap. 12.] p. 170. l. 8. [Vol. I. p. 987, 12. Reisk.] *κατεσκεδάννυσαν.* Haec autem locutio restituenda scriptori elegantissimo et veterum strenuo imitatori, *Dioni Chrysostomo* Or. XXXVII. in qua quaedam valde obscura, quae *Casauboni* aciem effugerint, superesse merito pronunciavit Vir Magnus *Henr. Valesius* Emend. lib. II. cap. 5. Isto in loco de statuis quum egisset Rhetor easque in universum rem fragilem esse et valde caducam docuisset, pergit et nonnulla statuarum virorum Graeciae principum vel eversarum, vel mutilatarum, vel captarum, vel quarum inscriptiones erant adulteratae, exempla profert. p. 465. D. inquit, *ἕτερον δὲ (Ἀλκιβιάδην) περικεκομμένον τὼ χεῖρε, ὃς ἐλέγετο τῆς Πολυκλέους τέχνης εἶναι. ὅραμα δεινὸν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, Ἀλκιβιάδης πεπηρωμένος. Οἶδα δ᾽ ἐγὼ καὶ Ἁρμόδιον καὶ*
218 *Ἀριστογείτονα δουλεύοντας ἐν Πέρσαις· καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πεντακοσίους ἀνδρίαντας καὶ χιλίους ὑπὸ Ἀθηναίων μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ πάντας καθῃρημένους. Ἐτόλμησαν δὲ καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἀμίδας κατασκευάσαι. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν τῆς εἰκόνος οὖρον κατέχεον, ἐκεῖνος δὲ τῆς πόλεως αἷμα, καὶ τέφραν, καὶ κονίαν.* Interpres ista, *ἐτόλμησαν δὲ καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἀμίδας κατασκευάσαι*, vertit, ut potuit: *ausi sunt et Philippi regis matulas comparare.* E Demetrii Phalerei statuis Athenienses matulas conflasse tradunt *Strabo* lib. IX. p. 610. et *Diogenes Laërt.* lib. V. 77. e Demadis *Plutarchus* T. II. p. 820. *E Seiani facie toto orbe secunda Factos urceolos, pelves, sartaginem, patellas*, canit *Juvenalis* Sat. X. v. 63. Sed ista machina nihil proficitur. Sensit vitium *Anonymus* in Anecd. Gr. *Wolfii* T. I. p. 266. et tollere conatus est scribendo *καταχεῦσαι.* Quanto nos lenius et verius *ἀμίδας κατασκεδάσαι.* Verborum *σκεδάσαι* et *σκευάσαι* tanta similitudo est, ut vix discerni queant et ubique confundantur, ut apud *Suidam* in *Διεσκεδασμένον* pro *διεσκευασμένον*, *Hesychium Διεσκεδασμένως*, ubi vide notas, et alibi frequentissime. Exemplo sit *Polyaenus* lib. IV. cap. 111. sect. 25. *Τὸ τῶν ἐλεφάντων ἄγημα διεσκεδασμένον ἐφεστήκει.* *Hinc inde dispersum*, interpres. Imo *διεσκευασμένον*, *armis instructum, ornatum*, *Cornelio Nep.* Hann. 3. Hoc enim isti splendori, quo Alexandrum Magnum in iudiciis apud exteras nationes fuisse usum scribit *Polyaenus*, unice convenit. Similiter plane apud *Athen.* lib. IV. p. 194. f. pro *εἵποντο ἐλέφαντες διεσκεδασμένοι τριάκοντα καὶ ἕξ.* refingendum *διεσκευασμένοι*, quod monuit me Cl. *Valckenaerius.* Eodem verbo saepe utitur *Polyaenus* lib. VI. cap. 21. p. 650. ubi

etiam semel male scriptum fuerat pro διεσκεδασμένην, quod recte *Casaubonus* et *Maesvicius* castigarunt. In eiusdem lib. VII. cap. 15. in. Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύων πολλὰ ἔθνη συνήγαγεν, λογοποιοὺς διασκεδάσας, ὡς οἱ κορυφαῖοι τῶν Ἑλλήνων ὡμολογήκασι προδοσίαν τῆς Ἑλλάδος. Λογοποιοὺς διασκεδάσαι erit *rumigerulos quaquaversum dimittere*, ut διασκεδαννύναι φήμην apud *Herodianum*. Sed praestat λογοποιοὺς διασκευάσας vel κατασκευάσας, *adornans, subornans*, ut apud *Dinarchum* contra Demosth. p. 96. C. [p. 156, 35. Bekk.] ἀλλὰ περιήεις κατασκευάζων λογοποιούς. Pari autem atque apud *Dionem* ratione peccatum in *Libanii* Opp. Soph. T. I. p. 754. D. Εἰ μὲν οὖν μὴ χείρω μοι δόξαν ὁ πατὴρ κατεσκευάκει διὰ τοῦ νόμου, τὸν ἐμὸν τοῦτον εὐθὺς ἂν ἐπεχείρουν λυσιτελοῦντα δεικνύειν. Refingendum: εἰ μὲν οὖν μὴ χείρω μοι (malim μου) δόξαν ὁ πατὴρ κατεσκεδάκει. A propria enim ista
219 loquendi ratione sponte fluxerunt figuratae eaeque longe venustissimae κατασκεδάσαι τινὸς ἀτιμίαν, ὕβριν, δόξαν κακὴν etc. Proxime ad propriam significationem *Demosthenes* de Corona p. 320. A. [p. 242. Reisk. p. 216, 50. Bekk.] αἴτιος δὲ οὗτος, ὥσπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἀδικημάτων κατασκεδάσας. et *Demosthenem* imitatus *Lucianus* Conviv. [3.] T. III. p. 420. l. 48. καὶ πολλὴν τὴν ἑωλοκρασίαν κατασκεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων, *multa contumelia, veluti hesternae coenae reliquiis, philosophos perfundens.* Mos enim erat Athenis adolescentulorum, ut coenantes et pernoctantes in eos, qui somno gravati pocula sua non evacuassent, pridianae coenae iuscula lusus gratia commixta effunderent: quemadmodum e *Scholiis* ad istum *Luciani* locum aliisque Lexicographis abunde doctis cognitum est. *Plato* Apologia p. 15. A. [p. 18. C. St.] ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες, οἱ δεινοί εἰσί μου κατήγοροι. ubi forte μοῦ post φήμην excidit. *Libanius* Opp. T. I. p. 637. A. Διαβολή τις κατεσκέδασται Σωκράτους. *Plutarch.* de Lib. educ. T. II. p. 10. C. Ἀριστοφάνους δέ, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, παντοίως πᾶσαν ὕβριν αὐτοῦ κατασκεδάννυντος. Iterum *Plato* Minoë p. 569. A. [p. 320. D. St.] Αὕτη ἡ φήμη κατεσκέδασται τοῦ Μίνω, ὡς ἀπαιδεύτου τινὸς καὶ χαλεποῦ ὄντος. *Plutarch.* Thes. [cap. 16.] T. I. p. 7. de eodem Minoë loquens: οἱ τραγικοὶ πολλὴν ἀπὸ τοῦ λογείου καὶ τῆς σκηνῆς ἀδοξίαν αὐτοῦ κατεσκέδασαν, ὡς χαλεποῦ καὶ βιαίου γενομένου. *Libanius* Opp. T. I. p. 762. A. καὶ τοῦτο πραττόμενον, καὶ δοκοῦν ἐσχάτη συμφορά, δεξαίμην ἂν μᾶλλον, ἢ μοιχείας δόξαν οὐκ οὔσης, κατασκεδάσαι τῆς οἰκίας. Unde correctio nostra in altero loco unice probatur. *Synesius* Ep. LXVI. p. 207. B. καὶ ὑπὲρ ἀσαφοῦς ὑπονοίας ἀτιμίαν σαφῆ τοῦ ξένου κατασκεδάσαντες. *Lucianus* de Saltat. [6.] T. II. p. 270. l. 21. λῆρόν τινα κατασκεδάσαι μου. Lexiphan. [16.] p. 338. l. 85. περιβομβούμενος ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. Eunuch. [2.] p. 351. l. 16.

Καρυκεία[23], Ἀττικῶς. περίεργος ζωμὸς, Ἑλληνικῶς.

ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. *Philostratus* V. A. lib. IV. cap. 20. p. 157. τὸ μειράκιον κατεσκέδασε τοῦ λόγου πλατύν τε καὶ ἀσελγῆ γέλωτα. Eundem huius verbi usum e Patrum disertissimo *Joanne Chrysostomo* illustravit *J. C. Suicerus* in Thes. Eccl. v. Unum tamen ex Homilia XXX. in Genesin locum protulit, ubi κατεσκέδασε τὴν ἀτιμίαν notat, *ignominiam depulit.* Sed dubitandum vix est, quin levi manu refingi debeat ἀπεσκέδασε. *Epigramma* apud *Demosthen.* de Cor. p. 353. C. [p. 322. Reisk. p. 289, 289. Bekk.] Οἵδε πάτρας ἕνεκα σφετέρας, εἰς δῆριν ἔθεντο Ὅπλα, καὶ ἀντιπάλων ὕβριν ἀπεσκέδασαν. *Libanius* Opp. T. I. p. 783. B. *Palladas* Anthol. lib. II. p. 175. Δὸς πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσειε μερίμνας. Καταχέαι autem eodem usu metapho-
220 rico non raro ponitur, ut apud *Synesium* de Provid. p. 112. D. καταχέαι τινὰ λοιδορίαν Ὀσίριδος ἐνηρμοσμένην κομψείᾳ. Ad similem locum respiciens *Hesychius* Καταχέει interpretatur κακολογεῖ. Idem *Synesius* Epist. CXXXI. p. 267. C. δόξαν καταχεῖν τούτων ἀνθρώπων γένους. *Liban.* Opp. T. I. p. 335. B. ἐπεὶ δὲ καθεύδοντος κατέχεε τις εὐδαιμονίαν. p. 752. C. ὁρᾷθ' ὁπόσων ἀτιμίας εἷς ἀνὴρ κατέχεε. T. II. p. 205. A. δεινὴν κατέχεε τῆς Ἀσίας ἀμορφίαν. p. 214. D. καταχεῖ τῶν πεπονθότων ἀτιμίαν. p. 403. A. κατέχεαν μὲν τῶν ἑαυτῶν κεφαλῶν ὕβρεις. et p. 585. B. Ἑνὸς κατεχέατε τὴν ὕβριν, τῶν δ' ἄλλων ἀπέσχετε. Ita enim omnino reponendum pro κατέχετε. Tantilla menda densissimas interpreti *Morello* tenebras offudit. Sequuntur plura etiam depravata. Sed recordor veteris dicti μηδὲν ἄγαν.

23. Καρυκεία] *Hesychius*: Καρυκεία, ἡ ἡδύτης τῶν ζωμῶν, ὀψοφαγία. Pro quo supra vitiose posuit: Κακύκια, ὀψοφαγία. et Κακῦναι, ὀψοφαγῆσαι, pro Καρυκεῦσαι. Conf. in Καρυκκείαις. Καρυκκευμάτων. Καρύκκη, περίεργος ζωμός. etc. *Erotianus* v. Καρυκοειδέα et *Foësius* in Oeconomia. Levi macula liberandus *Hesychius* in Ἑρμῆς. p. 1439. in. καὶ πέμματος εἶδος κηρυκοειδές. Scribendum καρυκοειδές. Nam *Kusteri* coniectura, κηρυκειοειδὲς, *caduceo simile*, nimis ingeniosa est. Καρυκοποιῆσαι *Aristoph.* Eq. v. 342. Conf. *Schol.* et *Suid.* inprimis *Etymologus* p. 492. v. Καρυκευμάτων. ubi pro καρυκεύειν δὲ τὸ πράττειν e reliquis Grammaticis facile est reponere ταράττειν. Vetus *Comicus* apud *Athen.* lib. XIV. p. 642. D. Τούτοισι χαίρω, τοῖς δὲ κεκαρυκευμένοις Ὄψοισι καὶ ζωμοῖσιν ἥδομ', ὦ θεοί. ubi *Casaubonus* legendum putat ἀηδοῦμ', ὦ θεοί. Sed forte δὲ in τε mutato nihil praeterea tentandum, vel pro ἥδομαι reponendum ἄχθομαι.

Κατακώχιμα[24], *τὰ κατεσχημένα ἐνέχυρα, Ἀττικῶς.*

Κατεδήδοκεν[25], *Ἀττικῶς. καταβέβρωκεν, Ἑλληνικῶς.*

24. *Κατακώχιμα*] Singularem plane glossam e MS. suo primus protulit Theologus eruditissimus, *Stephanus le Moynius* Var. Sacr. p. 479. In *Hudsoni* editione et MS. Leid. frustra quaesiveris. In Coll. Gron. est *Κατακώχομα*. In ordine vero Cod. Coisl., quem *Ruhnkenio* debe-
221 mus, *Κατακώχημα* per η̅. *Pignora*, quae *capiuntur*, Graece dicuntur *κατέχεσθαι*, ut et *ii qui tenentur*. *Hesychius*: Ῥύσιον — τὸ ἕνεκα ἐνεχύρου κατεχομένον, παρὰ τὸ ῥύεσθαι τὸν κατεχόμενον. A *κατέχεσθαι κατοχὴ* et *κατοκωχὴ*, ut *ἀνοκωχὴ*, *διοκωχὴ* aliaque, de quibus praeclare *Valckenaerius* Animadvv. ad Ammon. lib. I. cap. 5. *Κατοκωχὴ*, *κατοχή*, servavit *Hesychius*. Idem: *Κατοκώχημα*, *κάτοχον*, *ἐχυρόν*. Legendum haud dubie *ἐνέχυρον*. A *κατοκωχὴ* formatur adiectivum *κατοκώχιμος*, ut a *κατοχὴ κατόχιμος*. *Κατοκώχημα* singulare probumne sit, dubito. Quod autem nominibus *ἀνοκωχὴ*, *διοκωχὴ* accidit, ut ubique perverse scribantur cum α̅ *ἀνακωχὴ*, *διακωχὴ*, ita nostra *κατοκωχὴ*, *κατοκώχιμος* (perpetuone librariorum errore an ipsorum scriptorum culpa, qui linguae suae rationem saepe minus perspectam habuerunt, non dixerim) male exarantur *κατακωχὴ*, *κατακώχιμος*. *Κατακωχὴ* in *Platonis* Jone p. 365. E. [p. 536. C. St.] mutari debet in *κατοκωχὴ*, *afflatus*. *Κατοχὴ* Phaedr. p. 1220. f. [p. 245. A. St.] *ἡ ἀπὸ Μουσῶν κατοχὴ καὶ μανία*. In *Zenonis* Cittiei verbis apud *Clem. Alex.* Paed. lib. III. p. 297. pro *καὶ κατοχὴ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων*. MSS. *κατακωχή*. *Κατακώχιμοι* pro *κατοκώχιμοι Synesius* Dione p. 62. B. *Μένουσι χρόνον ὑπόσυχνον τοῖς αὐλήμασι κατακώχιμοι*, quem locum citat *Suidas* v. ubi et *κατακωχή*. Sed ista aliaque omnia, quae habet *Stephanus* in Thesauro, ad analogiae rationem castiganda sunt.

25. *Κατ. Ἀ. καταβέβρωκεν, Ἑλληνικῶς*] Cave *Moeridi* credas, cui quantum in eiusmodi rebus tribuendum sit, patet ex *Theophrasti* Hist. Plant. lib. II. cap. 4. *ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ*, inquit, *καταβρωθέντων τῶν ἔργων ὑπ' ἀττελέβων πάλιν ἀνεβλάστησε*. Idem verbum usurpatur a *Luciano* [Quom. hist. scrib. 28.] T. I. p. 654. [T. II. p. 36. sq.] *ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ στρατευομένου, μῦθοι τὸ μετὰ τοῦτο μακροὶ, καὶ διηγήσεις, ὡς θηράσειεν αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ, καὶ ὡς ἴδοι τοὺς ἐλέφαντας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ συννεμομένους, καὶ ὡς ὑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη*. Sallier.

Κατεδήδωκεν. Lege *Κατεδήδοκεν*. Gesner. in litt. ad Schl. Sic Coisl. et *Oudendorp.* ad Thom. M. *Κατεδήδοκε Aristophanes* Vesp. v. 834. *Τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδοκε.* ubi

Κατιτήριον[26], *τὸν τοῦ νεκροῦ ὄβολον.*

metri causa scribendum *Σικελικὴν*, ut v. 892. nam prima in *Σικελὸς* semper est brevis, quae in *Σικελικὸς* producitur. *Κατεδηδοκὼς* Pac. v. 386. *Alexis* apud *Athen.* lib. III. p. 118. A. *Κατεδηδόκασιν τὰ λάχανα τρωξάλλιδες.* *Anaxilas* ib. lib. VII. p.
222 307. D. *Leucon* apud *Hesych.* v. *Παάπις.* *Incertus* apud *Stobaeum* Flor. Grot. p. 481. *Οὐδεὶς τὰ πατρῷά πω γέρων κατεδήδοκε.* Similiter *Aeschines* in Timarchum p. 175. et seqq. [p. 5. Steph. p. 259, 30. sqq. Bekk.] *Ἀπεδήδοκε* *Aristoph.* Ran. v. 1015. *Ἐξεδήδοκε* Vesp. v. 920. *Καταβέβρωκε* usus est *Hyperides* apud *Pollucem* lib. VI. sect. 39. *τὰ ὄντα καταβέβρωκε.* *Antiphanes* apud *Athen.* lib. III. p. 127. E. *Hegesippus* ib. lib. VII. p. 290. E. *οἳ καταβεβρώκασ' ἕνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας.* *Machon* lib. XIII. p. 583. B. Rarius *κατηρίστηκε* a *καταριστᾶν* adhibuit *Antiphon*, teste *Athenaeo* lib. X. p. 423. A. *Καταριστᾶν δὲ εἴρηκεν ἐν τῷ Πολιτικῷ Ἀντιφῶν οὕτως· ὅτ' ἄντι* (leg. *ὅταν τις*) *πράγματα τὰ ἑαυτοῦ ἢ τὰ τῶν φίλων κατηρίστηκεν.*

26. *Καττιτέριον τ. τ. ν. ὀ.* (*Ἀττικῶς. κασσιτέριον, Ἑλληνικῶς*)] In MS. *κατιτίριον.* Hudson.

Κατιτήριον. *Hudsoni* commentum vel Heracliteae severitatis homini risum excutiat. Stannea, credo, moneta prae auri, argenti, aeris inopia in inferno uti coacti sunt mortui, quos tamen aere fuisse usos ex *Propertio* et aliunde constat. Sed extra iocum. *Κατιτήριον, τὸν τοῦ νεκροῦ ὄβολον*, exhibent Codd. Coisl. Reg. Coll. Gr. et Schl. Pulcherrime! De obolo mortuorum ori imponi solito plenissime Summus *Hemsterhusius* ad Luciani D. M. [22, 1.] T. I. p. 422. Nos tantum paucula ad nomen *κατιτήριον*, quod solus conservavit *Moeris*, illustrandum proferemus. A verbo *ἔξειμι*, *exeo*, derivatur nomen adiectivum *ἐξιτήριος*. *Ἐξιτηρίους εὐχὰς* *Suidas* et *Etymologus* interpretantur *ἐφοδίους τοῖς πρὸς ἔξοδον ἔχουσιν* (*Suid.* *ἰοῦσιν*) *ἢ πρὸς θάνατον.* Addit *Etymologus*: *ἴμεν, ἴτε, ἴτος, ἰτήριος καὶ ἐξιτήριος.* *Ἐξιτηρίους λόγους* e *Gregorio Nazianz.* ad Suid. profert *Kusterus*, quem vide. *Ἐξιτήρια*, *Hesychio* interprete, *ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἀπετίθεντο Ἀθήνησιν.* ubi conf. notas et *Suicerum* in Thes. v. *Ἐξιτήριος.* Similiter ab *εἴσειμι* *εἰσιτήριος.* *Εἰσιτήρια* sacrificia apud *Demosth.* de Falsa Legat. p. 225. A. [p. 400. Reisk. p. 362, 190. Bekk.] adv. Mid. p. 401. B. [p. 552. Reisk. p. 496, 114. Bekk.] *quae fiebant senatu in curiam ingressuro.* Vide *Ulpianum* et *Suidam* v. *Εἰσιτήριοι θυσίαι*, *sacrificia in introitu sacerdotii*, apud *Heliodor.* lib. VII. [cap. 2.] p. 309. in. *Τοῦ δὲ Θυάμιδος, ὡς ἂν πρεσβυτέρου παιδὸς, ἐπὶ τὴν προφητείαν κληθέντος, καὶ τὰς εἰσιτηρίους θυσίας πανδημεὶ τελοῦντος.* Coenam *aditialem*, quam Pontifices praebebant, cum munus

Καλιὰ[27], τὸ ἐκ ξύλων οἴκημα.
Καταγλωττίσματα[28], τὰ περίεργα φιλήματα. καὶ καταγλωττίζειν[29], τὸ βλασφημεῖν.

adirent et inaugurarentur, recte Graece dixeris εἰσιτήριον. In
223 *Glossis* vetustis legitur: *Εἰσιτήριον, per introitum.* Nullus dubito, quin reponi debeat: *pro introitu*, ut apud *Suetonium* Claud. cap. 9. *pro introitu novi sacerdotii.* Ad hanc lucem si spectemus *κατιτήριον*, facile patebit, derivari a *κατιέναι*, *descendere.* *Ὄβολος κατιτήριος* vel *νόμισμα κατιτήριον*, *nummus*, *qui solvebatur pro descensu ad inferos.* Similiter *sacrificia*, *quae pro descensu* sive ad inferos, sive in antrum Trophonii, vel *pro reditu* in patriam (hoc enim sensu *κατιέναι* et *κάθοδος* non raro occurrunt) fiebant, Graece appellantur *κατιτήρια*. *Hesychius*: *Κατιτήρια*, *ἡ ἐπὶ καθόδῳ θυσία.* Editur quidem *κατικτηρία*, quod *H. Stephanus* in Ind. Thes. ab Ionico *καθικνεῖσθαι* sive *καθίκεσθαι* deducit; sed *κατιτήρια* legi debere alterumque a librariis esse profectum, ipsa series litterarum docet. Sed hoc nihil est ad incredibilem ipsius *Hesychii* stuporem; is enim suo loco pro *Κατιτήρια* posuit *Καπητήρια*, *καταβατήρια*, ubi notari meretur nomen *καταβατήρια* ad eandem normam formatum, ad quam *διαβατήρια*, *sacrificia pro transitu*, quod e *Thucydide* aliisque protulerunt Lexicographi. Quibus addi possunt *ἐκβατήρια*, *ἐμβατήρια*, *ἐπιβατήρια*, *ὑπερβατήρια*, Lexicographis incognita. *Ἐκβατήρια Philostratus* de Vit. Sophist. lib. II. cap. 1. p. 562. *θύσας ἐκβατήρια τῆς νόσου.* *Ἐμβατήρια* Idem V. A. lib. V. cap. 43. *ἐμβατήρια πλοῦ θύσαντες.* Her. cap. 2. p. 687. *ἐμβατήρια τοῦ λόγου.* *Θυσίαν ἐμβατήριον* *Heliodor.* lib. IV. [cap. 16.] p. 196. l. 24. quod ante *D'Orvill.* ad Charit. p. 662. [p. 605. ed. Lips.] observavit *Sopingius* ad Hesych. v. *Ἐπιβατήρια.* *Synesius* Encom. Calv. p. 70. D. *Ἄγοιτ' ἂν οὖν ἐν δίκῃ μυστήρια κεφαλῆς ἀνακαλυπτήρια, διὰ μὲν τοὺς βεβήλους οὑτωσί πως καλούμενα, οἱ σοφοὶ δ' ἂν εἰδεῖεν, ὅτι νοῦ ταῦτα ἐπιβατήρια.* *Ὑπερβατήρια* *Polyaen.* lib. I. cap. 10. *Ἡρακλεῖδαι μὲν δὴ ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ τῶν ὀρείων ὑπερβατήρια.* Scribendum *ὁρίων.* His et nostro *κατιτήριον* et *κατιτήρια* augeantur Lexica.

27. *Καλιὰ — Ἀττικῶς*] Deest ultima vox in Cod. Coisl. Recte, cum illud nomen a primis temporibus non Attici solum, sed Graeci omnes usurpaverint. SALLIER.

Καλιὰ, τὸ ἐκ τῶν ξύλων οἴκημα. *Τῶν* non habent Coisl. et Reg. Similiter plane *Moschopulus* Π. Σ. p. 149. *Hesychius*: *Κάλιος, τὸ δεσμωτήριον, καὶ ξύλον ᾧ ἐδέοντο, καὶ οἱ μικροὶ οἶκοι καλιαὶ καὶ καλίδια.* Conf. *Pollux* lib. X. sect. 161. *Suidas* v. *Καλιά.*

28. *Καταγλωττίσματα*] 224
Aristophan. Nub. v. 51. *Γλωτ-*

Κάκη[30], *ὡς Πλάτων, Ἀττικῶς. κακία, Ἑλληνικῶς.*

Κατωνάκη[31], *τοῖς εἰς χρόνον φεύγουσιν, ὅτε κατίοιεν, νάκος τι τοῖς ἱματίοις προσέῤῥαπτο ὡς καὶ ὁ Θεόπομπος, ἠναγκάσθησαν δὲ ὑπὸ τῶν τυράννων, ἵνα μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ, κατωνάκην φορεῖν.*

τισμοὶ Anthol. lib. VII. p. 470. v. 4. *Automedon* in Anthologia inedita: *Γλωττίζει, κνίζει, περιλαμβάνει, ἢν δ' ἐπιτρίψῃ Τὸ σκέλος, ἐξ ᾅδου τὴν κορύνην ἀνάγει.* Poëtarum Latinorum loca dederunt *Pricaeus* ad *Apuleii* Metam. p. 87. et 301. et V. D. ad *Thomam*, quibus addatur *Tibullus* lib. I. eleg. IX. v. 39. *Et dare anhelanti pugnantibus uvida linguis Oscula, et in collo figere dente notas.* Sed nemo suavius suavissimam rem depinxit *Achille Tatio* lib. II. [cap. 37.] p. 147. quem locum hominibus venustis totum perlegendum relinquimus. [*Blomfield.* ad Aesch. Agam. p. 195. Glossar. v. 209. pro *περίεργα φιλήματα* tentat *περίοργα φιλ.*]

29. *Καταγλωττίζειν, τὸ βλασφημεῖν*] *Aristoph.* Acharn. v. 379. *Διέβαλλε καὶ κατεγλώττιζέ μου.* ut *ἐπιγλωττήσομαι* Lysistr. v. 37. quod annotarunt *Pollux* lib. II. sect. 109. et *Hesychius Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.* Alium huius verbi usum docuit et *λέξεις κατεγλωττισμένας* in *Eunapio* recte interpretatus est per *dictiones obscuras et peregrinas, κατὰ γλῶτταν εἰρημένας, Thomas Reinesius* Var. Lectt. lib. III. p. 428. Conferatur *Salmasius* ad Spartianum p. 44. A.

30. *Κάκη, οὕτω Πλάτων*] Ita ex *Suida.* In MS. *ὁ Πλάτ.* HUDSON.

Κάκη, ὡς Πλάτων. Sic MSS. Coisl. Reg. Coll. Gr. In Leid. ὁ. Vim exemplorum e *Platone* aliisque scriptoribus Atticis dedit *D. Ruhnkenius* ad Timaeum v. [p. 152.]

31. *Κατωνάκη. — νάκους τὶ τοῖς ἱμ.*] In MS. *κνάκου.* Dein pro *ἵνα μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ*, in MS. *κατιών.* HUDSON. Primo repone *νάκος*: deinde aut menda latet in verbis *εἰς χρόνον* aut dictum est pro *ἐπὶ χρόνον.* FISCHER. In Coisl. Cod. legitur *νακουστι.* Lege *νάκος τι.* SALLIER.

Κατωνάκη. Leid. ut Huds. 225
κνάκου τι. Placuit Cl. *Sallierii* correctio: *νάκος τι. Hesychius: Κατωνάκη, ἱμάτιον ἔχον ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος προσεῤῥαμμένον, ὅ ἐστι μηλωτή. δοκοῦσι δὲ τοῦτο ἀμφιέσασθαι Ἀθηναῖοι τῶν περὶ Πεισίστρατον τυράννων ἐπαναγκασάντων, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς τὸ ἄστυ οἱ πολῖται.* Conf. *Suidam*, qui *Aristophanis* loca ex Eccl. v. 713. et Lys. v. 1153. citat. Dein pro *προσεράπτετο* e sola Coll. Gronov. praetuli *προσέῤῥαπτο*, quemadmodum apud *Polluc.* lib. VII. sect. 68. e MSS. etiam reponen-

Κεκτῆσθαι [32], *καὶ ἡ κεκτημένη, ἡ δέσποινα, παρ' Ἀττικοῖς.*

Κεραμεοῦν [33], *Ἀττικῶς. ὀστρακινὸν, Ἑλληνικῶς.*

dum in verbis *Theopompi* cum *Hudsono* κατίωσιν. κατιὼν in omnibus MSS. Sed gravior menda latet in initio, in τοῖς εἰς χρόνον φεύγουσι. Pisistratidarum tempore plerique Argos aut Thebas concesserunt: sed ista nomina nimis a corruptae lectionis vestigiis recedunt. Quare, donec aliunde certius quid afferatur, legendum coniicio: τοῖς εἰς χωρία φεύγουσι, *in agros*, *in praedia*, *in villas*, ut apud *Aristoph*. Pac. v. 561. ἐς τὰ χωρία. Nisi εἰς χρόνον interpretari velis: *ad certum tempus* vel *in annum*. Athenis non tantum, sed et Sicyone hoc vestimenti genus aliquando fuisse in usu monet *Pollux* l. c. Unde emendandus *Athenaeus* lib. VI. p. 271. D. Ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ κἂν τῇ τριακοστῇ καὶ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν παρὰ Σικυωνίοις κατανακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς, παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις. Τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Μέναιχμος ἐν τοῖς Σικυωνιακοῖς, κατανακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς π. ο. τ. ἐ. *Dalechampii* errorem, *Catanancophoros* bis exhibentis, recte castigat ὁ πάνυ *Casaubonus* Animadvv. cap. 20. sed non animum advertit Vir summus, littera mutata scribi oportere κατωνακοφόρους, cuius nominis ratio e dictis clarissima est.

32. (Κέκτημαι) καὶ κεκτῆσθαι] In MS. haec adiuncta erant verbis κατωνάκην φορεῖν in voce Κατωνάκη. Hudson. Κεκτημένη est apud *Lucian*. Asin. c. 11. T. II. p. 580. l. 76. et ὁ κεκτημένος, *herus*, apud *Xenoph*. Oecon. 20, 22. et *Aristoph*. Plut. v. 4. ubi vid. *Spanhemius*. Fischer.

Similiter Leid. Sed male habet κηκτῆσθαι. In Coisl. et Coll. Gronov. sine καὶ sic scriptum, ut exprimi curavimus. Vid. *Thom. M.* et *Spanhem.* ad Aristoph. Plut v. 4. *Etymol.* p. 501. l. 25. *Eustathius* ad Hom. Iliad. I. p. 662. l. 40. τὸ δὲ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι καὶ Ἰωνικὸν δὲ ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. Utrumque coniunxit *Plato* Theaet. p. 144. E. [p. 198. D. St.] ἡ μὲν (θήρα) πρὶν ἐκτῆσθαι, τοῦ κεκτῆσθαι ἕνεκα.

33. Κεραμεοῦν] *Hesy-* 226
chius: Κεραμεοῦν, ὀστρακινόν. *Pollux* lib. X. sect. 30. τεῦχος κεραμεοῦν. conf. sect. 190. *Nicon* Citharoedo apud *Athen.* lib. XI. p. 487. C. Καὶ πάνυ τὶς εὐκαίρως, προπίνω, φησί, σοι Πατριώτα. μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρὸν, Χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἐδεξάμην. Ita hos versus recte constituit Vir Amicissimus *A. Heringa* Obs. cap. 3. p. 29. *Philostrat.* V. A. lib. VI. cap. 22. f. ἄγαλμα — κεραμεοῦν τε καὶ φαῦλον. *Libanius* Opp. T. I. p. 372. C. ἀγγεῖον μικρὸν κεραμοῦν. Leg. κεραμεοῦν. Conf. *Thom. M.*

Κέοιντο[34], *μόνως Ἀττικῶς.*
Κεκλείσεται[35], *μόνως Ἀττικῶς.*
Κεκραγμὸς[36], *Ἀττικῶς. κραυγὴ, Ἑλληνικῶς.*
Κηδεστὰς[37], *καὶ τοὺς διδόντας καὶ τοὺς λαμβάνοντας τὰς κόρας, Ἀττικῶς. πενθεροὺς καὶ γαμβροὺς, Ἑλληνικῶς.*

34. *Κέοιτο*] *Κέοιντο* in Cod. MS. Certum est *κέοιντο* Jonicum esse. Nec scio, quomodo verum esse potest, quod hic asseritur; nisi de Atticorum lingua veteri intelligatur, quae multa cum Jonica communia habuit. Fuit, cum legendum existimarem: *Κέοιτο, ἀντὶ ὑπάρχοι, μόνως Ἀττ. κείσεται, ἀντι ὑπάρξει μ.* etc. eo quod voces nonnullae in certa duntaxat significatione Atticae sunt. Hudson. Vide loca auctorum a nobis in Animadvv. ad *Welleri* Gramm. p. 230 s. [T. II. p. 488.] laudata, neque dubitabis, quin lectio vulgata recte se habeat. Temere *κέοιντο* mutavit *Hudsonus* in *κέοιτο*. Fischer.

Κέοιντο MSS. omnes. *προσκέοιντο Thucyd.* lib. IV. [cap. 33.] p. 259. l. 74. *διακέοιντο Lysias* contr. Agorat. p. 262. [p. 137. Steph. p. 278, 78. Bekk.]

35. *Κεκλείσεται*] *Hudsoni* editio *καὶ κείσεται*. Leid. *κείσηται*. Reg. et Coll. Gron. *κεκείσεται*. In Coisl. et Coll. Schl. *Κεκλείσεται. Aristophanes* Lysistr. v. 1073. *Ἴσως δ' ἡ θύρα κεκλείσεται.*

36. *Κεκραγμός*] In MS. *κεκραγώς*. Hudson.

Κεκραγμός. In eadem cum *Moeride* sententia sunt *Phrynichus* et *Thomas Mag.*, nec immerito, cum hocce nomen legatur apud *Euripidem* Iph. in Aul. v. 1357. *Ἀλλ' ἐνικώμην κεκραγμοῦ.* Idem dixeris de nomine *κέκραγμα*, cui inter Atticas voces locum esse debere ostendunt haec *Aristophanis* Pace v. 625. *Οἱ δὲ γινώσκοντες εὖ Τοὺς πένητας ἀσθενοῦντας κἀποροῦντας ἀλφίτων Τήνδε μὲν δίκροις ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασιν.* Illius tamen, ut et vocis *κραυγασμὸς*, in Lexicis exempla non occurrunt, quam in usu apud veteres fuisse persuadent *Phrynichi* et *Photii* testimonia, a quibus vocem *κραυ-* 227
γασμὸς expositam legas. Equidem prior Attica civitate donandam non iudicat eumque sequitur *Thomas Mag.* Sed neutri ut assentiamur, facit *Diphili* auctoritas, a quo illud vocabulum adhibitum esse, e veteri quodam Lexico discimus [Antiattic. ap. *Bekk.* An. Gr. I. p. 101, 10. *Κραυγασμὸς, ἀντὶ τοῦ κραυγή. Δίφιλος Ἀποβάτῃ.*]. Sallier.

Κεκραγμός. Leid. *Κεκραγώς. Hudsoni* emendationem probant Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. *Vetus auctor* apud *Suid.* v. *κεκραγμὸν γάρ τινα σκαιὸν ὁ χοῖρος ἠρτημένος ἀφίει.*

37. *Κηδεστάς*] Vid. *Thom. Mag.* v. *Wesseling.* ad Diod. Sic. lib. XIV. p. 645. *Valckenaer.* ad Eurip. Phoeniss. v. 431.

Κῆχος[38], *ἀντὶ τοῦ δὴ, Ἀττικῶς.*
Κλισιάδες[39], *αἱ δίθυροι πύλαι, Ἀττικῶς. κλισία δὲ, ὅπου τὰ ζεύγη ἵστατο.*

Pro *affine* etiam *Andocides* p. 7. l. 36. [p. 100, 50. Bekk.] *τὸν κηδεστὴν, ὃς ἔχει σου τὴν ἀδελφήν.* Hi alias *συγκηδεσταὶ* dicti *Eustath.* Il. Ξ. p. 957. l. 33. In fine voces *πενθεροὺς καὶ γαμβροὺς Ἑλλ.* sic transposui pro *πενθεροὺς Ἑλληνικῶς καὶ γαμβροὺς* cum Cod. Coisl. Ceterum, quam huic glossae adiunxerat *Hudsonus*, *Κηδεύομεν*, infra demum legitur in littera *T*, *Τινὶ κηδεύομεν*, quo eam redire iussi.

38. *Κῆχος ἀντὶ γῆ, Ἀ.*] Ita pro *δὴ* in MS. rescribere visum est, cum in *Hesychio* sit: *Ποῖ κῆχος, ποῖ γῆς.* Hudson. Errat V. D. neque cepit satis vim glossae Hesychianae. Legi debet *πῆ*, non *γῆ*. Namque *κῆχος* adverbium est, quod *Stephanus* in Thes. L. Gr. sed quo auctore nescio, tradit dorice dici pro *πῆ*, *quo*, et cui apud *Aristophanem*, cuius loca laudavit idem *Stephanus*, pleonastice additur *ποῖ*, ita ut *ποῖ κῆχος* sit *quo*, vel *quo terrarum*, *ποῖ γῆς*, *εἰς τίνα τόπον*, ut Hesychius ad ista loca poëtae respiciens interpretatur. Sed inde potest nullo modo colligi, *κῆχος* idem esse quod *γῆ*. Fischer.

Κῆχος ἀντὶ γῆ. Cod. Coisl. habet *δὴ*, sed in margine eadem manu legitur: *Ποῦ κῆχος, Ἀττικῶς. ποῦ δη, Ἑλληνικῶς.* Scribendum tamen videtur: *Ποῖ κῆχος.* Ea enim loquendi ratione *Aristophanem* et *Pherecratem* usos esse *Etymologus* testatur p. 682. f. Sallier.

Κῆχος ἀντὶ τοῦ δή. Sic MSS. C. R. et Coll. Gron. Vid. *Stephanum* in Ind. Thes. Mihi non liquet.

39. *Κλισιάδες — κλισίαι*] In MS. *κλυσία.* Hudson.

Κλισιάδες, αἱ δίθυροι πύλαι. Eodem sensu *δίπτυχοι Hesychio* et *Photio* dicuntur, id est *bifores.* Videntur autem sic appellatae ianuae aedium interiores, ut colligas ex his *Philonis* [de Congr. Quaer. Erud. Gr. §. 3. p. 520. ed. Mang.] p. 333. *ὥσπερ γὰρ ἐν μὲν οἰκίαις αὔλειοι πρόκειν-* 228
ται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι᾽ ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. quo referendus alter eiusdem scriptoris locus, ubi de Pharaonis filia, quam ait moerore ob sterilitatem confectam ad Nili ripas se contulisse, cum hactenus ne ianuam seu *κλισιάδας* quidem praetergressa esset. *Κατηφοῦσαν δὲ ἀεὶ*, inquit [de Vita Mos. lib. I. §. 4. p. 82. ed. Mang.], *καὶ στένουσαν, ὡς μάλιστα ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῷ βάρει τῶν φροντίδων ἀπαγορεῦσαι, καὶ δι᾽ ἔθους ἔχουσαν οἴκοι καταμένειν, καὶ μηδὲ τὰς κλισιάδας ὑπερβαίνειν, ἐξορμῆσαι μετὰ θεραπαινίδων ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο.* [add. de Spec. Legg. §. 31. p. 327. ed. Mang.] Quis vero nescit, feminas in interiorem aedium partem abdi solitas? Interim mirari subit, huiusce vocis

exempla in Lexicis desiderari, cum praeter *Philonem* usurpata sit a *Plutarcho* Mor. [de Is. et Osir.] T. II. p. 160. [imo p. 360. A.] ὀκνῶ δὲ, inquit, μὴ τοῦτο ᾖ τὰ ἀκίνητα κινεῖν — καὶ τιμὴν, καὶ πίστιν ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ἐκ πρώτης γενέσεως ἐνδεδυκυῖαν ἐξιστάναι, καὶ ἀναλύειν, μεγάλας τῷ ἀθέῳ λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντας καὶ ἐξανθρωπίζοντι τὰ θεῖα. Ea quoque occurrit apud *Clem. Alex.* [Paed. lib. III. p. 175. D. Sylb.] p. 160. Pro κλισίαι Cod. Oxon. habet κλυσία. Coisl. vero κλισία, quod rectum est. SALLIER.

Κλισιάδες. Triplex nominis scribendi ratio est, κλησιάδες, κλεισιάδες, κλισιάδες, quarum ultima unice vera videtur, probata etiam *D'Orvillio* V. C. ad Chariton. p. 124. [p. 274. ed. Lips.] ubi nonnulla huius vocis exempla dedit. Alia *Wetstenius* ad 1 Corinth. cap. XVI. v. 9. *Dionysius Halicarn.* A. R. lib. I. p. 53. l. 45. et lib. V. p. 307. l. 26. — Pro κλισίαι vero reposui κλισία e MSS. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gronov. In Leid. erat κλυσία. *Κλισία* singulari numero pro *stabulo* in Homeri Iliade *Π.* sumit *Eustathius.* Vide *H. Stephan.* Thes. T. II. p. 260. E. Sed hoc loco κλισία sive κλίσια plurale videtur a singulari κλίσιον sive κλισίον. *Hesychius*: *Κλισίον*, παραστάς. προβάτων καὶ βοῶν στάσις etc. Alio loco: *Κλειόων*, πυλὼν, ὅπου ζεύγεσιν ἦν τόπος εἰς στάσιν, pro κλεισίον: nam in hoc etiam nomine eadem scribendi varietas. *Eustathius* ad Il. A. p. 58. l. 39. et plenius ad Odyss. Ω. p. 830. l. 12. *Κλίσιον* δὲ οἰκετικος οἶκος ἐστὶν εὐτελὴς, καὶ οἷον τις κλισία, περὶ ἣν δμῶες ἴαυον. παρὰ μέντοι Ἀττικοῖς το κλίσιον ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν ἐστι δεκτικόν. ὃ λέγεται τοὺς Ῥωμαίους παρὰ τὴν στάσιν σταῦλον καλεῖν. Δίωνι μέντοι τῷ καλῷ τὴν γλῶσσαν δοκεῖ κλίσιον εἶναι, τὸν σταθμὸν τῶν προβάτων. ὁποῖα ἡ κοινῶς λεγομένη σκεπαστή. ἐν δὲ ῥητορικοῖς λεξικοῖς, παρ' οἷς καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ μόνου δὲ διχρόνου ἡ τῆς λέξεως ἄρχουσα εὕρηται, κεῖνται καὶ ταῦτα. Κλείσιον, θυρεὼν, ἐν ᾧ καὶ ζεύγη ἵσταται. καὶ κλεισίαι, αὔλειοι πυλῶνες, πλατεῖαι θύραι, δι' ὧν καὶ ζεύγη εἰσέρχονται. Αἴλιος δὲ Διονύσιος κλεισίον φησὶν ὡς κλειδίον, καὶ ὅτι θυρὼν τοῦτο μέγας. καὶ κλεισίαι αἱ τούτου θύραι πλατεῖαι, καὶ εἰς τὸ ἐκτὸς ἀνοιγομέναι. ἐν ἑτέρῳ δὲ γράφει, ὅτι κλίσιον Ἀμερίας τὸ πρόστῳον ἴσως παρὰ Ἴωσιν, ὡς καὶ 229
Ὅμηρος, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη (Od. Ω. v. 207.). παρὰ δὲ Ἀττικοῖς, κλείσιον, ὁ μέγας θυρών. καὶ μήποτέ φησι τοῦτο μὲν ἐκτείνεται καὶ παροξύνεται, ἐκεῖνο δὲ συστέλλεται καὶ προπαροξύνεται. *Dionis Chrysostomi* locus, quem *Eustathius* innuit, est Or. XL. p. 488. C. ἐρείπια πολὺ ταπεινότερα τῶν κλισιῶν (sic), οἷς ὑποδύεται τὰ πρόβατα. Videndi etiam *Porphyrius* in Scholiis ad Homer. ineditis apud *Valckenaerium* Dissert. de Schol. in Hom. ined. p. 100. [Opusc. T. II. p. 105.] *Moschopulus Π. Σ.* p. 99. *Etymologus* p. 520. cuius locum etiam indicavit *Stephanus* in Thesauro. *Pollux* lib. IV. sect. 125. τὸ δὲ κλίσιον ἐν κωμῳδίᾳ, παράκειται

Κλάσαι[40], *Ἀττικῶς. κλαδεῦσαι, Ἑλληνικῶς.*
Κνέφαλον[41], *Ἀττικῶς. τύλη, Ἑλληνικῶς.*
Κνισσᾷν[42], *τὸ θύειν, Ἀττικῶς.*

παρὰ τὴν οἰκίαν παραπετάσματι δηλούμενον, καὶ ἔστι μὲν σταθμὸς ὑποζυγίων, καὶ αἱ θύραι αὐτοῦ μείζους δοκοῦσι, καλούμεναι κλισιάδες, πρὸς τὸ καὶ τὰς ἁμάξας εἰσελαύνειν, καὶ τὰ σκευοφόρα. ἐν δὲ Ἀντιφάνους Ἀκεστρίᾳ, καὶ ἐργαστήριον γέγονε τὸ καλούμενον κλίσιον. το κλίσιον, Ὃ πρίν ποτ' ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμὸς Καὶ τοῖς ὄνοις, πεποίηκεν ἐργαστήριον. Codex Falckenburg. quaedam verba addit, quorum sensum prope perspicio, sed versum nondum redintegrare possum. In *Lysiae* Orat. contra Eratosth. p. 197. [p. 121. Steph. p. 246, 18. Bekk.] *τριῶν ἡμῖν οἰκιῶν οὐσῶν, οὐδεμιᾶς εἴασαν ἐξενεχθῆναι, ἀλλὰ κλίσιον μισθωσάμενοι προὔθεντο αὐτόν.* interpretantur *tuguriolum*: malim *stabulum*; et similiter in *Demosthenis* Or. de Corona p. 331. [p. 270. Reisk. p. 240, 129. Bekk.] *ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ ἥρωϊ χρωμένη.* ubi *Wolfius* dedit *in fornice; Aretinus: in claustro*; alii aliter, ut e *Wolfii* annotationibus videre est. Sed, ut dixi, interpretandum *in stabulo.*

40. *Κλάσαι*] *Κλαδᾶσαι* vel *κλαδῆσαι* scribendum censet *Pauwius* ad Phrynichum p. 72. [p. 172. Lob.] quam coniecturam refellit Magnus *Hemsterhusius* in praeclara nota, quam ex reconditis eruditionis suae thesauris depromsit in Addend. ad *Thom. M.* Apud *Hesychium* reperias *Κλαδᾶσαι, σεῖσαι.* et *Κλαδεῖ, σείει, κινεῖ.* pro quo series litterarum postulat *Κλαδάει.* sed ea videntur depravata ex *Κραδᾶσαι* et *Κραδάει*, ut et sequens *Κλαδαρῶν* ex *Κραδαλῶν, κλάδων.* quae suo loco videri possunt. Sic *κλαδαίνεται* pro *κραδαίνεται* in *Πτύρεται* apud eundem *Hesychium.* Gravius peccavit idem Lexicographus in *Κλαδεῖ, λοιδορεῖ, φθέγγεται.* pro quibus scribere debuerat: *Κηκαδεῖ, λοιδορεῖ. Κελαδεῖ, φθέγγεται.*

41. *Κνέφαλον*] De nominibus *κνέφαλον* et *τύλη* quid sentiendum sit, disces ex *Polluce* 230 et virorum doctorum notis ad illum (lib. VII. sect. 192. X. 35. et seq.). SALLIER.

Κνέφαλον, Ἀ. ἡ τύλη, Ἑ. In Cod. Regio et Coll. Gron. est *κτύλη*, unde *K* in *H* mutata fluxit Huds. et MS. Leidensis lectio *ἡ τύλη.* Sed articulum recte omittit Codex Coislin. Vid. not. ad *Thom. M.*

42. *Κνισσᾷν*] MSS. C. R. Leid. Coll. Gr. Schlaeg. per unum *σ κνισᾷν*, quemadmodum alibi etiam scribitur. *Κνισσᾷν ἀγυιάς, βωμούς.* Veterum loca excitavit *H. Stephanus* in Thes., quibus adde *Themistium* Or. XIII. p. 179. A.

Κυρίττειν[43], *Ἀττικῶς. κερατίζειν, Ἑλληνικῶς.*
Κλεῖν[44], *Ἀττικῶς. κλεῖδα, Ἑλληνικῶς.*
Κλάειν[45] *καὶ κάειν μετὰ τοῦ ᾱ, Ἀττικῶς. μετὰ τοῦ ῑ, Ἑλληνικῶς.*

43. *Κυρίττειν, Ἀ. κερατίζειν, Ἑ.*] Cod. Coisl. habet *κερματίσειν*. Parum recte. *Κερατίζειν* enim legendum esse obscurum est nemini, quae vox a compluribus est usurpata, v. g. a. *Vet. Test.* interpretibus, *Justino* p. 318. *Eusebio* Demonstr. [lib. VI.] p. 281. [A. ed. Paris.] *Gregorio Nyss.* T. II. p. 871. Sallier.

Κυρίττειν. Plato Gorg. p. 351. E. [p. 516. A. St.] de Rep. [lib. IX.] p. 738. A. [p. 586. B. St.] *Dio Chrysost.* Or. XXXIX. p. 485. B. Or. LXXVIII. p. 658. C. *Maximus Tyr.* Diss. VI. p. 53. l. 10. *Aelianus* H. A. lib. XV. cap. 15. apud quem lib. XVI. cap. 20. etiam occurrit inde derivatum *κύριξις*. *Καὶ οὐ μόνον φασὶ τοῖς ἄῤῥεσιν εἶναί τινα συμφυῆ κύριξίν τε πρὸς ἀλλήλους καὶ μάχην. Κυρίττιλος, qui cornu petit,* conservavit *Hesychius*, quod pro *κορύπτιλος Theocrito* restituendum suspicatur Cl. *Valckenaerius* in Epist. ad Röver. p. 52. [Opusc. T. II. p. 358.] quem vide et *Hesychium* v. *Κυρίττειν* et *Διακυρίττεσθαι*, ac notas. A *κυρίσσω, κυρίττω, κυρίπτω* forma tantum distant *κορύσσω, κορύπτω. Εἰς μάχην κορύσσεται, Simonides* apud *Stobaeum* Floril. Grot. p. 315. A *κορύπτω* formantur *κορύπτης, κορύπτιλος* et *κορυπτόλης*, qui vulgo *κερατιστής*. *Hesychius: Κορυπτόλης, κερατιστής.* unde praecedens glossa, *Κορυπτόληπτον, κερατιστήν.* ita leviter emendanda: *Κορυπτόλην, τὸν κερατιστήν.* De qua nominum forma in *όλης* infra ad *Ὀπυίειν* quaedam notabo. *Κερατίζειν* corruptum latet apud *Hesychium* in *Καιρατιοῦσι, τοῖς κέρασι πλήξουσι.* ubi solito sibi errore Lexicographus *αι* et *ε* confudit.

44. *Κλεῖν*] Imo utrumque dicitur apud Atticos, *κλεῖν* nempe et *κλεῖδα*, sed diverso sensu. 231
Vide *Spanh.* ad Callim. p. 183. Sallier. Vide notas ad *Thomam* et ad *Herodianum.*

45. *Κλάειν καὶ κάειν*] *Thomas Magister: κλάειν καὶ κάειν, Ἀττικά. κλαίειν δὲ καὶ καίειν, κοινά.* Vid. *Spanhem.* ad Aristoph. Nub. 58. et *Hemsterhus.* ad Plut. 612. Fischer. *Hudsonus* edidit: *Κλάειν, Ἀττικῶς. κλαίειν, Ἑλληνικῶς.* atque ita reliqui MSS. et citat *Spanhemius* ad Aristoph. Nub. v. 58. sed *κλᾴειν* cum iota subscripto. Verum eam, quam restitui, lectionem exhibet optimus Coislinianus et Coll. Schlaeg. Attici pro *αἰετὸς* dicebant *ἀετὸς*, pro *ἐλαίαι ἐλάαι*, sic *κλάειν* et *κάειν* pro *κλαίειν* et *καίειν*. *Etymologus* p. 31. l. 49. *ἀναλογώτερον οἱ Ἀττικοὶ ἀετὸς λέγουσι χωρὶς τοῦ ἰῶτα, ὡς κλαίω, κλάω. οὕτως Ὠρίων.* Conf. eundem in *Κλαίω*

p. 497. l. 40. et *Ποιῶ* p. 679. l. 23. *Suidas* v. *Κλαίειν*. *Eustathius* ad Il. *Α*. p. 21. f. Ἀθηναῖοι μὲν τὸ κλαίει κλάει λέγουσιν. οὕτω δὲ καὶ καίει, κάει. αἰεί, ἀεί. αἰετὸς, ἀετός. In his autem, si ἀεὶ excipias, cuius penultima anceps est, ᾱ manet longa. Vid. *Etymol.* p. 679. l. 26. quod non perspexit Cl. *Kusterus* ad Aristoph. Ran. v. 1026. qui ἐλαῶν in metri leges peccare censebat. Similiter Illustris *Grotius* in *Epicratis* Antilaide, in Exc. e Com. p. 667. v. 4. pro ἀετοῖς ob metrum reponendum existimabat αἰετοῖς. Verum ista correctione non indigemus. Placuit quidem plerisque hominibus eruditis, κλᾴειν et κᾴειν scribi debere cum iota subscripto. Verum non immerito *D'Orvillius* Vir Celeb. ad Chariton. p. 288. [p. 374. ed. Lips.] hanc scribendi rationem in dubium vocavit: quod Attica scriptura in litteris maiusculis, quibus solis utebantur, non potuerit distingui a vulgata, *ΚΛΑιΩ* a *ΚΛΑΙΩ*. Quare omnino ipsi assentior, litterae ἰῶτα hic locum non fuisse: et praeeunt nobis hac in parte veteres Grammatici. Sed vocat ibidem *D'Orvillius* *Euripidae* versum sub examen, e Rheso 97. Ἀλλ' ἐκκαίαντες πύρσ' ἐπ' εὐσέλμων νεῶν. et cum *Scaligero* praefert ἐκκάαντες Nollem hoc viris eruditissimis excidisset. αι in ε mutata debuerat scribi: ἐκκέαντες, et similiter apud *Hesychium* e litterarum serie: Ἐκκέας, ἐκκαύσας. pro Ἐκκαίας. *Aeschylus* Agam. v. 858. Ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων Παιωνίων, Ἤτοι κέαντες, ἢ τεμόντες εὐφρόνως Πειρασόμεσθα πήματος τρέψαι νόσον. ubi miror Cl. *Abreschio* placere potuisse, κέαντες a κέω, *findo, tero, contero*, esse deducendum, Animadvv. ad Aeschyl. p. 351. cum nihil frequentius sit, quam καίειν et τέμνειν ita con- 232
iungi. Sic *Maximus Tyr.* Dissert. XII. sect. 2. ἢ καύσας, ἢ τεμών. *Lucianus* Apolog. pro merc. [2.] T. I. p. 709. καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καιόμενον. Idem Demosth. Enc. [36.] T. III. p. 517. ὥσπερ τομῇ τινι καὶ καύσει τῆς ῥαθυμίας τῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος. *Isocrat.* de Pace p. 381. n. ed. [p. 167. Steph. p. 187, 40. Bekk.] τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν. [*Plato* de Rep. lib. IV. p. 126. B. οὔτε καύσεις οὔτε τομαί]. *Cicero* Philippicis [VIII. 5.]: *In corpore, si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri secarique patiamur.* *Themistius* Or. XI. p. 149. A. τὸ δὲ ἀνάγκη ἐκτεμεῖν ἢ ἐπικόψαι. Lege: ἐπικαῦσαι. Vid. p. 148. C. Or. XXII. p. 277. A. Haec de *Aeschyli* loco. Κείαντες est in *Sophoclis* El. v. 759. ubi aliae editiones habent κήαντες. Postrema haec non multum ad *Moeridem* faciunt, sed, quod ambulantibus accidit, ut per virides et grata florum varietate distinctos agros spatiantes aliquanto latius evagentur locorum amoenitate illecti, quam primum secum constituerant, illud etiam nobis fatemur hic evenisse. Nec doctis hunc excursum nostrum ingratum fore opinamur.

Κέδρον[46], *οὐδετέρως*, *Ἀττικῶς. θηλυκῶς*, *Ἑλληνικῶς.*

46. *Κέδρον*] In MS. *Κοῦδρον.* Hudson.

Κέδρον, — *κέδρος θηλυκῶς.* In Cod. Coislin. vox *κέδρος* desideratur, eaque carere possumus. *Moeridi* vero hancce de nomine *κέδρον* legem ferenti *Aelium Dionysium* praeivisse persuadent haec *Eustathii* Comm. p. 1390. *Αἴλιος δὲ Διονύσιος παρασημειούμενός τινα ὅπως κατὰ γένη προφέρονται, φησὶν οὕτω. κακκάβη θηλυκῶς, ὁ κάκκαβος. ὃ καὶ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κεῖται ἐν τῷ κακκάβη ζέουσα. οὕτω καὶ ἡ ἁρπαγὴ, δι' ἧς ἐκ φρεάτων κάδδους ἀνάγουσιν. — ἀρσενικῶς δὲ ὁ χοῦς, ὁ ὄροφος, ὁ θὶς — οὐδέτερα δὲ τὸ νῶτον, τὸ ζυγὸν, τὸ κέδρον — δῆλον δὲ ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα, ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ ῥηθεὶς Διονύσιος ἐπεξέρχεται.* Quibus assensum cave praebeas. Etsi enim *Dionysium* magna cum doctrinae laude in Grammaticis rebus versatum nonnulli prodiderint, plus tamen apud nos valere debet Atticorum auctoritas, a quibus eam vocem feminino genere semper usurpatam deprehendimus. Sic *Euripides* Alcest. v. 365. et *Theophrastus*, qui ea voce saepe utitur, sed nunquam, nisi feminino genere. Atticos ceteri omnes secuti sunt, si *Aristotelem* excipias, in cuius Admirandis [cap. 123. p. 252. Beckm.] legitur genitivus *κέδρου* cum articulo *τοῦ*, ubi tamen *τῆς* scribendum esse suspicamur; cum *Aristotelem* ab ea loquendi ra-
233 tione, quae vulgo obtinebat, discessisse parum probabile sit. Certe neutrum nusquam reperias. Hinc *Thomas Mag.*, nisi nostra nos fallit opinio, docet femininum genus tunc locum habere, cum de *arbore* sermo est, neutrum vero, cum de fructu. *Κέδρος θηλυκῶς*, inquit, *τὸ δένδρον. κέδρον δὲ οὐδετέρως, ὁ καρπός.* Ita quoque *Etymologus* [p. 475, 15.], cuius haec sunt verba: *Κέδρος θηλυκῶς λέγεται τὸ δένδρον, οὐδετέρως δὲ ὁ καρπός. ἀλλὰ θύε τὰς κέδρους.* Emendandus igitur *Ammonius*, qui fructum masculino genere efferri solitum esse tradit: *Κέδρος θηλυκῶς μὲν τὸ δένδρον, ἀρσενικῶς δὲ ὁ καρπός. ἀλλὰ θύε τὰς κέδρους.* Lege *οὐδετέρως δὲ ὁ καρπός.* Aliter ipsi cum nemine conveniret. In eo enim Grammatici omnes consentiunt, nomen, de quo controversia est, neutro genere legi. Masculini vero apud ipsos ne mentio quidem fit. *Hesychius* v. g. ait: *Κέδρον Ἀττικοὶ οὐδετέρως δανεῖον.* quae depravata esse nemo non videt, ea nempe de causa, quod incuria librariorum particula *ὡς* post adverbium *οὐδετέρως* interciderit. Nam huncce locum sic scriptum fuisse opinamur: *Κέδρον Ἀττικοὶ οὐδετέρως ὡς δανεῖον.* Id quippe vult *Hesychius*, nomen *κέδρος* neutrum esse velut *δανεῖον.* Quod autem tradunt, nomen illud, cum neutrum est, debere de fructu intelligi, non ita certum videtur. A quibus enim scriptoribus eo sensu usurpatum sit, nescire nos

Κατέαξα[47] *τῆς κεφαλῆς, Ἀττικῶς. κατέαξα τὴν κεφαλὴν, Ἑλληνικῶς.*

Κάθησο[48], *Ἀττικῶς. κάθου, κοινῶς.*

Κνεῖν[49], *Ἀττικῶς. κνήθειν, Ἑλληνικῶς.*

ultro fatemur. Cedri fructus κεδρίδες appellantur, cum ab *Aristoph.* Thesmoph. v. 494. tum a *Dioscoride* duobus aut tribus in locis [v. annotat. nostram.]. Alterum nomen nobis se nondum obtulit. Sallier.

Κέδρον. Leid. κοῦδρον. κέδρος, quod *Hudsonus* interseruerat, facile possumus carere. Conf. notas ad *Thomam Magistrum*.

47. Κατέαξε] In MS. Κατεάξαι τῆς κ. et dein κατέαξε τὴν κ. Vide *H. Stephan.* de Dial. Gr. p. 44. Hudson.

Κατεάξαι. Sic et Leid. Verum Coisl. et Coll. Gron. utroque loco κατέαξα. *Herodianus* Philetaero MS. [p. 448.] Κατεαγὼς τῆς κεφαλῆς, οὔτε μὴν πᾶσαν τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ μέρος τι αὐτῆς. Εὔπολις· Οὐ γὰρ κατάξεις τῆς κεφαλῆς τὰ ῥάμματα. Rarior et Attica construendi ratio occurrit in *Aristoph.* Vesp. v. 1419. *Platonis* Gorg. p. 520. D. [p. 469. St.] Similiter ξυνετρίβην *Aristoph.* Pac. v. 70. etc. Altera
234 cum accusativo, apud *Lysiam* semper, *Andocid.* [de Myster.] p. 9. l. 5. [ed. Steph. p. 103, 61. Bekk.] *Demosthen.* adv. Conon. p. 732. A. [p. 1268. Reisk. p. 478, 35. Bekk.] et alios, quos ad *Thomam* excitarunt interpretes. [cf. *Hemsterhus.* ad Luciani Tim. 48. T. I. p. 161. Reitz.]

48. Κάθησο] *Aristophan.* Ach. v. 59. *Euripid.* Iph. Aul. v. 627. Κάθου usi sunt *Alexis* et *Diphilus*. *Vetus Grammaticus* Bibl. Coisl. p. 482. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 100, 30.] Κάθου. Ἄλεξις Ταραντίνοις. Δίφιλος Εὐνούχῳ. Κάθησο et κάθεσο, Jonice κάθεο, Attice κάθου, quod vulgus Graecorum etiam recepit.

49. Κνεῖν] MS. Leid. Κνεῖν, ἀντὶ τοῦ κνήθειν, Ἀττικῶς. γνήθειν, Ἑλληνικῶς. quod tamen mutatum erat in κνήθειν. Reliqui MSS. *Hudsoni* lectionem praeferre videntur; quae proba est. *Hesychius*: Κνεῖν, κνήθειν, post κνηστήρ. et Κνεῖ, κόπτει. ubi *Homericum* κνῆ reponendum. *Photius* in Ind. Menandri: Κνύειν, ξύειν καὶ κνήθειν. Μένανδρος. Forte Κνεῖν, quanquam *Hesychius* etiam habet Κνύειν, κνήθειν, ξύειν, et alii ita usurpant. Ἐπικνεῖν apud *Suidam* v. Ξυηλῇ. — κνήστει χαλκείῃ. οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ τὸ ῥῆμα οὕτω λέγουσι, κἀπικνεῖν κἀπεσθίειν. quae e veteri Comico videntur depromta. Κνεῖν autem dixere Attici pro κνήθειν, ut ἀλεῖν pro ἀλήθειν, de quo vide supra, νεῖν pro νήθειν. *Hesychius*: Ἔνει, Ἀττικοί. ἔνηθεν. *Pollux* lib. VII. sect. 32. ἐφ' οὗ δὲ νήθουσιν, ἢ νῶσιν (οἱ Ἀττικοὶ γὰρ τὸ νήθειν νεῖν λέγουσιν), ἐπίνητρον καλεῖται. Similiter νῶσιν lib. X. sect. 125. quasi a νάω, ut apud *Hesych.* Νῶντα, νήθοντα, quibus

Κοροπλάθοι[50], *Ἀττικῶς. κοροπλάσται, Ἑλληνικῶς.*

simile *σῶσι* pro *σήθουσι* apud *Herodot.* lib. I. cap. 200. Ut a *κνέω, κνήθω, νέω, νήθω,* sic a *πλέω,* quod in compositis *impleo* etc. apud Latinos superest, *πλήθω.* Conf. *Suid.* v. *Νεῖν.*

50. *Κοροπλάθος*] *Thomae Magistro κουροπλάθος.* Sed pro nobis faciunt *Harpocration* et *Suidas.* HUDSON.

Κοροπλάθος, Ἀ. κοροπλάστης, Ἑ. MSS. Coisl. Reg. Leid. Coll. Gron. in plurali *κοροπλάθοι* et *κοροπλάσται.* Consulendus omnino *D. Ruhnkenius* ad Timaeum v. p. 120. [p. 165.] *Κόραι* Atticis *puppae ex cera argillave factae,* quae et *νύμφαι,* de quibus notavit *Ruhnkenio* etiam laudatus Magnus *Casaubonus* ad Persii versum Sat. II. 70. — *Veneri donatae a virgine puppae.* Quem versum simul et veterem morem,
235 quo virgines, ante quam nuberent, Veneri aliive deae partus praesidi puppas aliaque puellaria ludicra consecrare solebant, mirifice illustrant duo Epigrammata in Anthologia inedita, quae non alienum videtur, hac occasione cum doctis communicare et eadem opera paucis illustrare. Prius *Persae* est [v. *Jacobs.* Anthol. Gr. T. II. p. 4. c. II.]: *Πότνια κουροσόα ταύταν ἐπὶ ποντίδα νύμφαν Καὶ στεφάναν λιπαρῶν ἐκ κεφαλᾶς πλοκάμων, Ὄλβια Εἰλείθυια, πολυμνάστοιο φύλασσε Τισίδος ὠδίνων ῥύσια δεξαμένα.* Ita legitur in optimae notae apographo, quod in itinere Gallico comparatum Vir Eruditissimus idemque humanissimus, *Davides Ruhnkenius* mihi dono dedit. Nec quicquam est, quod quempiam possit offendere, praeterquam v. 1. *ἐπὶ ποντίδα.* quod etiam habent Apographa Scaligeri et Vossii. *Salmasius* vel *Guietus* (utrique enim notae margini adscriptae debentur, quas apographi auctor distinguere neglexit) in MS. Paris. coniicit *ἔχε* pro *ἐπὶ,* quod tamen ipsi non satisfaciebat; et videtur aliud quid latere, quod aliis indagandum relinquo. Alterum Epigramma *ἄδηλον* est et non una labe inquinatum [v. *Jacobs.* Anthol. Gr. T. IV. p. 140. c. CXV.]: *Τιμαρέτα πρὸ γάμοιο τὰ τύμπανα, τάν τ᾽ ἐρατεινὰν Σφαῖραν, τόν τε κόμας ῥύτορα κεκρύφαλον, Τάς τε κόρας, Λιμνᾶτι, κόρα κόρᾳ, ὡς ἐπιεικὲς, Ἄνθετο καὶ τὰ κορᾶν ἐνδύματ᾽ Ἀρτέμιδι. Λητῶα, σὺ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χέρα Τιμαρετείας Θηκαμένα, σώζοις τὰν ὁσίαν ὁσίως.* Versu 1. Doricam scripturam *τάν τ᾽ ἐρατεινὰν* conservavit MS. Paris. In Scal. et Voss. est *τήν τ᾽ ἐρατεινήν.* v. 2. *τόνδε* Voss. et Scal. pro *τόν τε.* Verum iidem libri v. 3. recte *Τάς τε κόρας.* In Paris. perperam *κόμας.* Versu enim 4. sequuntur: *καὶ τὰ κορᾶν ἐνδύματα.* Sic legendum. In Parisino est: *καὶ τὸ κ. ἐκδύματ᾽,* in Scal. et Voss. *κᾆτα κ. ἐνδύματ᾽.* v. 5. pro *παιδὸς* male in Paris. *παιδί.* v. 6. recte *Θηκαμένα.* In Scal. et Voss. *Θήκαμεν ἅ.* Verum in versu 3 super-

Κατὰ χειρὸς[51], *Ἀττικῶς. κατὰ χειρῶν, Ἑλληνικῶς.*
Κοχώνη[52], *ἡ ὑπογλουτίς.*

est difficultas quaedam. *Salmasio* vel *Guieto* in MS. Paris. legendum videbatur: *Λιμνάτι κόρᾳ κόρα. Λιμνάτι* pro *Λιμνάτιδι*, ut *δαΐ λυγρῇ* pro *δαΐδι λυγρῇ* apud *Homer.* Quae sententia si vera est, omnia erunt plana et perspicua. Sin minus, pro *Ἀρτεμίδι* v. 4. scribendum *Ἄρτεμί σοι*, quod tamen durum est. Idem vir doctus: „*Λιμνάτις κόρα*, inquit, „an Proserpina Athenis culta *ἐν* „*Λίμναις*, loco celebri, ubi et „Bacchi erat templum.“ Sed nihil certius, quam hoc esse epitheton Dianae, quae variis in locis hoc nomine colebatur. Adeundus Illustris *Heinsius* ad Ovid. Met. V. v. 48. *Scholiasta* Euripidae ad
236 Hippol. v. 1133. *Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος, ἔνθεν — Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται.* (*Ἄλλως*) *παρὰ τὸ πεδίον τῆς Λίμνης τρόχον. τὸν τρεχόμενον τόπον, Ἀττικοῖς.* Ita istum *Scholiastae* locum sibi constituendum videri monuit me *Valckenaerius* meus. Ipse *Euripides* v. 228. *Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι λίμνας.* ubi *Barnesius* in *Scholiis* recte castigat: *Λιμνᾶτις ἡ Ἄρτεμις.* Versu 5. *Λητῶα* mutari non debet. Sic saepe Epigrammatarii. Possem epigramma similibus poëtarum locis illustrare; sed haec praesenti instituto sufficiant, ad *κόρας*, *puppas*, quas una cum *pupparum vestimentis* Dianae dicaverat Timarete, vindicandas et Dianam *Λιμνάτιδα*, quam paene obscuraverant librarii, in maiore luce ponendam.

51. *Κατὰ χειρὸς, Ἀ. κατὰ χειρῶν, Ἑλληνικῶς*] Ita quoque *Thomas Magister.* Utrique autem convenire videtur cum *Aristophane*, celeberrimo quondam Grammatico, cuius haec verba apud *Athen.* lib. IX. p. 408. *Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικὸς*, inquit, *ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ κατὰ χειρὸς, καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι. παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρὸς, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. ἔοικε δὲ ὁ γραμματικὸς τοῦτο πεφυλακέναι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς.* Equidem negari non potest, quin ea loquendi ratio saepius in Atticorum scriptis occurrat. Alteram tamen ab ipsis repudiatam non esse illud argumento est, quod *Philyllius* et *Menander* ea uti non dubitaverint. Testis *Athenaeus* ibid. Hanc quoque reperias apud *Apollodor.* lib. II. [cap. 7. s. 6, 3.] p. 133. ubi de Hercule: *γενομένων δὲ τούτων*, inquit, *εὐωχούμενος παρὰ Οἰνεῖ, καὶ κονδύλῳ παῖσας ἀπέκτεινεν Ἀρχιτέλους παῖδα Εὔνομον κατὰ χειρῶν διδόντα*, id est *aquam manibus infundentem.* Sallier.

Κατὰ χειρός. Aristophan. Vesp. v. 1211. Avib. v. 463. *Alexis* apud *Athen.* lib. II. p. 60. A. et alii. Conf. notas ad Thomam Magistrum.

52. *Κοχώνη*] In MS. *Κοχάνη ἡ ὑπογλωττίς.* Hudson.

Κομψεία[53], *Ἀττικῶς. πανουργία, Ἑλληνικῶς.*
Κότινος[54], *Ἀττικῶς. ἀγριέλαιος, Ἑλληνικῶς.*
Κομμώτριαν[55], *Ἀττικῶς. ἐμπλέκτριαν, Ἑλληνικῶς.*

Similiter Leid. Reliqui MSS. recte sine *Ἀττικῶς*, quod addiderat *Hudsonus*. Vid. *Aristoph.* Eq. v. 422. *Schol.* v. 482. *Pollux* lib. II. sect. 183. et *Foësius*
237 in Oecon. Hippocrat. v.

53. *Κομψεία, Ἀττικῶς*] Ita quoque *Erotianus*: *Κομψευόμενος*, inquit, *πανουργευόμενος, ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν πανουργίαν κομψείαν καλοῦσιν.* Haec vox usurpatur a *Luciano* [Prometh. 8.] T. I. p. 109. [T. I. p. 191. l. 34.] sed ibi *κομψεία* de *facetiis* et *salibus* intelligi debet, ut ostendunt haec eius verba: *ἢν γοῦν ἀφέλῃ τις τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπάτην καὶ σκώμματα, καὶ τὸ σιλλαίνειν, καὶ ἐπιγελᾶν, τὸ καταλιπόμενόν ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπή.* Itaque illud nomen a *Suida* recte exponitur *ἐλαφρία, ἀστειότης, πιθανολογία, ἀλαζονεία*, quibus varias eius acceptiones complectitur: *πιθανολογίᾳ* enim *πανουργίαν* includi non temere quis pronuntiet, cum nemo, nisi oratione ad persuadendum accommodata, decipi soleat. Quo pertinere videntur haec *Antonini* Imp. lib. III. p. 73. *μήτε ἀκούσιος ἐνέργει, μήτε ἀκοινώνητος, μήτε ἀνεξέταστος, μήτε ἀνθελκόμενος, μήτε κομψεία τὴν διάνοιάν σου καλλωπιζέτω.* — *Πανουργία, Ἑλληνικῶς.* Parum recte. Illa enim voce utitur *Aeschylus* Sept. ad Theb. v. 608. *Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτυστῷ γένει.* Sallier.

Κομψεία. Plato Phaedone p. 75. E. [p. 101. C. St.] Pro *πανουργίᾳ Libanius* Opp. T. I. p. 166. D. *θαυμάσαντας δὲ τὴν Ὀδυσσέως κομψείαν, οὐδαμοῦ θέντας τὰς ἐμὰς ἀριστείας.* Aiacis verba sunt, quibuscum comparari debent haec eiusdem apud *Sophoclem* Ai. Flagell. v. 448. *Νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας Ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη.* *Ovidius* Met. lib. XIII. v. 9. *Tutius est igitur fictis contendere verbis, Quam pugnare manu.*

54. *Κότινος*] Vide *Albertus* Observatt. N. T. p. 323. Fischer. Vide notas ad *Thomam*, ubi *Trillerus* propterea inprimis vocem *ἀγριέλαιον* a *Thoma* fuisse improbatam existimat, quod ab Apostolo *Paulo* fuerit usurpata: et alibi etiam saepissime acerbe in *Thomam* invehitur, ac si malo animo voces vulgares, quibus *S. Scriptores* usi sunt, reprehendisset. A qua calumnia *Magistrum* vindicare conati sumus in Praefatione. *Moeridis* institutum longe fuit diversum. Is enim voces Atticas per vulgares solet interpretari.

55. *Κομμώτριαν, Ἀ. ἐμπλέκτριαν, Ἑ.*] Unde forsan 238
apud *Pollucem* (lib. VII. sect. 165.)

Κατεκαύθη[56], *Ἀττικῶς. κατεκαύσθη, Ἑλληνικῶς.*

pro *πέκειν* aut *πέκτειν* legendum *πλέκειν*. Hudson. Mihi vero locum *Pollucis* non tentandum, vel ipsa eius inspectio videtur docere. Affertur enim ibi locus *Homeri*, ubi *πεξαμένη* legitur. Fischer.

Κομμώτριαν. In Leid. *κομμήτριαν*, sed η dein in ω mutata. Pro *ἐμπλέκτριαν* Coll. Gron. *ἐκπλέκτριαν*. *Ornatores, mangones* Graece *κοσμηταὶ* et *κομμωταὶ*, quae voces in libris permutantur, ut apud *Xenoph.* Cyrop. lib. VIII. [cap. 8, 10.] p. 241. E. Vid. *Oudendorp.* V. Cl. ad Thom. v. *Ἐντρίβεται*. *Κομμωταὶ* apud *Themist.* Or. XX. p. 238. A. leviter depravati leguntur in *Aeliani* H. A. lib. V. cap. 39. p. 283. f. *Καὶ Βερενίκῃ λεὼν πρᾶος συνῆν, τῶν κομμώντων διαφέρων οὐδέν. ἐφαίδρυνε γοῦν τῇ γλωττῇ ἡσυχῇ τὸ πρόσωπον αὐτῆς* etc. Legendum *κομμωτῶν*; alias enim deberet scribi *κομμούντων*. Mulieres *ornatrices κοσμήτριαι* et *κομμώτριαι*, ut ad *Festum* v. *Acus* monuit Virorum summus *Jos. Scaliger*. Perperam *Hesychius* in *Κομίστρια*. *ἐπιμελήτρια, τροφὸς, ἐμπλέκτρια*, voces sono vicinas confudit: a quo errore sibi etiam non satis cavit eruditissimus *Th. Reinesius* Inscriptt. I. 89. p. 125. qui ceteroquin conferendus. In *Cyrilli* Glossis bis legitur *Κοσμήτρια, ornatrix*, quorum alterutrum mutandum censeo in *Κομμώτρια*. Apud *Etymolog.* p. 526. l. 26. pro *κομμωτικὴν λέγουσι τὴν κοσμοῦσαν*, et in *Rigaltii* Glossario MS. ad Artemid. p. 8. *κομμωτικτὴν λέγουσι τὴν κοσμοῦσαν, καὶ ἐμπλέκουσαν*, etiam reponendum *κομμώτριαν*. *Κομμώτρια* occurrit apud *Aristoph.* Eccles. v. 732. *Platon.* de Republ. lib. II. p. 601. E. [p. 373. C. St.] *Synes.* de Provid. p. 105. B. *ἡ γυνὴ, διωλύγιον ἄλλο κακὸν, ἑαυτῆς κομμώτρια*. *Scholiast.* Hom. ad Il. Ξ. [v. 176.] apud *Valcken.* Diss. de Schol. Hom. p. 130. [Opusc. T. II. p. 133.] et *Eustath.* Il. Ξ. p. 963. *Helladius* Chrestomath. p. 4. *Ὅτι τὰς νῦν λεγομένας κουρίδας οἱ Ἀττικοὶ κομμωτρίας ἐκάλουν*. De his mulieribus multa multi, quos laudat *Trillerus* Observv. lib. IV. cap. 15. Alio nomine etiam dicebantur *δημιουργοὶ, αἳ τὰς κόμας εὐθέτιζον*, teste *Pausania* apud *Eustath.* ad Odyss. *P.* p. 638. l. 6. et *καλλωπίστριαι*. Sed aenigmatis instar est, quod praebet *Hesychius*: *Στάτρια, ἐμπλέκτρια.* quod aliis solvendum relinquo. *Κομμωτίσασθαι* legas apud *Synesium* Enc. Calv. p. 83. C. cuius verbi nulla exempla dedit *Stephanus* in Thes. ubi de reliquis accurata egit diligentia.

56. *Κατεκαύθη, Ἀ. κατεκαύσθη, Ἑ.*] In MS. *Καταcαυθήσεται*. Apud *Thomam Ma-* 239
gistr. *Κατεκαύθη, Ἀττικῶς. κατεκάη, Ἑλληνικόν.* Forsan tamen: *Κατακαύσεται, Ἀττ. κατακαυθήσεται, Ἑλλ.* ut supra: *Γυμνάσεται, Ἀττικῶς. γυμνασθήσεται, Ἑλλ.* Vide *Steph.* de Dial. Gr. p. 147. Hudson. Ego malim e *Thoma M.* reponere apud Nostrum *κατεκάη* pro *κατεκαύσθη*. Fieri potest, ut uterque respexe-

Κίβδωνες[57], **Ἀττικῶς. μεταλλευταὶ τῶν λίθων, Ἑλληνικῶς.**

rit locum *Joannis* Apoc. cap. VIII. v. 7. Fischer.

Κατεκαύθη, Ἀ. κατακαυθήσεται, Ἑλλ. Sic MSS. omnes C. R. L. Coll. Gron. In Coll. Schl. sola *κατεκαυσθήσεται.* Cl. *Wetstenius* ad 1 Cor. cap. III. v. 15. citat hoc modo: *Κατεκαύθη, Ἀττικῶς. κατεκάη, Ἑλληνικῶς.* Malui *Hudsonianam* lectionem retinere, donec aliunde melior afferatur. *κατεκαύθη* aliquoties legitur apud *Thucydidem*; *κατακαυθήσομαι* apud *Aristophan.* Nub. v. 1507.

57. *Κίβδωνες, Ἀ. μεταλλεῖς τῶν λίθων, Ἑ.*] In MS. *μετὰ τελευταίων λίθων.* Sed in *Photii* Lexico MS. *κιβδῶνες, οἱ μετάλλειοι,* unde cum Cl. *Barnesio μεταλλεῖς τῶν λίθων* aut simile quid reponi debere existimo. Hudson.

Pro *μετὰ τελευταίων λίθων,* in qua depravata lectione Codices conspirant, reposui proxime ad litterarum ductus: *μεταλλευταὶ τῶν λίθων. Μεταλλευταὶ* vocabulum quidem Lexicographis incognitum, probum tamen; quodque non tantum analogia comprobetur (ut enim *βραβεὺς* et *βραβευτὴς, πρεσβεὺς, πρεσβευτὴς, προβατεὺς, προβατευτὴς, ἀσπαλιεὺς* et *ἀσπαλιευτὴς,* sic *μεταλλεὺς* dicitur et *μεταλλευτής*), sed et *Manethonis* auctoritate confirmetur lib. IV. v. 259. *Ἀνθολόγοι, γαίης τε μεταλλευταὶ καὶ ὑπουργοὶ Δυσπονίῃς.* Similiter *μετάλλευσις* vox Lexicographis etiam ignota apud *Palaephat.* de Incred. cap. 10. ubi MSS. Ox. Lond. et Cant. *μεταλλεία.* Ad ipsam vocem *Κίβδωνες* quod attinet, eam praeterquam apud Grammaticos nuspiam reperias. In *Polluce* lib. VII. sect. 99. editum: *τὴν δὲ σκωρίαν καὶ κίβδηλον ἐκάλεσαν, ἀφ' ἧς καὶ οἱ μεταλλεῖς κιβδωλοί.* Verum in MSS. *Kuhnii* et *Jungermanni*: *κίβδον, ἀφ' ἧς οἱ μεταλλεῖς κιβδόνες.* in Falckenburgiano pro *κιβδωλοὶ κιβδηλῶνες. Metallorum scoriam κιβδηλὶν* fuisse dictam tradunt *Etymologus* v. et *Hesychius* v. *Κιβδηλιῶντας, ὠχροὺς ὑπὸ τῆς κιβδήλεως. ἐνοχλουμένους. ἔστι δὲ κιβδηλὶς ἐν τοῖς μεταλλοῖς σκωρία, ἀφ' ἧς Παμφύλιοι κίβδηλον, μοχθηρὸν, φαῦλον, ψεῦσμα, νόθον, ἀδόκιμον.* Recte quidem is adiectivum *κίβδηλος,* in cuius origine ceteri Grammatici mirifice nugantur, a *scoria,* 240
quocunque tandem nomine veniat, derivari perspexit. Sed analogiae rationes si consulamus, non improbabile videbitur, duplex praeterea fuisse nomen, quo *scoria* designabatur, *κίβδος* sive *κίβδον,* quod in MSS. *Pollucis* est, et *κίβδην.* A *κίβδος κιβδὼν* eadem fere ratione atque a *κόπρος κοπρὼν, χεῖλος χειλὼν, οἶνος οἰνών.* A *κίβδη* vero (*Hesychius* habet *Κίβδης — πηλός*) *κίβδηλος,* ut a *σιγὴ σιγηλὸς,* ab *ἀπάτη ἀπατηλός.* Sunt haec non admodum certa, fateor; sed his in tenebris si quodammodo offenderim, facile me veniam ab aequis harum rerum arbitris impetraturum confido.

Κίβδηλος[58], *οὐχ ὑγιὴς τὸν τρόπον, δοκῶν δὲ ὑγιής.*
Κατόπιν[59], *Ἀττικῶς. ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς.*
Κωμῳδοποιοὶ[60], *Ἀττικῶς. κωμῳδιοποιοὶ, Ἑλληνικῶς.*
Κατορώρυκται[61], *Ἀττικῶς. κατώρυκται, Ἑλληνικῶς.*
Καταγώγιον[62] *καὶ κατάγεσθαι, Ἀττικῶς. κατάλυμα καὶ καταλύειν, Ἑλληνικῶς.*

58. *Κίβδηλος*] Vid. *Dav. Ruhnkenius* ad Timaeum v. p. 115. [p. 158. sq.] *Herodianus* Philetaero [p. 447.]: *Ὑπόχαλκον νόμισμα, τὸ μὴ δόκιμον καὶ κίβδηλον. ἐρεῖς δὲ καὶ τὸν πονηρὸν οὕτως. κίβδηλος ἄνθρωπος καὶ ὑπόχαλκος.* ubi paucula notabo. Pro *οὐκ ὑγιὴς* MSS. recte *οὐχ ὑγιής.*

59. *Κατόπιν, Ἀ. ὄπισθεν, Ἑ.*] Forsan *κατόπισθεν*, ut in *Thoma Magistro.* Hudson.

Nihil mutandum. Vide Illustrem *Spanhemium* ad Aristoph. Plut. v. 13. ubi hunc locum citat; *Ruhnken.* ad Tim. p. 112. [p. 154.] *Aristophan.* apud *Photium* cit. ad Hesych. v. *Ἔρειδε.*

60. *Κωμῳδοποιοὶ, Ἀ. κωμῳδιοποιοὶ, Ἑ.*] Ita ex *Th. Magistro.* In MS. *κωμοδοιποοί.* Hudson.

Callatio Gronov. *κωμωδοποιὸς* et *κωμῳδιοποιός.* In *Platonis* libris utramque formam reperias et alibi in scriptoribus Atticis. Sed formam vulgarem librariis deberi putem. *Κωμῳδοποιητὴς* in *Aristoph.* Pac. v. 733. *Κωμῳδοδιδάσκαλος* Equit. v. 504. Pac. v. 736. *Κωμῳδοδιδασκαλία* Eq. v. 513. *Τραγῳδοδιδάσκαλος* Thesmoph. v. 94. quibus in locis librariorum licentiam metrum coërcuit.

61. *Κατορώρυκται*] *Suidas: Ἀνορωρυγμένον λέγουσιν, οὐχὶ ἀνωρυγμένον. Μένανδρος Ὑδρείᾳ· Εὐθὺς καταχρήσασθαι τὸν ἀνορωρυγμένον, Ταύτην ἰδόντα. Κατορώρυκται Plato* Euthyd. p. 201. B. [p. 288. C. St.] quo *Hesychii* glossa *Κατορώρυκται, κατακέχωσται,* referenda. Conf. *Phrynichum* p. 12. [p. 31. 241
Lob.] et *Thomam M.* v. *Ἀλήλιπται.*

62. *Καταγώγιον*] Ea vox a *Moeride* inter Atticas numeratur. Nullum tamen eius exemplum occurrit in Lexicis. Scilicet a praestantissimis scriptoribus usurpatam esse constat: quos inter *Xenophon* [de Reditib. cap. 3, 12.] p. 923. *ὁποτέ γε μὲν ἀφορμὴ ὑπάρχοι*, inquit, *καλὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι, καλὸν δὲ καὶ ἐμπόροις ἐπὶ προσήκοντας τόπους ὠνῇ τε καὶ πράσει, καὶ τοῖς εἰσαφικνουμένοις δὲ δημόσια καταγώγια.* Bis, ut vides,

Κυρβασία[63], *πῖλος Περσικὸς*, *ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν*, *Ἑλληνικῶς*.
Κρεμάθρα[64], *Ἀττικῶς*. *κρεμάστρα*, *Ἑλληνικῶς*.

nomen illud ibi legitur. Eo quoque utitur *Machon* Comicus apud *Athen.* lib. VIII. p. 337. D. *Ὁ Δωρίων δὲ, πῶς ἂν οὖν ἐνταῦθ᾽, ἔφη, Δύναιτο καταγώγιον ἐξευρεῖν τις.* Recte igitur *Moeris*, qui hocce vocabulum Atticum esse tradit. Sallier.

Καταγώγιον. Vox usurpata *Thucydidi* lib. III. [cap. 68.] p. 210. l. 89. *Platoni* Phaedro p. 1230. A. [p. 259. A. St.] *Antiphani* apud *Stobaeum* Floril. Grot. p. 511. aliisque, inprimis scriptoribus Eroticis, qui veterum exemplo *κατάγεσθαι* etiam frequenter adhibuerunt. *Xenophonti Ephesio* restituit *Tib. Hemsterhusius* Obss. Misc. Vol. VI. T. II. p. 351. *Καταλύειν* etiam occurrit apud scriptores Atticos, et *κατάλυσις Platon.* Protag. p. 220. D. [p. 315. D. St.] *Euripid.* El. v. 393. *Machon.* apud *Athen.* l. a *Sall.* cit. C. *Κατάλυμα* vero apud scriptores vere Atticos non reperitur et a *Pollucis* Codd. nonnullis lib. I. sect. 73. abest, qui tamen eam vocem videtur non plane improbasse: sed ibidem *καταυλίσασθαι* ex praecedente *καταλύσασθαι* ortum cum Codd. C. A. omnino debet deleri. *Moeridis* loco usus est Cl. *Wetstenius* ad Marc. cap. XIV. v. 14.

63. *Κυρβασία, Ἀττικῶς. τιάρα, Ἑ.*] Duae illae voces in Coisl. Cod. desiderantur, quas tamen addi debuisse constat ex orationis serie. Sallier.

Κυρβασία. Voces *Ἀττικῶς. τιάρα*, quas *Hudsonus* interseruit, ab omnibus Codd. absunt. Quare vocibus transpositis legere malim: 242
Κυρβασία, ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν. πῖλος Περσικὸς, Ἑλληνικῶς. Similiter supra sine *Ἀττικῶς. Γνωσιμαχῆσαι, ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν. μετανοῆσαι, Ἑλληνικῶς.* et alibi cum *Ἀττικῶς* eodem fere modo, v. *Εὐλαβεῖσθαι*, *Κάκη* etc. *Aristophanis* versus est ex Avib. 487. De Persarum *Curbasia* omnia protrita et notarunt multi, quos nominare longum foret.

64. *Κρεμάθρη, Ἀ. κρεμάθρα, Ἑ.*] Vide in *Θοίνη.* Forsan *Κρεμάθρα* et dein *κρεμάστρα.* Hudson.

Κρεμάθρα, Ἑλλ. In Cod. Coisl. legitur *κρεμάστρα.* quae vera est lectio, ut ostendunt Lexica, e quibus disces, praeterea illud nomen Atticum esse. Sallier.

Κρεμάθρα, Ἀ. κρεμάστρα, Ἑ. *Hudsoni* coniecturam praeferunt MSS. C. R. Coll. Schl. Gronov. Vid. *Aristophan.* Nub. v. 218. ubi tamen *Pollux* lib. X. sect. 157. *κρεμάστρας* legit, nisi id librariis tribuendum sit. Ibid. v. 867. quem citat *Eustath.* ad Il. Ψ. p. 1450. l. 45. Eadem fere ratione *κοροπλάθον* Attici dixere pro *κοροπλάστην*, *ἀγαθὸν* pro *ἀγαστὸν*, si fides *Etymologo* p. 5. l. 22.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Λ.

Λαμβάνειν [1] ἀπαρεμφάτως οἱ Ἀττικοὶ, ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· ἐάν τις ἀποκτείνῃ τύραννον, τιμὰς λαμβάνειν. τὸ δὲ λαμβανέτω, Ἑλληνικῶς.

Λέμμα [2], ἀντὶ τοῦ λέπισμα, Ἑλληνικῶς. λέπος, κοινόν.

1. *Λαμβάνειν — Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν*] v. 1074. — ἤν τε τῶν τυράννων τις τινὰ Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν. In MS. λαμβάνεται. Hudson.

Λαμβάνειν. In MS. Leid. pro ἀποκτείνῃ ἀποκλίνῃ, et λαμβάνηται pro λαμβανέτω. Vid. praeter alios ὁ πάνυ *Hemsterhusius* ad *Luciani* [D. D. 20, 9.] T. I. p. 260. et *Aristophanis* Plut. v. 597. *Aristophanis* loco similis est *Alexidis* apud *Athen.* lib. VI. p. 227. E. — εἶτ᾽ ἐάν τις ἐκδυθῇ Τηρεῖν ἕωθεν εὐθὺς ἐν τοῖς ἰχθυσιν. Ὃν δ᾽ ἂν ἴδῃ πρῶτον πένητα καὶ νέον Παρὰ Μικίωνος ἐγχέλυς ὠνούμενον, Ἀπάγειν λαβόμενον εἰς τὸ δεσμωτήριον. Τηρεῖν pro τηρείτω et ἀπάγειν pro ἀπαγέτω. *Moeridis* obser-
243 vatione usus est ad Vigerum *Hogeveenius* p. 173. [p. 206. ed. Herm.]

2. *Λέμμα*] Quae sit nominis λέμμα vis, ex Lexicis notum. Est tamen quaedam illius significatio hodie minus obvia, cuius praeter *Photium* in Lex. MS. nemo meminit. Ait enim eam vocem in *Platonis* Timaeo de corio quolibet, etiam humano, usurpatam. *Λέμμα*, inquit, κυρίως μὲν ὁ φθοιός (lege ὁ φλοιός)· καταχρηστικῶς δὲ ἐπὶ δέρματος καὶ τοῦ ἀνθρωπείου ἐν Τιμαίῳ. Sallier.

Λέμμα, ἀντὶ τοῦ λ. Sic C. R. Coll. Gr. Ward. [Cod. Coisl.] pro ἀντὶ λέπ. quae in MSS. vix a se invicem discerni possunt. Hoc autem in loco vel pro Ἑλληνικῶς legendum cum Viro Docto Ἀττικῶς, vel ἀντὶ τοῦ in Ἀττικῶς mutato refingendum: *Λέμμα*, Ἀττικῶς. λέπισμα, Ἑλληνικῶς. λέπος, κοινόν. ut supra: Ἐξίλλειν, Ἀττικῶς. ἐξείργειν, Ἑλληνικῶς. ἐκβάλλειν, κοινόν. Infra: Οἰδίπουν. *Λέμμα* pro *testa ovi*, *Aristophanes* Avib. v. 675. Ἀλλ᾽ ὥσπερ ᾠὸν, νὴ Δί᾽ ἀπολέψαντα χρὴ Ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ λέμμα, κᾆθ᾽ οὕτω φιλεῖν. Similiter *Aelianus* H. A. lib. IV. cap. 12. Pro *siliqua Alexis* apud *Athenaeum* lib. II. p. 55. C. (*Alexidis* enim esse fragmentum, liquet ex *Polluce* lib. VI. sect. 45.) qui ibidem ὀσπρίου λέπος habet, ut a *Stephano* in Thes. notatum. Pro *gluma Anaxilas* apud *Athen.* lib. VI. p. 254. D. et *Eustath.* ad Il. N. p. 931. l. 20. quem locum *Stephanus* etiam laudat. Sic quoque *Synesius* Calvit. enc. p. 70. B. Dicitur et λόπος et λόβος, quanquam de posteriore voce, hoc sensu, non immerito potest dubitari.

Λαχεῖν δίκην[3], *Ἀττικῶς. ἔγκλημα ἀποδιδόναι, Ἑλληνικῶς.*

Λογοποιὸν[4], *τὸν λογογράφον οἱ Ἀττικοὶ, καὶ συνήγορον διὰ τῶν λόγων.*

3. *Λαχεῖν δ. Ἀ. ἔγκλημα ἀποδιδόναι, Ἑ.*] Cod. Coisl. habet *ἔγκλημα ἀποδιδόσθαι.* Sallier.

Λαχεῖν δίκην. Nihil frequentius hac formula apud oratores ceterosque scriptores Atticos. Vide *Taylorum* ad Lys. p. 316. et *Ruhnkenium* ad Timaeum v. [p. 173.] Sed *Moeridis* explicatio difficultate non caret. *ἔγκλημα ἀποδιδόναι* habet *Ez. Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 277. Similiter Leid. Verum Coll. Wardiana, Coisl. et Coll. Schl. *ἀποδόσθαι.* Reg. et Coll. Gronov. *ἀποδιδόσθαι.* in quibus, quan-
244 quam manifeste corruptis (*ἀποδιδόσθαι* enim in medio semper notat *vendere*), verior *Moeridis* scriptura videtur latere. Forte scribendum *ἔγκλημα ποιήσασθαι,* qua loquendi formula utuntur *Demosthenes* pro Phorm. p. 601. C. [p. 948. Reisk. p. 214, 14. Bekk.] et *Lysias* Apol. adversus Sim. p. 70. [p. 96. Steph. p. 191, 1. Bekk.] ut *λῆξιν ποιεῖσθαι Demosth.* adv. Phorm. p. 583. C. [imo c. Apat. p. 903. Reisk. p. 178, 35. Bekk.] *ἔγκλημα λαχεῖν, γράφειν,* idem ib. [adv. Phorm.] p. 587. A. [p. 912. Reisk. p. 185, 16. Bekk.]

4. *Λογοποιὸν—καὶ συνήγορον δ. τ. λ.*] Id est: *τὸν δίκας ἢ λόγους δικανικοὺς γράφοντα,* ut habet *Photius* in Lexico MS. Hudson.

Λογοποιὸν, τὸν λογογράφον. *Λογοποιοὺς* et *λογογράφους* distinguit *Ammonius*: *Λογογράφος καὶ λογοποιὸς διαφέρει. Λογογράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων. Λογοποιὸς δὲ, ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς.* Rectius mea sententia. *Λογοποιὸς* enim sumitur vel pro *fabularum scriptore,* ut apud *Herodot.* lib II. cap. 134. *σύνδουλος δὲ Αἰσωποῦ τοῦ λογοποιοῦ. Philostrat.* V. A. lib. V. cap. 14. *Max. Tyr.* Diss. XXI. p. 251. vel pro *historico,* ut apud *Herodotum* (quem laudat *Harpocration* v.) lib. II. cap. 143. lib. V. cap. 36. *Ἑκαταῖος ὁ λογοποιός.* quem imitantur *Arrianus* de Exped. A. lib. V. cap. 6. *Aelianus* H. A. lib. IX. cap. 23. *Aristides* T. II. p. 359. Similiter *Xenoph.* Cyrop. lib. VIII. [cap. 5, 13.] p. 229. D. *Maxim. Tyr.* Diss. XXIX. p. 341. [cf. *Creuzer: die historische Kunst der Griech.* p. 177. not.] Pro *quovis scriptore Themist.* Or. XV. p. 184. f. *Aristid.* T. I. p. 200. fin. 205. f. 257. *ποιηταὶ καὶ λογοποιοὶ καὶ συγγραφεῖς.* p. 270. p. 335. *Plato* de Rep. lib. III. p. 613. B. [p. 392. A. St.] Pro *rumigerulo, Dinarch.* contra Demosth. p. 96. C. [p. 156, 35. Bekk.] *Demosthen.* adv. Timocrat. p. 463. C. [p. 704. Reisk. p. 8, 15. Bekk.] *Philostr.* Heroic. cap. 8. *Polyaenus* lib. VII. cap. 15. 1. *Chariton* lib. VI. [cap. 8.]

Λυχνοῦχος[5], *Ἀττικῶς. λαμπὰς ἢ φανὸς*, *Ἑλληνικῶς.*
Λίσφους[6], *Ἀττικῶς. ἀπύγους*, *Ἑλληνικῶς.*

p. 110. l. 17. [p. 147. v. 8. ed. Lips.] nisi illic corruptum sit. Pro *λογογράφῳ*, *causarum forensium scriptore*, nuspiam observavi, nisi ita interpretari velis *Platonem* Eythydemo p. 201. E. [p. 289. D. St.] *Ὁρῶ τινὰς λογοποιοὺς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις, οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν, οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι.* Conf. *Stephanum* in Thes. et *Valesium* ad Maussaci notas in Harpocrat. [*Creuzer* l. l. p. 181. not. 6.] *Hesychius* tamen: *Λογοποιὸν, συνήγορον.* et *Λογοποιὸς, λογογράφος, ὁ δίκας γράφων.* Nomen enim *Λογοποιὸς* ante *λογογράφος* e serie litterarum restituendum est, quod supra p. 79. iam monui. Obiter hanc vocem eximamus ex *Etymologo* p. 469. l. 5. *Δημοσθένης ἐν Φι-*
245 *λιππικῶν τετάρτῳ, οἱ λογοποιοὶ τὰς πομπὰς πομπεύουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν.* Reponendum e *Demosthenis* Or. I. in Philippum, p. 17. B. [p. 47. Reisk. p. 44, 26. Bekk.] *οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑ. μ. τ. ἱ.* Unde simul liquet pro *τετάρτῳ* scribendum esse *πρώτῳ*, littera *Δ* in *Α* mutata.

5. *Λυχνοῦχος — φανός*] Singulatim de *φανὸς* s. *πανὸς* vid. *Piersonus* Verisimil. p. 4. Fischer. Adeundus Cl. *Valckenaer.* Animadvv. ad Ammon. lib. II. cap. 16. Conf. interpretes ad Thomam et *Wetstenius* ad Joan. cap. XVIII. v. 3. Pro *λαμπὰς* malim scribere *λαμπτὴρ*, ut apud *Scholiastam* Aristoph. Acharn. v. 936. ceterosque Grammaticos.

6. *Λίσπους, Ἀ. καταπύγους, Ἑ.*] In MS. *Λίσχους, Ἀττικῶς. καταπήγους, Ἑλλ.* Hudson.

Καταπύγους. Cod. Coisl. habet *ἀπύγους* et ita legi debere patet ex illius vocis significatione, quam fuse interpretatur *Suidas.* Sallier.

Λίσχους, Ἀ. ἀπύγους, Ἑ. Praeferunt Cod. Reg. et Coll. Gr. In Leid. *καταπήγους.* Coisl. et Coll. Schlaeg. *Λίσφους, Ἀ. ἀπύγους, Ἑ.* Optime. Attici enim pro *λίσπος* dixere *λίσφος.* *Tzetzes* ad Hesiod. *Ἔργ.* v. 156. *δασυνταὶ γὰρ οἱ Ἀττικοὶ, τοὺς λίσπους λίσφους λέγοντες, καὶ τὰ σπέτλα, σφέτλα.* Similiter ad v. 450. *Etymologus*: *Λίσφοι τὰ ἰσχία, οἱ Ἀττικοί.* Putide apud *Suidam* editur: *Λίσφοιτα. τὰ ἰσχία.* pro *Λίσφοι τὰ ἰσχία*, *depuges.* ut paulo supra: *Λίσποι τὰ ἰσχία.* Apud *Hesychium* reperias eiusdem originis verbum *Λισφώσασθαι, ἐλαττώσασθαι.* Reliqua, quae de voce *λίσπος* possent notari, occupavit *Ruhnkenius* V. C. ad Timaeum p. 126. [p. 176.] De Atticorum more litteras *π* et *κ* in adspiratas *φ* et *χ* mutantium, praecipue post litteram *σ*, notabimus quaedam infra ad *Σχινδαλμὸς, ἐν τῷ χ, Ἀττικῶς. σκινδαλμὸς, Ἕλληνες.*

Λοπίδες [7], *Ἀττικῶς. λεπίδες, Ἑλληνικῶς.*

Λῆμμα [8] *διὰ δύο μ, τὸ θάρσος. διὰ δὲ τοῦ ἑνὸς τὸ λαμβανόμενον, ἀδιαφόρως Ἕλληνες.*

Λάγυνος [9], *ἀῤῥενικῶς, Ἀττικῶς. θηλυκῶς, Ἑλληνικῶς.*

Λίτρον [10], *Ἀττικῶς. νίτρον, Ἑλληνικῶς.*

7. *Λοπίδες*] Ita legendum coniicio ex *Schol. Aristophanis* ad Vespas v. 785. *Λοπίδας δὲ καλεῖ, ἃς ἡμεῖς λεπίδας καλοῦμεν.* In MS. *Λοπίδαν, Ἀττ.* Hudson. Leid. *Λοπίδαν.* Reliqui recte *λοπίδες.*

8. *Λῆμα, δι' ἑνὸς μ, τὸ*
246 *θάρσος· διὰ δὲ δύο, τὸ λαμβανόμενον. ἀδιαφόρως, Ἕλληνες.*] Ordinem mutavi, verbum refinxi sensumque interpunctione iuvi. Prius in MS. *Λῆμμα διὰ δύο μ, τὸ θάρσος. διὰ δὲ τοῦ ἑνὸς τὸ λαμβάνω ἀδιαφόρως Ἕλληνες.* Vide *Graevium* ad *Luciani* Soloecistam [5.] p. 66. (T. III. p. 563.) Hudson.

Vellem MSSti addicerent. Sed absque horum auctoritate nihil in *Moeridis* verbis mutandum esse censeo; quae etiam, hac ratione si distinguantur, quemadmodum feci, commode possunt explicari; *Graecos, vulgum Graecorum, λῆμα* et *λῆμμα non distinxisse,* quae Attici recte distinguunt: quemadmodum Pseudologista *Luciani λῆμμα* posuit pro *λῆμα, Hesychius* ista bina saepe confudit et librarii ubique. Adeundus omnino praeter laudatum *Graevium*, summum Frisiae nostrae decus, *Valckenaerius* ad Ammon. An. lib. II. cap. 15. et conferendi praeterea *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. T. I. p. 170. ac *D'Orvillius* ad Charit. p. 87. [p. 252. ed. Lips.] *Herodianus* in MS. Parisino [v. infra p. 470.]: *Λῆμα δι' ἑνὸς μ τὴν παράστασιν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ λῶ τὸ θέλω θελήσω. Λῆμμα ἐπὶ τοῦ λαμβανομένου διὰ τοῦ η, καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ λήβω, τὸ λαμβάνω.*

9. *Λάγηνος*] In Cod. Coisl. *Λάγυνος* scribitur; et ita veterum nonnulli, ut docet *Athenaeus* lib. XI. p. 499. C. D. ubi, quod de hocce *Moeridis* effato sentiendum sit, discere poteris. Sallier.

Λάγυνος cum *ῡ* praeferunt Codd. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. In iisdem pro *ἀρσενικῶς* erat *ἀῤῥενικῶς.* Vid. *Athenaeus* l. a *Sallierio* laudato, ubi plura depravata sunt, quae aliis castiganda relinquimus, illud unum veteris comici, nescio cuius, hac occasione corrigentes: *τὸν λάγυνον τινὲς τριχοῦν.* Pro *τινὲς* legendum puto *θὲς, τὸν λάγυνον θὲς τριχοῦν.* Verba heri sunt servo iubentis, *lagenam trium congiorum apponere.* Secunda in *λάγυνος* ubique producitur.

10. *Λίτρον*] Citat hunc locum *Salmasius* de Hellenist. p. 48. quem vide et *Kusterum* ad Aristoph. Ran. v. 724. *Λίτρον*

Λεχὼ[11], *Ἀττικῶς. λοχὸς, Ἑλληνικῶς.*
Λαγῶα[12], *τὰ μέρη τοῦ λάγου, Ἀττικῶς. λάγεια, Ἑλληνικῶς.*

pro *νίτρον* e MSS. etiam debet recipi in fragmento *Aristophanis* apud *Pollucem* lib. VII. sect. 95.

247 11. *Λεχώ*] Unde apud *Theophrast.* Char. c. 16. *Casaubonus* [p. 184. ed. Fisch. quem omnino conf.] recte reponendum censuit *ἐπὶ λεχὼ*, nam series orationis satis docet, sermonem ibi de puerpera, non universe de lecto esse. Cod. tamen Guelferb. uterque lectionem vulgatam tuetur. Fischer.

Λεχώ. Aristoph. Eccles. v. 526. *τῆς λεχοῦς δ᾽ οὐ φροντίσαι.* *Eupolis* Taxiarchis apud *Polluc.* lib. X. sect. 63. *Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον, Ὥσπερ λεχὼ, στρατιῶτις ἐξ Ἰωνίας. Euripid.* El. v. 652. 654. 1108. *Λεχὼ, νεοχμῶν ἐκ τόκων πεπαυμένη.* Sic legere malim, quam *νεογνῶν. Lucian.* D. D. [9, 2.] T. I. p. 229. l. 78. *Aelian.* H. A. lib. I. cap. 14. lib. XII. cap. 14. *ὅταν γοῦν θήλεια ἀποκυήσῃ, ἡ μὲν ἀφεῖται τῆς ὑπὲρ τῶν τέκνων φροντίδος, οἷα δήπου λεχῶσα.* Scribendum *λεχὼ* vel *λεχὼ οὖσα.* cap. 34. *τεκοῦσαν δ᾽ ἄρα αὐτὴν οἷα δήπου λεχὼ θεραπεύουσιν. Chariton* lib. III. [cap. 8.] p. 56. l. 8. [p. 76. v. 20. ed. Lips.] ubi vid. *D'Orvillium* [p. 398. ed. Lips.] et *Casaubon.* ad Charact. Theoph. cap. 17. p. 300. [p. 184. ed. Fisch. add. *Ilgen* Opusc. T. I. p. 24.] Pro *λόχος* accentu mutato reposui *λοχός.* Vid. *Salmasium* Plin. Exercit. p. 716. Hoc recte *Manethoni* restituit *D'Orvillius* ad Charit. p. 229. [p. 338. ed. Lips.] In *Orphei* Hymno I. v. 2. *λεχῶν ἡδεῖα πρόσοψι.* et v. 10. *Μούνην γάρ σε καλοῦσι λεχοί.*

12. *Λαγῶα, Ἀ. λαγώνεια, Ἑ.*] In MS. *λάγεια.* Hudson.

Λαγώνεια. Oxon. et Coisl. legunt *λάγεια*, cui lectioni favent haec *Eustathii* p. 1821. *λέγεται δὲ καὶ κρέα λαγῶα μὲν παρὰ τὸν ἐκτεταμένον λάγων, λάγεια δὲ παρὰ τὸν ἕτερον.* Ne quid tamen mutemus, facit *Hesychii* auctoritas, apud quem vox *λαγώνεια* reperitur. *Λαγώνεια*, inquit, *λάγου κρέα.* Sallier.

Λαγῶα. Herodianus Philetaero [p. 437.]: *Τὰ λαγῶα οὕτως ἔλεγον οὐ προστιθέντες κρέα.* Ita *Aristophanes* Equit. v. 1189. 1190. 1196. Acharn. v. 1005. Pac. v. 1150. 1195. 1312. Eccles. v. 838. aliique *Comici* apud *Athenaeum* lib. X. p. 141. F. lib. XIV. p. 642. D. 648. E. Conf. Magnus *Casaubonus* Animadvv. lib. IX. cap. 14. Semel *Aristophanes* addidit *κρέα*, Acharn. v. 1109. *Κἀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.* quem versum citat *Pollux* lib. VI. sect. 86. ad *λεκάνιον* probandum, ubi *δὸς* librariorum culpa excidit. Interpretes, loci *Aristophanei* non memores, aliena comminiscuntur. Scribitur autem et cum iota subscripto *λαγῷος*, ut ab *ἥρως ἡρῷος.* Sed in alphabeto veteri Attico iota subscriptum locum non habuit; quare, sive addas, sive non,

Λοῦται[13], *Ἀττικῶς. λούεται, Ἑλληνικῶς.*
Λευκὴ σταθμὴ[14], *ἡ μὴ κεχρισμένη μίλτῳ, ἀλλ' ἄχριστος.*
Λυσιτέλειαν[15] *οὐδεὶς λέγει, λυσιτελὲς δὲ καὶ λυσιτελεῖν.*

perinde est. *Λάγεια* praeferunt
248 omnes MSS. Rectissime. *Glossae Veteres: Λαγεῖον κρέας, leporina.* Conf. *Casaubonus* l. c. Vox *λαγώνεια*, quam ex *Hesychio* arripuit *Hudsonus*, nuspiam alibi occurrit et merito *H. Stephano* Thes. T. II. p. 548. fuit suspecta mutarique debet in *Λαγῶα.*

13. *Λοῦται*] Vid. *Phrynichus* p. 80. [p. 188. Lob.] et *Thomas Magister* v. *Λοῦμαι.* Formam Atticam saepissime librarii in sibi notiorem mutarunt, ut apud *Hesychium*, ubi inverso ordine scribendum: *Λοῦται, λούεται.* quod monuit ad Thomam Cl. *Oudendorpius. Λοῦται* legitur in *Aeschyli* fragmento apud *Pollucem* lib. VII. sect. 167. *Λοῦταί γε μὴν λουτήριον τὸ δεύτερον* (sic lege pro *αὐτὸ δεύτερον*). et *Antiphanis* ap. *Athen.* lib. XII. p. 553. D. reponendum in eiusdem versibus apud *Clementem Alexandr.* Paedag. lib. III. p. 255. *Λοῦται, σκοπεῖται, στέλλεται, μυρίζεται.* Illustris *Grotius* in Excerpt. e Com. p. 615. cum detrimento versus retinuit *λούεται*, et plura etiam, quam necesse erat, mutavit. *Ἔλουμεν Aristophan.* Plut. v. 657. *λούμενος* v. 658. *ἀπέλου* Vesp. v. 118. etc.

14. *Λευκὴ σταθμὴ, ου μη κ.*] Ita vel *μὴ κεχρισμένη μίλτῳ* legendum censeo. In MS. *ἡ μὴ κεχρισμένη.* Hudson. Neutrum possum concoquere. Si est *Moeridis* glossa, legi debet *ἡ κεχρισμένη*: verba *ἀλλὰ χριστὸς* aut delenda sunt aut mutanda in *Ἀττικῶς.* Fischer.

In Cod. Coisl. legitur *ἡ μὴ κεχρισμένη*, quod rectum est. Sallier.

Λευκὴ σταθμὴ, ἡ μὴ κ. Sic omnes MSS. recte. Dein pro *ἀλλὰ χριστὸς* Collatio Gron. *ἀλλ' ἄχριστος*, quod unice amplectendum. *Λευκὴ σταθμὴ, alba linea*, legitur apud *Platonem* Charmide p. 462. E. [p. 154. B. St.] *Ἀτεχνῶς γὰρ λευκὴ σταθμὴ εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς.* quem imitantur alii. Vid. omnino *Casaubonus* ad Theophrasti Charact. p. 130. [p. 42. ed. Fisch.] et *Davisius* ad Max. Tyr. Diss. XXIV. sect. 4. ut et *Sopingius* ad *Hesychium* v. qui ex *Suida* et *Eustathio* emendandus est.

15. *Λυσιτέλειαν οὐδεὶς λέγει*] *Pollux* lib. V. sect. 136. *φαῦλον ἡ λυσιτέλεια.* Nec in scriptoribus Atticis a me observatum. *Τὸ λυσιτελὲς Alciphron* lib. I. ep. 38. de meretricibus: *πρὸς τὸ λυσιτελὲς βλέπουσαι μόνον.* Similiter *τὸ λυσιτελοῦν*, *Isocrates* Panegyr. p. 145. n. ed. 249
[p. 51. Steph. p. 56, 53. Bekk.] *τοῖς κρείττοσι τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα συναδικεῖν. Thucydides*

Λογίους[16], *τοὺς πολυΐστορας, Ἀττικῶς. καὶ Ἡρόδοτος. λογίους, τοὺς λεκτικοὺς, Ἕλληνες.*
Λάσιος[17], *ὁ παρηβηκὼς, καὶ λάσιον τὸν ταῦρον ἔχων, Ἀττικῶς. πρόχειρος καὶ τολμηρὸς, Ἑλληνικῶς.*

lib. VI. [cap. 85.] p. 431. l. 35. *Demosthen.* Olynth. II. p. 8. C. [p. 26. Reisk. p. 25, 29. Bekk.] in Phil. II. p. 26. B. [p. 68. Reisk. p. 63, 12. Bekk.] *Aesch.* in Timarch. p. 183. C. [p. 13. Steph. p. 281, 96. Bekk.] Atque hoc paene opinarer *Moeridi* debere restitui, nisi apud *Thomam* eodem modo *λυσιτελεῖν* esset scriptum, quo utitur *Aristophanes* Plut. v. 509. Paulo aliter *Herodianus* Philetaero [p. 453.]: *Λυσιτελὲς μὲν λέγουσιν, λυσιτελῶς δὲ οὐκέτι, ἀλλὰ λυσιτελούντως.*

16. *Λογίους*] Plenius aliquanto *Thomas Magister*: quem vide sis. Hudson.

Λογίους τοὺς πολυΐστορας — Ἡρόδοτος. lib. I. cap. 3. lib. II. cap. 3. 77. lib. I. cap. 46. Similiter *Aristides* Or. T. I. p. 51. l. 4. *Josephus* de B. J. lib. V. cap. 5. §. 3. Vid. *Phrynichus* p. 84. [p. 198. Lob. add. *Creuzer: die histor. Kunst der Griechen.* p. 176. not.] et *Thomas Magister* v. et ad eum interpretes: ut et ibidem laudatus *Wetstenius* ad Act. cap. XVIII. v. 24. (ubi *ἀνὴρ λόγιος* est *vir eloquens.*), qui multa huius nominis exempla dedit, sed diversas notiones tamen non recte discrevit. Male autem *Hudsonus* pro *λεκτικοὺς* reposuit *διαλεκτικούς. Ῥήτορες Hesychio* sunt *λεκταί.* In *Glossis*: *Dicentarius, λεκτής.* A *λεκτὴς λεκτικὸς* (ut a *ποιητὴς ποιητικὸς*, a *κριτὴς κριτικός*) non tantum *dicacem* notat, ut in *Glossis* explicatur, sed et *eloquentem.* Ea enim adiectivorum in *ικος* indoles est, ut peritiam eius rei, quae designatur ea voce, a qua proxime oriuntur, habitum, aptitudinem significent. *Pollux* lib. IV. sect. 25. *ῥήτωρ, ῥητορικὸς, λεκτικός.* et lib. II. sect. 122. *λεκτικὸς παρὰ Δημοσθένει, καὶ λεκτικώτατος παρὰ Ξενοφῶντι.* *Demosthenis* locus est Erot. p. 157. C. [p. 1401. Reisk. p. 591, 2. Bekk.] *Xenophontis* Cyropaed. lib. V. [cap. 5, 14.] p. 148. A. *λεκτικώτατός τε καὶ πρακτικώτατος.* Recte Memorab. lib. IV. [cap. 3, 1.] p. 800. A. reposuerunt *λεκτικούς. τὸ μὲν οὖν λεκτικοὺς, καὶ πρακτικοὺς, καὶ μηχανικοὺς γίγνεσθαι τοὺς συνόντας οὐκ ἔσπευδεν.* In *Thoma M.* quanquam *διαλεκτικοὺς* defendi potest, malim tamen e *Moeride* restituere *λεκτικούς.*

17. *Λάσιος — καὶ λάσιον τὸν ταῦρον ἔχοντα*] In MS. *ταῦρον ἔχων.* Vide *Schol.* ad Aristoph. Ran. v. 224. Hudson. 250

Melius Codices MSS. ubi legitur *ἔχων.* Sallier.

Λάσιος. Lege *Λάσταυρος.* MS. bene *λάσιον τὸν ταῦρον ἔχων.* Bergler. in marg.

Λάσιος omnes MSS. quod pro

Λάσανον[18], *καὶ τοὺς χυτροπόδας καὶ τοὺς δίφρους, ὡς Εὔπολις Πόλεσιν·*
Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσανον ὅπου χέσω.

exoleto, *catillone* occurrit in *Aristophanis* Nub. v. 348. *Κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην Ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου, Σκώπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ, Κενταύροις εἴκασαν αὐτάς.* Nihilominus *Bergleri* correctionem *λάσταυρος* ambabus ulnis amplector, cum propter sequentia *λάσιον τὸν ταῦρον ἔχων*, quemadmodum in omnibus MSS. recte habetur: tum *Phrynichi* auctoritate permotus p. 84. [p. 195. Lob.] *Λάσταυρος μὲν οἱ νῦν χρῶνται ἐπὶ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀξίου σταυροῦ. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καταπύγωνος.* Posteriorem hunc usum, qui Atticis proprius est, multis illustravit Cel. *Valckenaerius* Animadvv. ad Ammon. lib. I. cap. 9. Alterius notionis, qua recentiores pro *homine pravo, digno cruce, audaci* et *temerario* posuerint, exempla ad manum non sunt, nisi ita a *Theopompo* adhibitum sit loco a *Suida* aliisque etiam laudato, apud *Athen.* lib. IV. p. 167. B. *λάσταυρος, ἢ βδελυρὸς, ἢ θρασὺς τὸν τρόπον*, quod minime absurdum est. *Λάσιτος* huc non pertinet. Cum hoc autem *Moeridis* loco, quem vir eruditus non recte percepit, comparandus idem in *Ἀπάτη*, *Ἄρτι*, *Δυσωπεῖσθαι*, *Εὐλαβεῖσθαι*, *Παρασίτους* etc.

18. *Λάσανα*] In MS. *Λάσανον. Πόλεσιν.* Ita ex coniectura. in MS. *ποχ.* Pro *λάσανον* [in laudato Eupolidis versu] in MS. *λάσανος.* Paullo ante *γ'* forsan pro *γὰρ* legendum. Hudson.

Λάσανα. Cod. noster habet *λάσανον*, quod discrimen nullius est momenti; in *Eupolidis* fragmento scribe *χέσω*, non *σχέσω.* Sallier.

Λάσανον in initio omnes MSS. quare retinui. Dein in Leid. *πόλ.* Ceteri recte, ut et *λάσανον.* Pro *σχέζω* Coll. Gron. *χέζω*, Coisl. et Reg. *σχέσω.* Reposui cum Cl. *Sallierio σχέσω.* Pro *ἔστιν* autem metri gratia refinxi *ἔστ'*; ita enim iambus constituetur, in cuius quarta sede est tribrachys, penultima anapaestus. *Nicarchus* Anthol. lib. II. c. 9. epigr. 6. v. 7. de anu surda: — *ἂν λάχανόν* 251 *μοι, Εἴπω, δὸς, πεινῶν, εὐθὺ φέρει λάσανον.* *Aristophanis* locum e Pace v. 893. aliorumque comicorum iam dedit *H. Stephanus* in Ind. Thesauri. *Etymologi* verba non unam labem contraxerunt: *Λάσανον, ἐφ' οὗ οἱ δασεῖς τόποι οἴζουσιν. ὡς λαισήϊά τε πτερόεντα. λάσεα δὲ τὰ περὶ τὸν φόρτον.* Pro *οἴζουσιν* legendum *ἵζουσιν.* Dein verba *λαισήϊα τε πτερόεντα* male e sequentibus huc fuisse illata recte perspexit *Sylburgius*, pro quibus versus *Aristophanis* aut alius excidisse videtur. Ultima autem sic castiganda sunt: *δασέα δὲ τὰ περὶ τὸν ὄῤῥον.* Eum usum nobis praestant Grammaticorum nugae, ut aliquando ingenium acuant. *Λάσανα Hesychius* inter alia interpretatur *τὰ ὀπίσθια τῶν μη-*

Λέμφος[19], ἡ πεπηγυῖα (μύξα), Ἀττικῶς.
Λογιεῖται[20], Ἀττικῶς. λογίσεται, Ἑλληνικῶς.
Λευκόχρως[21], Ἀττικῶς. λευκόχρους, Ἑλληνικῶς.
Λαύρας[22] καὶ τὰς ἀμάρας, Ἀριστοφάνης. λαῦραι δὲ καὶ τὰ ἄμφοδα.

ρῶν ἀπὸ τῆς δασύτητος. *Scholiastes* Aristoph. l. c. τοὺς δασεῖς μηρούς. Δασέα vero τὰ περὶ τὸν ὄῤῥον, ut apud *Hesychium*: Λάσταυροι, οἱ περὶ τὸν ὄῤῥον δασεῖς. Sed nolim haec pluribus explicare.

19. Λέμφος] In MS. λέφος, ἡ πεπηγη . . . Ἀττικῶς. Μύξα. Scil. ἐκ μυκτήρων, ut habet *Eustathius* ad *Homer*. p. 1761. Ed. Rom. (Od. Ξ. p. 545. l. 45.) Hudson.

Λέμφος, ἡ πεπηγυῖα μύξα. Ultima vox in Cod. Coisl. desideratur idque parum recte, cum salvo sensu abesse non possit. Λέμφος autem videtur ex illorum nominum fuisse numero, quae ad comicos originem referebant. Certe a *Menandro* usurpatum *Ammonius* docet, qui praeterea *Moeridi* hancce vocem Atticis asserenti praebet assensum, ut constat ex his illius verbis. Λέμβος, inquit, καὶ λέμφος διαφέρει. λέμβος μὲν γάρ ἐστι πλοιαρίου τινὸς εἶδος. λέμφοι δὲ παρὰ Ἀττικοῖς οἱ κορυζώδεις ἐλέγοντο καὶ μυξώδεις. Μένανδρος Ὑποβολιμαίοις. Praeter varias illius vocis significationes, de quibus Lexicographi, eius etiam meminisse operae pretium est, quae a *Photio* in Lex. MS. adducitur, cui si fides, λέμφοι dicuntur *et morticina pecorum caro, et pecora macie confecta*. Λέμφοι, τὰ θνησείδια τῶν θρεμμάτων καὶ ξηρὰ ὑπὸ νόσου. Sallier.

Λέμφος. Leid. Λέφος ἡ πεπήγηται, Ἀ. Reliqui MSS. λέμφος ἡ πεπηγυῖα, sine μύξα, quae vox, etsi commode intelligi potest, tamen hoc loco a me in textu relicta est: quod alii Grammatici ita explicent, ut *Hesychius* et *Moschopulus* Π. Σ. p. 72. qui *Moeridem* expilasse videtur. Conf. notas ad *Thomam M.* et ibidem laudatum *Hemsterhusium* ad Lu- 252
ciani Dial. Sel. p. 25 — 30. et 120.

20. Λογιεῖται] Vid. supra Βαδιοῦμαι.

21. Λευκόχρως] *Alexis* apud *Athen*. lib. XIII. p. 568. C. Λευκόχρως λίαν τίς ἐστι. παιδέρωτ' ἐντρίβεται. In *Pollucis* lib. IV. sect. 136. pro λευκόχρους MS. λευκόχρως. Recte. In *Hesychio* v. Λευκόσυρος. Βαβυλώνιος. λευκόχρος. excidisse videtur Λευκόχρως.

22. Λαύρας καὶ τὰς ἀμάρας] In MS. ἀμεράς. Cui non placet ἀμάρας, per me licet reponat ῥύμας ex *Schol.* Aristophanis ad Pac. v. 98. Hudson.

Posteriorem glossae partem laudat *Cangius* Gloss. Gr. p. 792. e quo atque ex Hesychio patet legi debere ῥύμας. Fischer.

Leid. et Coll. Gron. ἀμέρας. Sed Coisl. et Coll. Schl. recte ἀμάρας. Dein pro ἀμφόδια Coisl.

Λητουργεῖν[23], *διὰ τοῦ η, Ἀττικῶς. διὰ δὲ τῆς ει διφθόγγου, Ἑλληνικῶς. λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον.*

Λαταγὰς[24], *τοὺς ψόφους τοὺς ἐκ τῶν ποτηρίων.*

et Reg. *ἄμφοδα.* melius, atque ita scribendum apud *Etymol.* p. 557. l. 46. pro *ἄφοδα.* In *Glossis* tamen *Herodoteis* scriptum est *ἀμφόδια.* Pro *ἀμάραις*, *cloacis*, utitur *Aristophanes* Pac. v. 157. *ποῖ παρακλίνεις Τοὺς μυκτῆρας πρὸς τὰς λαύρας;* *Eustathius* ad Od. X. p. 777. l. 49. *ἐν δὲ ῥητορικοῖς λεξικοῖς φέρεται καὶ ὅτι λαῦρα ἡ ἀμάρα. καὶ ὅτι λαῦραι, ῥύμαι, κῶμαι, στενωποί.* Posteriorem glossae partem citat *Du-Cangius* Gloss. Gr. p. 792.

23. *Λητουργεῖν δ. τ. η, Ἀ. διὰ δὲ τῆς ει*] In MS. *τῆς ι διφθογγου.* Hudson.

Reliqui MSS. recte *ει*, et sic citat *Salmasius* de Hellenist. p. 52. omissis tamen ultimis: *λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον. Λητουργεῖν* sive *ληιτουργεῖν* in scriptoribus Atticis penitus obliterarunt librarii, ubique forma vulgari supposita *λειτουργεῖν.* Sed habet *Moeris* sibi consentientes *Ammonium* p. 89. *Λητουργεῖν διὰ τοῦ η, καὶ λιτουργεῖν διὰ τοῦ ι, διαφέρειν φησὶ Δίδυμος — τὸ μὲν γὰρ λητουργεῖν, τὸ τῷ δήμῳ ὑπηρετεῖν. λήϊτον γὰρ φασὶ τὸ δημόσιον. λήϊτον ἀμφεπένοντο.* et *Hesychium*: *Ληϊτουργεῖν, λήϊτον γὰρ δημόσιον, λειτουργεῖν.* His accedit *Thomas M.* Nec dubitandum, quin veteres Attici ita pronunciarint. A *λεὼς* formatur
253 *λέϊτος* et *λεῖτος.* *Ulpiani* locum hanc in rem protulit Cl. *Valckenaerius* ad Ammon. Animadvv. lib. II. cap. 16. Pro *λέϊτος* Iones dixere *λήϊτος*, quod Attici contraxerunt in *λῇτος* sive *λῆτος.* Eadem plane ratione, qua pro *κλεῖδας* Iones scripsere *κληΐδας*, Attici *κλῇδας.* A *λεία*, *ληΐη*, *ληΐζω*, *ληϊστὴς*, *ληστὴς* et similia, in quibus tamen Iota subscriptum addidisse mihi probabile non videtur: qua de re alio loco. Apud *Hesychium*: *Λητὸν, δημόσιον.* quod accentu mutato rectum est. Comparandi praeterea *Valckenaerius* l. c. et *Kusterus* ad Suidam v. *Λειτουργία.* Verum, antequam ad alia pergamus, *Plutarcho* succurramus Romulo [cap. 26. extr.] p. 34. B. ubi quidem de lictorum nomine suaviter nugatur: *πρότερον γὰρ λιτώρεις, Ἑλληνιστὶ δὲ λειτουργοὺς ὄντας*, addit: *λήϊτον γὰρ τὸν δῆμον ἔτι νῦν καὶ Ἕλληνες, καὶ λαὸν τὸ πλῆθος ὀνομάζουσιν.* Pro *τὸν δῆμον* refingendum *τὸ δημόσιον.* Ipse *Plutarchus* Quaest. Rom. T. II. p. 280. B. *ὅτι γὰρ λῆτον ἄχρι νῦν τὸ δημόσιον ἐν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων νόμων γέγραπται, οὐδένα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, λέληθε.*

24. *Λαταγάς*] *Ἀττικῶς* deest in Cod. Coisl. neque est necessarium. Sallier.

Λαταγάς. Cod. Reg. et Coll. Gron. *λατταγάς.* Dein *τοὺς ψόφους τοὺς* ex iisdem et Coisl. reposui. In Huds. et Leid. posterius *τοὺς* deest. De *Cottabismo*

Λιθουργοὺς[25], *Θουκυδίδης. λιθοκόπους, Ἀντιφῶν.*

multa *Meursius* de Ludis Graec. et praeter eum alii: quibus, si id ageremus, longe plurima possent adiici et simul veteres Grammatici ex se invicem multis locis nova luce perfundi atque emaculari. Sed ista via nimis longe nos duceret. E multis bina tantum seligam *Hesychii* loca e difficilioribus. Alter locus est in *Κοτταβία*. — *ἄμεινον δὲ νοεῖν ἔπαθλον τῷ ἄριστα κοτταβίσαντι. Ἕπεται γὰρ τὸ καταλειπόμενον ἐν τῷ ποτηρίῳ ἐκχέοντες καὶ πειρώμενοι ψόφον ἀποτελεῖν. ὁ δὲ ἐπιτυχὼν μάλιστα τῷ ψόφῳ ἐνίκα.* In his omnia satis plana, si excipias voc. *ἕπεται*, quod omni sensu caret. Pro quo reponendum sine ullo dubio *ἔπαιζον γὰρ*, *ludebant enim*. Cum diphthongus *αι* male in *ε* esset mutata, ultima syllaba *ζον*, quae per compendium scribi solebat, facile in *ται* potuit converti. Alter locus est in *Κορίνθιος ξένος. ἐπὶ τῶν τὰς ἀλλαγὰς ῥιπτούντων (Κορίννουσι, κονιορτὸν ἐγείρουσι*, haec alio loco ponenda sunt). *ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδου Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφόντῃ ἐπιχευούσης. κ. τ. λ. Euripidis* e Stheneboea versus, quos conservavit *Athenaeus* lib.
254 X. p. 427. E. attulit *Sopingius*. Sed quid, quaeso, est *ἀλλαγὰς ῥίπτειν*? Legendum unice: *ἐπὶ τῶν τὰς λαταγὰς ῥιπτούντων*. *Cratinus* in fragmento *Athenaei* apud *Casaubonum* Animadvv. lib. XI. p. 782. l. 43. *Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἂν ὕδωρ ἐπῇ. Ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χοᾶς Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσά τε Ἥσι λαταγὰς τῷ Κορινθίῳ πέει.* Ita isti versus constituendi sunt. *Ῥίπτειν λαταγὰς Athenaeus* lib. XV. p. 666. C. *βάλλειν*. ib. D. p. 667. E. 668. B. *ΛΑΤΑγὰς* et *ΑΛΛΑγὰς* maiusculis litteris si scribantur, erroris causa facillime apparebit.

25. *Λιθουργοὺς, Θουκυδίδης*] lib. IV. cap. 69. p. 278. l. 20. lib. V. cap. 82. p. 366. l. 52. Similiter *Aristophanes* Avib. v. 1134. *Λιθοκόπος* in superstitibus *Antiphontis* orationibus non legitur, sed utitur eo *Demosthenes* adv. Euergum p. 687. B. [p. 1159. Reisk. p. 388, 65. Bekk.] quem laudat *Pollux* lib. VII. sect. 118. Conf. notas ad *Thomam* v. *Λάτομος*. et *Hemsterhusium* ad Luciani Somn. [12.] T. I. p. 18. In *Pollucis* lib. I. sect. 161. pro *λιθοδόμοι* MSS. habent *λιθοδότοι*, quam vocem esse corruptam scripturam sequentis *λιθολόγοι* suspicor. *Λιθοδόμοι* e *Xenophonte* citat idem *Pollux* lib. VII. sect. 118. e Cyropaed. lib. III. [cap. 2, 5.] p. 72. C. sed et illic *λιθολόγοι* reponi debere censet Cl. *Valckenaerius*. Nam *Polluci* utrum *λιθοδόμοι* an *λιθοτόμοι* in *Xenophonte* reperti sint, incertum est: illud certum, ex uno *Xenophontis* loco receptam in Lexica fuisse *λιθοδόμος*, mirae compositionis vocem. *Τέκτονες καὶ λιθολόγοι* iunguntur apud *Xenophontem* Hist. Gr. lib. IV. [cap. 4, 18.] p. 525. A. et [cap. 8, 10.] p. 537. B. In Symposio [cap. 4, 4.] p. 881. C. *τέκτονές τε καὶ οἰκοδόμοι.*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Μ.

Μελίκρατον [1], *Ἀττικῶς. οἰνόμελι καὶ ὑδρόμελι, Ἑλληνικῶς.*

Μητρυιὸν [2], *τὸν πατρυιόν.*

1. *Μελίκρατον*] *Mulsum*, sive ex melle et vino, sive ex aqua et melle, apud quosvis scriptores Graecos obvium est. Ex melle et lacte mixtum apud *Homerum* Od. *K.* v. 519. *Λ.* v. 27. *Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ.* *Eustathius* ad Od. K. p. 411. l. 12. *μελίκρατον δὲ οἱ*
255 *παλαιοὶ μίγμα φασὶ μέλιτος καὶ γάλακτος ἐνταῦθα. οἱ μέντοι μεθ᾽ Ὅμηρον μέχρι καὶ ἐσάρτι, κρᾶμα μέλιτος καὶ ὕδατος τὸ μελίκρατον οἴδασι.* Similiter *Euripid.* Orest. v. 115. *Μελίκρατ᾽ ἀφὲς γάλακτος, οἰνωπόν τ᾽ ἄχνην*, quem locum cum Homereo contulit *D. Heinsius* ad Sil. Ital. lib. XIII. v. 434. quem vide. *Μελίκρατα* in plurali, ut apud *Lucian.* Necyom. [9.] T. I. p. 467. l. 96. [98.] quod frustra *Solano* fuit suspectum. Atque hanc lectionem longe pulcherrimam in *Apollonio Rhodio* lib. IV. v. 712. praebet Cod. Guelferbytanus: *Ἡ δ᾽ εἴσω πελάνους μελίκρατά τε νηφαλίῃσι Δαῖεν ἐπ᾽ εὐχωλῇσι παρέστιος.* quod iam monui *Verisim.* lib. II. cap. 6. p. 214. Aquam mulsam enim Eumenisin libatam fuisse e *Sophocle* Oed. Colon. v. 495. et *Pausania* Corinth. lib. II. [cap. 11, 4.] p. 136. aliisque, quos excitavit *Stanleius* ad Aesch. Eumen. v. 107. certissimum est. Quanquam, ne quid dissimulem, vulgata in *Apollonio* scriptura *μείλικτρα* recte defendi potest. Sunt enim *μείλικτρα* eadem, quae *Aeschylo* Eumen. v. 107. *νηφάλια μειλίγματα.* Choëph. v. 13. *Μειλίγματα χύτλων.* *Orpheo* Argon. v. 571. *Antonin. Liber.* cap. 25. f. *Θελκτήρια Euripid.* Iphig. Taur. v. 166. *Ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται*, *placamina.* *Μείλικτρον* alibi non occurrit, quod sciam, sed linguae analogia comprobatur: ut enim a *λύω λύτρον* et *λυτήριον*, a *θέλγω θέλκτρον* et *θελκτήριον*, sic a *μειλίσσω μείλικτρον* et *μειλικτήριον.* Quare lubens fateor, me dubium haerere, utram harum lectionum praeferam. Utraque proba, utraque elegans, utraque poëta digna. Sed in *Apollonio* quid moramur?

2. *Μήτροιον* (*καὶ*) *το πάτροιον*, (*Ἀττικῶς.*)] Ita forsan *κατὰ παλαιὰν Ἀτθίδα.* Vide *Schol.* ad Aristoph. Plut. v. 6. Iuxta Atticos recentiores: *Μητρῷον, καὶ πατρῷον, Ἀττικῶς. μητρικὸν καὶ πατρικὸν, Ἑλληνικῶς.* Hudson. Laudat glossam Moeridis *Albertus* Obss. N. T. p. 394. Fischer.

Vereor, ut rem acu tetigerit *Hudsonus.* MSS. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. habent *Μήτροιον, τὸν πάτροιον.* Leid. ut Huds. *το* pro *τόν.* Legendum censeo levissima mutatione: *Μητρυιὸν, τον*

Μετέπεμψε [3], Θουκυδίδης. μετεπέμψατο, Δημοσθένης.

Μετέγγυος [4], Ἀττικῶς. μεσίτης, Ἑλληνικῶς.

Μύλη [5], Ἀττικῶς. μύλος, Ἑλληνικῶς.

Μόλυβδος [6], Ἀττικῶς. μόλυβος, Ἑλληνικῶς.

πατρυιόν. *Vitricum*, quem Graeci πατρυιὸν, πατρυὸν sive πατρῷον appellabant, Attici dixere μητρυιόν. *Eustathius* ad Il. E. p. 425. l. 28. loco ab *H. Stephano* citato in Thes. T. II. p. 827. G. καὶ Μητρυιὸν οἱ παλαιοὶ φασὶ τὸν πατρυιὸν, ἀῤῥενωνυμοῦντες τὴν μητρυιάν. *Pollux* lib. III. sect. 27. ἐπιπάτωρ. βελτίον γὰρ τοὔνομα τοῦ πα-
256 τρῴου (sic et in *Glossis: Πατρῷὸς, vitricus*), εἰ καὶ Κερκίδας αὐτῷ κέχρηται. τοῦτον δὲ Ὑπερίδης ἐπὶ προαγωγίᾳ κατηγορῶν Πατροκλέους, μητρυιὸν κέκληκε, καὶ Θεόπομπος ὁ Κωμικὸς ἐν Εἰρήνῃ. Ita locus distinguendus. Vulgo post κατηγορῶν comma perperam ponitur. *Hyperidem* Patroclem lenocinii accusasse, ex multis *Harpocrationis* locis, in quibus Oratio κατὰ Πατροκλέους laudatur, facile potest colligi. Solet autem *Moeris* more Grammaticorum articulum τὸν adhibere explicandis nominibus rarioribus, ut Εἰκοστολόγον, τὸν εἰκοστώνην. Κατιτήριον. et alibi saepe. Quare iure quodam meo mihi licere putavi, facillimam correctionem in ipsum textum recipere.

3. Μετέπεμψε] Coisl. μετέπεμψεν. Vid. *Thomas M.* et illic laudatus *Berglerus* ad Alciphr. p. 114. et *Abreschius* ad Aristaen. lib. I. ep. 25. *Moeridis* loco etiam utitur *Wetstenius* ad A. A. cap. X. v. 5. Ubi eandem rem iisdem paene verbis narrant *Scholiastae* Aristophanis ad Nub. v. 1064. et Apollonii Rhodii ad lib. IV. v. 816. hic posuit μεταπέμψασθαι, ille μεταπέμψαι.

4. Μετέγγυος] *Thomas M.* μέσεγγυος, οὐ μεσίτης. Nam sic videtur legendum pro ὁ μεσίτης, quod est in editione *Vascosani* et *Blancardi*. Sic mox apud eundem in μεταβολεὺς pro μετάβολος perperam legitur μαθαίβολος. Fischer. *Pollux* lib. VIII. sect. 28. μεσέγγυον την μεῖρακα καταθέσθαι Ἀριστοφάνης λέγει. et sic alii Grammatici cum σ μεσέγγυος. Codices tamen Coisl. Reg. Coll. Gron. Ward. praeferunt μετέγγυος cum τ, quae lectio non videtur aspernanda. Eadem enim in hoc ratio est, quae in μέταυλος pro μέσαυλος, μεταίχμιον pro μεσαίχμιον. Ἀττικῇ τροπῇ τοῦ σ εἰς τ. ut verbis *Eustathii* utar ad Il. Γ. p. 291. l. 23. Laudat *Moeridem* ad Gal. cap. III. v. 19. *Wetstenius*. In Leid. pro μεσίτης e sequenti Glossa irrepsit μύλος.

5. Μύλη] Coisl. et Coll. Ward. Μώλη. pro μύλος Coll. Gron. μύλοι. Vid. *Aristoph.* Vesp. v. 646. et *Schol.*

6. Μόλυβος, Ἀ. μόλυβδος, Ἑ.] Ita ex coniectura.

Μισογύνης [7], *Ἀττικῶς. μισογύναιος, Ἑλληνικῶς.*

In MS. *Μόλυβδος, Ἀττικῶς. μόλυβος. Ἑλληνικῶς.* Hudson.

Μόλυβος. Is locus in Cod. Coisl. sic legitur: *Μόλυβδος, Ἀτ-*
257 *τικῶς. μόλυβος, Ἑλληνικῶς.* nec aliter Oxoniens. Cod. exhibet. Nihil itaque a Clar. *Hudsono* mutatum oportuit, cuius emendationem funditus evertunt haec *Eustathii* Comm. p. 1340. (ad Il. Ω. p. 1469. l. 17. ed. Bas.). Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν παραλήγουσαν τοῦ μόλυβδος διὰ τοῦ υ̅ προέφερον οἱ ἀρχαῖοι, ὡς καὶ τοῦ βύβλου. Αἴλιος γοῦν Διονύσιος, ὅτι μόλυβδος διὰ τοῦ υ̅ καὶ δ̅. ὅθεν δηλαδὴ ὁμοιόγραφος ἡ μολύβδαινα. ἐν δὲ τῷ, μόλιβος ὡς ἐτράπετ᾽ αἰχμὴ, διὰ μέτρον φασὶν οὕτω γέγραπται. ἐπεὶ καὶ Ἴωνες ὁμοίως Ἀττικοῖς μόλυβδον λέγουσιν. ubi observandum est, hanc *Dionysii* esse sententiam, *μόλυβδον*, non *μόλυβον*, ab Atticis quondam scriptum; illudque non temere, ut constat ex *Theophrasto* de Lapid. sect. 68. *Ψυχρὸν γὰρ*, inquit, *καὶ πυκνὸν καὶ ὁ μόλυβδος, καὶ ὁ λίθος ὁ τοιοῦτος καὶ ἄριστος τοῖς μύροις μάλιστα τοιοῦτος.* ibid. sect. 71. *τίθεται ὁ μόλυβδος ὑπὲρ ὄξους ἐν πίθοις.* At in lib. de Igne *μόλιβδος* reperitur, quam scribendi rationem Atticam esse dubitare non sinit *Euripides*, qui Androm. v. 266. *καὶ γὰρ εἰ πέριξ σ᾽ ἔχει Τηκτὸς μόλιβδος, ἐξαναστήσω σ᾽ ἐγώ.* *Euripidi* accedunt *Aristophanes* et *Lucianus.* Sallier.

MSStorum lectionem *Moeridi* etiam vindicarunt *Wassius* ad Thucyd. lib. I. cap. 92. p. 62. et *Wesselingius* ad Diodor. Sicul. lib. II. p. 125. Accedit poëtarum Atticorum auctoritas, *Aristophanis* Nub. v. 910. Pac. v. 1241. 1245. Eccles. v. 1102. *Pherecratis* Agriis apud *Schol.* Arist. ad Eq. v. 759. quibus in locis, si *μόλυβος* sive *μόλιβος* scribas, metri leges violabuntur. Pro *μόλυβδος* *Du-Cangius* Glossar. Gr. p. 945. habet *μόλιβδος.* Eadem in his ubique varietas, quae in *κόψυχος* et *κόψιχος*, *ἀμβλίσκειν* et *ἀμβλύσκειν* etc. In solutae orationis scriptoribus praeterea librarii saepe *μόλυβον* et *μόλιβον* posuere, et contra in poëtis *μόλυβδον*, ubi praestabat *μόλυβον.* Vid. Obs. Miscell. Vol. IV. p. 207. 208. Verum singularis est *Etymologi* locus p. 590. l. 8. *Μόλιβος καὶ μόλυβδος. εἰ μὲν ι̅ ἐστὶν, τὸ δ̅ οὐκ ἔστιν. οἷον, Καὶ μόλιβος ὥστε δίκτυον κατῆγε. Σοφοκλῆς. ἐὰν δὲ τὸ υ̅, τὸ δ̅. Ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη. Ἰλιάδος ω.* Unde forte apud *Suidam* pro *Μόλιβος, μόλιβδος δὲ*, scribendum *μόλυβδος δέ.* Sed erravit *Etymologus.* Nam idem fragmentum *Sophoclis* nomine suppresso integrius exstat apud *Plutarchum* Moral. T. II. p. 75. B. — *ἀλλ᾽ ἴσῳ σταθμῷ Μολιβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασεν.* quem locum cum *Etymologo* contulerat et amicé mihi suggessit Cl. *Valckenaerius.* Pro *Μολιβδὶς* autem cum eodem Viro eruditissimo malim *Μόλιβδος.*

7. *Μισογύνης, Ἀ. μισογύναιος, Ἑ.*] In MS. *μισο-* 258
γύναικος. Hudson.

Μᾶζαν[8], προπερισπωμένως καὶ μακρὸν, Ἀττικῶς. βαρυτόνως καὶ βραχέως, Ἑλληνικῶς.

Μάμμην[9] καὶ Μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί. Ἕλληνες τὴν μάμμην.

Μισογύναιος. Ita Cod. Coisl. quam vocem usurpatam reperias a *Proclo* in Ptol. lib. III. p. 224. ὁμοίως πάλιν μετὰ δόξης ὤν, ποιεῖ μισογυναίους. Sallier.

Μισογύναιος praeferunt C. Reg. Coll. Schl. et Gronov. quo etiam utitur *Alciphron* lib. I. ep. 34. p. 142. Infra: *Φιλογύνης, Ἀ. φιλογύναιος, Ἑ.* In *Ciceronis* Tuscul. Disp. lib. IV. cap. 11. *Davisius* edidit: *quale in μισογύνῳ Atili est*; quasi esset a *μισόγυνος*. Sed praestat *μισογύνῃ* vel *μισογυναίῳ*, quo MSStorum lectio *μισογυνείᾳ* sponte ducit. Leid. *μισογύναικος.*

8. *Μᾶζαν*] Pro βραχέως Coll. Gron. βραχύ. *Moeridis* observatum ad veterum pronunciationem tantum referendum est. Attici dicebant *μᾶζα* prima longa, Graeci vulgares *μάζα* prima brevi. Conferendus ipse *Moeris* in *Ἀγοράζειν* et *Βαδίζειν.*

9. *Μάμμην καὶ μαμμαῖαν, τὴν μητέρα, Ἀττικῶς.*] In MS. *μαμμία* et mox *μάμην.* Ἕλληνες τὴν (τῆς μητρὸς ἢ πατρὸς μητέρα) μάμμην (καλοῦσιν.) Vide *Phrynichum* et *Nunnesii* Annott. et *Stephanum* de Dial. Gr. p. 223. Hudson.

Μάμμην. In nostro Codice *μαμμίαν* legere est pro *μαμμαῖαν.* Neque aliter veteres omnes Grammatici, illudque recte. Matres enim *μαμμίας* à puerulis apud Atticos appellatos ostendunt haec *Aristophanis* in Lysistr. v. 878. — Οὗτος, οὐ καλεῖς τὴν μαμμίαν. Παῖς. μαμμία, μαμμία, μαμμία. Equidem vocis eo sensu acceptae exempla minus obvia sunt. Unum tamen legitur apud *Plutarch.* [de Herod. malign.] T. II. p. 858. C. τὴν δὲ παῖδα πρὸς τὴν μητέρα φράσαι τὴν ἑαυτῆς, ὅτι ὦ μαμμίδιον ὁρᾷς, οὐ μίγνυταί μοι κατὰ νόμον Πεισίστρατος. Ab eodem scriptore nomen *μάμμη* usurpatum, videlicet [Agide cap. 4. 19.] T. I. p. 797. B. et 804. A. [Sympos. lib. VII. qu. 4.] T. II. p. 704. B. Sed ubique de *avia* dicitur. Sallier.

Μάμμην. Protulerunt hunc locum e MSS. *Ez. Spanhemius* et *Du-Cangius. Spanhemius* ad Aristoph. Nub. v. 1386. hoc modo exhibet: *Μάμμην καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικῶς. Ἕλληνες τὴν μάμμην. Du-Cangius* Gloss. 259
p. 859. *Μάμμαν καὶ μάμαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί. Ἕλληνες τὴν μάμμαν.* Sic. *Μάμμαν* in initio habent et Coisl. et Coll. Gron. et in fine eadem, e qua etiam Ἀττικοὶ prae Ἀττικῶς praetuli. Utuntur praeterea hoc loco *Wetstenius* ad II. Tim. cap. I. v. 5. et *Pauwius* ad Phrynichum p. 55. [v. nunc Lob. p. 133.] ubi *Moeridem* recte explicat et *Hudsoni* additamentis opus non esse monet. Attici ὑποκοριζόμενοι *matrem*

Μαχαιρίδες[10], αἱ μάχαιραι τῶν κουρέων, Ἀττικῶς. μάχαιραι, κοινῶς.

Μονομάχης[11], Ἀττικῶς. μετὰ δὲ τὴν ἀναλογίαν, μονομάχος.

dicebant *μάμμην* et *μαμμίαν*; vulgus Graecorum *aviam* hoc nomine appellabat. *Hesychii*, *Helladii*, *Phrynichi* et *Eustathii* loca hanc in rem protulerunt. *Nunnesius* ad Phrynich. p. 54. [v. nunc Lob. p. 133.] et *Wetstenius* l. laudato. Sed *Eustathii* locus ad Il. Ξ. p. 957. paulo accuratius examinari meretur. lin. 33. Ὅτι τηθαλλαδοῦς (τηθελὰς mendose legitur in Aristoph. *Schol.* ad Ach. v. 49. quin imo et apud *Suidam* et *Etymologum*.), ὃν οἱ πολλοὶ μαμμόθρεπτον λέγουσι παρὰ τὴν τήθην Ἀττικῶς τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν. ἦν, ὡς δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος, ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην καλεῖν, ὡς τῶν πολλῶν οὕτω τὴν μητέρα λεγόντων. Pro τῶν πολλῶν legendum videtur τῶν παλαιῶν. Veteres enim, οἱ παλαιοὶ μάμμας τὰς αὐτῶν μητέρας καλεῖν εἰώθασιν, inquit *Helladius* p. 4. Contrario modo paulo post l. 40. et seqq. erratum: Περὶ δέ γε τήθης καὶ μάμμης, καὶ οὕτω φασί τινες. Τήθην οἱ Ἕλληνες τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα, οἱ δὲ παλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν. μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαῖαν τὴν μητέρα καλοῦσιν. ἣν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην, τηθίδα, μαῖαν δὲ, ὡς ἡμεῖς, τὴν ὑπὸ Ἰώνων ὀμφαλητόμον. Pro οἱ παλαιοὶ ἀκύρως reponendum οἱ πολλοί. Non enim veteres improprie solebant loqui, sed vulgus Graecorum saepe, propterea a veteribus Grammaticis non raro notatum.

10. Μαχαιρίδες] Similiter *Ammonius*, *Herodianus*, *Thomas M.* et *Moschopulus*. Μαχαίρας dixit *Cratinus* Dionysalexandro apud *Polluc.* lib. X. sect. 140. Ἔνεισι δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες, Αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας. *Eupolis* ibidem μαχαιρίδας. Sola autem Collatio Gron. pro μαχαιρίδες praebet μαχαιρίδια. quod pro *laneonum cultro* ponitur in *Aristoph.* Eq. v. 410. ubi tamen *Pollux* lib. X. sect. 104. μαχαιρίδες legit. Μαχαιρίδια de *tonsorum cultellis* Lucianus adv. Indoct. [29.] T. III. p. 124. l. 82. τοὺς κουρέας τούτους ἐπίσκεψαι, 260
καὶ ὄψει τοὺς μὲν τεχνίτας αὐτῶν, ξυρὸν καὶ μαχαιρίδας, καὶ κάτοπτρον σύμμετρον ἔχοντας· τοὺς δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας πλῆθος μαχαιριδίων προτιθέντας, καὶ κάτοπτρα μεγάλα. ubi pro μαχαιρίδας in priore membro in quibusdam editionibus est μαχαιρίδων; pro quo scribendum μαχαιρίδιον, quando aptius omnia cohaerebunt.

11. Μονομάχης] — μονομάχος. In MS. μονομάχη. Hudson.

Μονομάχης, Ἀττικῶς. Ea vox nusquam in veterum Atticorum scriptis occurrit, quos voce μονομάχος semper usos esse deprehen-

Μάντεων[12], τὴν πρώτην προπαροξυτόνως, Ἀττικῶς. τὴν δευτέραν παροξυτόνως, Ἕλληνες.

Μέθυσον[13] τὸν ἄνδρα, μεθύσην τὴν γυναῖκα, Ἕλληνες.

Μασχάλη[14], Ἀττικῶς. μάλη, Ἑλληνικῶς.

dimus. Sic *Aeschylus* Sept. adv. Theb. v. 801. Στένει δὲ πύργος, καὶ πύλας φερεγγύοις Ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις. *Aeschylum* sequitur *Euripides* Phoen. v. 1335. Ἤκουσε τέκνα μονομάχῳ μέλλειν δορὶ Εἰς ἀσπίδ' ἥξειν. Utrumque vero *Lucianus*, in cuius scriptis vox, de qua disputatur, saepenumero occurrit. Ab eodem usurpatur nomen μονομάχιον, quod in Lexicis desideratur. Μονομάχιον autem significat *singulare certamen*, ut ostendunt haec illius verba [Dial. Mer. 13.] T. II. p. 749. [T. III. p. 318.] ᾤμην ἐρασμιώτερος αὐτῇ φανεῖσθαι, καὶ σὺ προσαπολώλεκάς με, ὦ Χηνίδα, τὸ μονομάχιον ὑποβαλών. Sallier.

Μονομάχης. δὲ e MSS. C. R. et Gron. interserui. In iisdem et Coll. Schl. bene est μονομάχος pro μονομάχη, quod est in Leid. Μονομάχης nuspiam reperi. Sed ὁπλομάχης legitur apud *Platon.* Euthyd. p. 208. B. [p. 299. C. St.] pro quo ὁπλομάχος apud *Xenoph.* de Rep. Lac. [cap. 11, 8.] p. 686. D. Similiter Διμάχης, λιμνομάχης, et alia.

12. *Μάντεων*] *Scholiasta* Aristoph. ad Ach. v. 93. πρέσβεως. Προπαροξύνεται, ὡς μάντεως.

13. *Μεθύσην τὸν ἄνδρα, Ἕλληνες. μεθύσην τ. γ. Ἀττικοί*] Ita ex coniectura. In MS. Μέθυσον τὸν ἄνδρα, μεθύσην τὴν γυναῖκα, Ἕλληνες. Varie refingi potest locus ex iis, quae collegit Cl. *Graevius* ad Luciani Soloecistam [5.] p. 65. Forsan Μέθυσον τὸν ἄνδρα, Ἕλληνες. μέθυσον τὴν γυναῖκα, Ἀττικοί. Hudson. 261

Μεθύσην τ. ἀ. Cod. Coisl. habet μέθυσον. Recte. Sallier.

Μέθυσον. MSSti omnes eam, quam restitui, exhibent lectionem, a qua recedendum non videtur. Vulgus Graecorum virum dicebat μέθυσον, quem Attici μεθυστικὸν, ἔξοινον, οἰνόφλυγα, φιλοπότην. Vid. *Graevius* l. c. T. III. p. 562. *Casaubon.* ad Athen. lib. XV. cap. 10. *Wetsten.* ad 1 Cor. cap. V. v. 11. et interpretes ad Thomam. *Herodianus* Philetaero [p. 431.]: Ἡ μεθύση ἐπὶ γυναικὸς λέγεται, καὶ Ἀριστοφάνης· Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλακτεῖ κύων. Οἰνόφλυξ δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ φιλοπότης.

14. *Μασχάλη*] Vide *Thomam M.* voce μάλη. Hudson. Tradit inter alia sic: τὸ δὲ μασχάλης κοινόν. Unde, et quia μάλη apud *Demosthenem*, *Platonem* atque Atticos veteres alios legitur, *Wesselingius* (Observatt. I. 30. extr.) Moeridem scripsisse putat: Μάλη, Ἀττ. μεσχάλη, Ἑλλ. Sane et *Hesychius*, qui Attica vocabula fere κοινοῖς explicare solet, μάλη exponit per μασχάλη,

Μειράκια [15], *τοὺς ἄῤῥενας*, *Ἀττικῶς. μείρακας, τὰς θηλείας*, *Ἕλληνες.*

non contra. At *μασχάλας* tamen occurrit ap. *Theophrast.* Char. c. 20. Fischer.

Μασχάλη. Clarius *Phrynichus* p. 32. [p. 196. Lob.] *μάλη οὐκ ἐρεῖς, ὑπὸ μάλην μέντοι.* ubi legendum *ὑπὸ μάλης*. Sic enim loqui consuevere scriptores Graeci. Exempla suppetunt apud *H. Stephan.* in Thes. cui alia plura addi possent, si res postularet. Sallier.

Μασχάλη, Ἀ. μάλη, Ἑ. Cl. *Wesselingius* Obss. lib. I. cap. ult. p. 134. transpositis vocibus legendum coniicit: *Μάλη, Ἀττικῶς. μασχάλη, Ἑλληνικῶς.* Cui coniecturae assensum praebere nequeo. *Μάλη* enim, praeterquam in sollenni formula *ὑπὸ μάλης*, quam explicant *Suidas* v. *Etymolog.* p. 283. l. 8. et *Phrynichus* in Appar. Soph. B. C. p. 490. [cf. *Bekk.* An. Gr. I. p. 194, 5.] apud scriptores Atticos non occurrit. *Helladius* Chrestom. p. 3. *Ὅτι ὑπὸ μάλης λέγουσι συντιθέντες, αὐτὴν δὲ καθ᾽ ἑαυτὴν μάλην οὐ λέγουσι.* *Pollux* lib. II. sect. 139. *ἡ δὲ μασχάλη, ὑπὸ μὲν τῶν ἰδιωτικῶν καλεῖται μάλη, ὑπὸ δὲ τῶν Ἀττικῶν οὐχί. ἀλλὰ τὸ ὑπὸ αὐτῇ φερόμενον, ὑπὸ μάλης φέρεσθαι λέγουσι.* *Μασχάλη* apud *Philostrat.* Imagg. lib. I. cap. 15. p. 786. f. *μασχάλη δὲ ἡ δεξιὰ φανερά.* Sic *αἴρειν μασχάλην*, et *μασχάλαι* in plur. apud *Aristoph.* Ach. v. 852. Eccl. 60. Conf. *Suidam* l. c. *Ὑπὸ τῇ μασχάλῃ* *Xenophon* de Re Eq. [cap. 12, 5.] p. 952. C. *Heliodor.* lib. II. [cap. 6.] p. 71. l. 36. *ὑπὸ τὴν μασχάλην* lib. X. [cap. 32.] p. 519. l. 36. *Ὑπὸ μάλης* ubique obvium est. *Ὑπὸ μάλην* *Polyaenus* lib. V. cap. 19. et *Hesychius* in *Μασχαλίττει.* ubi tamen *ὑπὸ μάλης* reponendum puto.

15. *Μείρακας, τοὺς ἄῤῥενας, Ἕλληνες. μείρακας, τὰς θηλείας, Ἀττικοί*] Ita iterum ex coniectura. In MS. 262
Μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, Ἀττικῶς. μείρακας, τὰς θηλείας, Ἕλληνες. quod omnino falsum esse constat ex notis ad *Luciani* Soloecistam [5.] iam memoratis, p. 69. Forsan eiicienda vox *Ἕλληνες* et scribendum: *Μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, Ἀττικῶς. καὶ μείρακας, τὰς θηλείας.* vel: *Μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, μείρακας, τὰς θηλείας, Ἀττικοί.* Hudson. MS. Bene. Bergl. in marg. Nobis placet posterior haec coniectura. Fischer.

Μειράκια. MSS. omnes cum Pricaeano conveniunt. Ex *Hudsoni* coniecturis secunda placet: *Μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, Ἀττικῶς. μείρακας, τὰς θηλείας.* Vox *Ἕλληνες* ab imperito librario vel sciolo profecta est, qui, cum ubique fere (aliter est in *Ζώνιον, Κλισιάδες*) *Ἀττικοὺς* et *Ἕλληνας* opponi videret, hoc etiam loco voc. *Ἕλληνες* necessarium putavit. Eadem manus stulte sedula *Ἑλληνικῶς* liberaliter addidit in *Τειχίον.* Atque hanc lectionem confirmat *Moschopulus* *Π. Σ.* p. 131. *Μειράκια καὶ μειρακύλλια,*

Μύλος[16], ἡ τράπεζα τοῦ μύλου. ὄνος, τὸ ἄνω τοῦ μύλου.
Μειδίου[17], Ἀττικῶς. Μειδία τό τε ἀναλογικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικόν.
Μελάγχρως[18], Ἀττικῶς. μελάγχρης, Ἑλληνικῶς.
Μελαίνεσθαι[19], Ἀττικῶς. βάπτεσθαι, Ἑλληνικῶς.

τοὺς ἄῤῥενας οἱ Ἀττικοὶ ἔλεγον, μείρακας δὲ τὰς θηλείας. De re ipsa vid. *Graevius* l. c. T. III. p. 564. *Phrynichus* p. 90. [p. 212. Lob.] *Ammonius* p. 93. *Thomas M.* v. et notae. Μείρακες masculinum legitur in *Cratini* fragmento apud *Suidam* v. Ἁμαρτεῖν. Ποδαποὺς ὑμᾶς, ὦ μείρακες, εἶναι φάσκων, οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. Iocone comico, an librariorum errore, qui ποδαποὺς posuerint pro ποδαπὰς, non dixerim.

16. *Μύλος*] Citat hunc locum *Salmasius* Exercit. Plin. p. m. 659. C. quem vide, et *Is. Vossium* ad Catull. p. 326. ut et *Jo. Meursium* ad Lycophr. v. 233. qui tamen μύλον et ὄνον non recte distinxit.

17. *Μειδίου — ἀναλογικόν*] In MS. ἀνατολικόν. Hudson.

Sic et Leid. In Coisl. Reg. Coll. Gr. Schl. bene ἀναλογικόν.

18. *Μελάγχρως*] Pro μελάγχρους in MS. μελάγχρος. Hudson. Coisl. Reg. Coll. Gr. Schl. μελάγχρης. In Leid. Μελάγχρως!, Ἀττικῶς. βάπτεσθαι,
263 Ἑλληνικῶς. Μελάγχρως Atticum. Vide supra *Λευκόχρως*, et *Valckenaer.* ad Phoen. v. 140. Μελάγχρος et μελάγχρους, quod restituendum censet *Hudsonus*, vulgo Graecorum recepta. Μελάγχρης, quod Codd. praebent, item *Philoxenus*: *Fuscus*, μελάγχρης, non mutandum. *Etymologus* p. 576. l. 15. Μελάγχρης ἀπὸ τοῦ μελαγχρόης συνεκόπη. Accusativus μελαγχρῆ bis legitur apud *Athen.* lib. I. p. 60. C. Μᾶζαν μελαγχρῆ. et p. 161. A. Μάζης μελαγχρῆ μερίδα.

19. *Μελαίνεσθαι*] nempe τριχὰς, quod addit *Thomas*. *Aristophanes* Eccles. v. 731. τὸ φάρμακον Ἕψουσ᾽ ἔτυχες, ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται. Conf. *Wetstenius* ad Matth. cap. V. v. 36. Eleganter *Nicolaus* apud *Stobaeum* Floril. Grot. p. 87. Ἀπὸ τῶν ἐτῶν κλέπτει τὶς, ἢ καὶ βάπτεται Θέλων καλὸς εἶναι. *Tibullus* lib. I. eleg. IX. v. 41. *Heu sero revocatur Amor, seroque iuventas, Cum vetus infecit cana senecta caput. Tum studium formae: coma tum mutatur, ut annos Dissimulet viridi cortice tincta nucis.* ubi pro *mutatur* reponendum putem *fucatur*; quod *Broukhusio*, homini elegantissimo, qui illud ipsum verbum ibidem illustrat, in mentem non venisse miror. Comae color mutatur, non ipsa coma, nisi quis emtis utatur capillis.

Μῶν[20], Ἀττικῶς. μὴ ἄρα, Ἑλληνικῶς.
Μαθητρὶς[21], Ἀττικῶς. μαθήτρια, Ἑλληνικῶς.
Μυῤῥίνη[22], Ἀττικῶς. μυρσίνη, Ἑλληνικῶς.
Μαλάχη[23], Ἀττικῶς. μολόχη, Ἑλληνικῶς.
Μυσκέλενδρον[24], Ἀττικῶς. μυόχοδον, Ἑλληνικῶς.
Μέταυλος[25], ἡ μέση τῆς ἀνδρωνίτιδος καὶ τῆς γυναικωνίτιδος θύρα, Ἀττικῶς. μέσαυλος, Ἑλληνικῶς.
Μεταβολεὺς[26] καὶ μεταβολεῖς, Ἀττικῶς. μετάβολος καὶ μετάβολοι, Ἑλληνικῶς.

20. *Μῶν*] Citat *Salmasius* de Hellenist. p. 52. Apud *Hesychium*: *Μῶν, μὴ οὐ δὴ ἄρα.* Lege: *Μῶν, μὴ οὖν, μὴ ἄρα.* et dein pro *Μωνεστὴ, ἀρετή.* scribe: *Μῶν ἐστιν; ἆρ' ἐστί; Suidas: Μῶν ἐστιν; ἆρ' ἐστί;* Hoc apud *Aristophanem* non reperi, *ἆρ' ἐστὶν* saepe. Recentiores Sophistas, qui ad nauseam usque hac vocula uterentur, ridet *Ammianus* Anth. lib. II. c. 11.

21. *Μαθητρίς*] Coll. Gron. male *μαθητίς*. Vid. infra *Ὀρχηστρίς*.

22. *Μυῤῥίνη*] Pro *μυρσίνη* in MS. *μυρήνη*. Hudson.

Sic et Leid. Ceteri *μυῤῥίνη*. Conf. *Ἄῤῥενα* et *Θάῤῥος*.

23. *Μαλάχη, Ἀ. μολόχη, Ἑ.*] Vid. Magnus *Hemsterhusius*
264 ad Aristoph. Plut. v. 544. Ex *Athenaeo* lib. II. p. 58. D. emaculandus *Eustathius* ad Od. A. p. 41. l. 10. *μολόχη* usus est interpres Jobi cap. XXIV. v. 24. citatus iam *Mattairio* de Dial. p. 8.

24. *Μυσκέλενδρον, Ἀ. μυόχοδον*] In MS. *μυόσχοδον*. Hudson.

Hesychius: *μυσκέλενδρα, ἃ ἡμεῖς μυόχοδα*, ubi temere volebant quidam rescribi *μύσκερδα*. Fischer.

Μυόχοδον. Sic Cod. Coisl. Eam vero vocem Atticam esse persuadent Lexica. De priore non audemus pronuntiare, cum de illa altum sit apud veteres, si Grammaticos excipias, silentium. Sallier.

Μυσκέλενδρον. Coll. Gr. *Μυσκέλενδον*. dein *μυόχοδον* C. R. Coll. Schl. Gr. Leid. *Hesychius*: *Μυσκέλενδρα, ἃ ἡμεῖς μυόχοδα*. *Μισκέλενδρον* apud ipsum scriptum v. *Κελένδρυνον*. *Pollux* lib. V. sect. 91.

25. *Μέταυλος*] In Coll. Gronov. deest *θύρα*, pro qua voce *Du-Cangius* Gloss. p. 910. legit *ὁδός*. Male. *Lysias* pro Eratosth. p. 11. [p. 93. Steph. p. 165, 17. Bekk.] *ἐψόφει ἡ μέταυλος [θύρα]*. ubi vide *Taylorum* et ibidem laudatum *Valesium* ad Harpocrat. v. *Θύραι μέσαυλοι* apud *Euripidem* Alc. v. 548. Sed is $\overline{\sigma}$ praetulit literae $\overline{\tau}$, uti notum.

26. *Μεταβολεύς*] *Demosth.*

Μανεῖται[27], *Ἀττικῶς. μανήσεται, Ἑλληνικῶς.*
Μεριμνῶν[28], *Ἀττικῶς. φροντίζων, Ξενοφῶν.*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ν.

Νεὼς[1], *τὴν εὐθεῖαν ἑνικῶς καὶ ὀξυτόνως, Ἀττικῶς. ναὸς, Ἑλληνικῶς.*

c. Aristogit. p. 496. f. [p. 784. Reisk. p. 80, 46. Bekk.] Apud *Hesychium* reperias: *Λάγγων, μετάβολος, ἔμπορος.* ubi graviter lapsus est Lexicographus. Pro *Λάγγων* enim scribere debuerat *Μάγγων, mango. Glossae: Mango, μετάβολος.*

27. *Μανεῖται*] *Synes.* Ep. 72. p. 219. Similiter *μαχεῖται Plato* [Lachete] p. 489. F. [p. 193. A. St.] Conf. *Moschop. Π. Σ.* p. 134.

28. *Μεριμνῶν*] In MS. *φροντίζω*, qua lectione servata legendum *μεριμνῶ*. Hudson.

Coisl. et Coll. Schl. *φροντίζων.* et sic citat *Spanhemius* ad Arist.
265 Nub. v. 101. *Μεριμνᾶν* quater legitur apud *Xenoph.* Memor. lib. I. [cap. 1, 44.] p. 710. C. lib. III. [cap. 5, 23.] p. 771. B. lib. IV. [cap. 7, 6.] p. 815. B. et Oecon. [cap. 20, 25.] p. 869. D. ubi *οὔτε μεριμνῶν εὗρεν*, quo *Moeris* videtur respexisse. Ita enim eius verba intelligenda censeo, *Xenophontem μεριμνᾶν* pro *φροντίζειν* adhibuisse. Pro *Ἀττικῶς* autem reponendum videtur *ἀντὶ τοῦ*, de qua coniectura eo minus dubito, quod eadem in mentem venerat *Ruhnkenio* V. C. Conf. supra ad *Λέμμα*, infra *Προῦπτον, Ψυχῆναι.* Utitur et *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 1144. *Φροντίζειν* apud *Xenophontem* aliosque scriptores etiam occurrit.

1. *Νεώς*] Res etiam tironibus notissima. Tantilla tamen res non observata elegantissimum *Lycurgi* locum obscuravit contra Leocrat. p. 185. ed. Tayl. [p. 172. Reisk. p. 208, 44. Bekk.] *Ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ νέοι τὰ ὅπλα. Juvenes autem arma conferebant*, dedit interpres. Scribendum unice: *οἱ δὲ νεὼ τὰ ὅπλα.* Arma in honorem deorum in templis suspensa belli tempestate coacti veteres non raro tholis detraxere iisque usi sunt, periculo defuncti, diis reddituri. Exemplo sit Iolaus apud *Euripid.* Heraclid. v. 695. *Ἔστ᾽ ἐν δόμοισιν ἔνδον αἰχμάλωθ᾽ ὅπλα Τοῖσδ᾽, οἷσι χρησόμεσθα, κἀποδώσομεν Ζῶντες. θανόντας δ᾽ οὐκ ἀπαιτήσει θεὸς*, et quae sequuntur. Atque hoc est, quod *Nepos* in simili re ait Themistocl. cap. 6. Athenienses *nulli loco pepercisse, sive sacer esset, sive privatus, sive publicus — ut muri ex sacellis sepulchrisque constarent.* Sed nihil appositum magis loco *Flori* lib. II. cap. 6, 23. *Arma*

Νῷ[2], δυϊκῶς, Ἀττικῶς. ἡμεῖς, Ἑλληνικῶς.
Νῶν[3], μὴ συνεκφωνουμένου τοῦ ι, ἡμῖν.
Νῆες[4], ὡς Θουκυδίδης, Ἀττικῶς. ναῦς, Ἑλληνικῶς.

non erant, detracta sunt templis. ubi vid. omnino *Freinshemius*.

2. Νῷ] Cod. Coisl. Νῶ, sine iota. Vide *Graevium* ad Luciani Soloecist. [6.] T. III. p. 567. In *Aristophanis* Equit. v. 72. pro ποίαν ὁδὸν νῷ τρεπτέον reponendum νῷν, *nobis*. Conf. not. seq.

266 3. Νῷν] Scilicet, ut sit Νῶϊν. Hudson.

Νῷν. Codex Coisl. habet Νῶϊν. Sallier.

Νῷν. Coisl. Leid. Coll. Schl. Νῶϊν. quemadmodum saepe apud poëtas Atticos scribitur, in quibus tamen semper vocula monosyllaba est. Cum iota subscripto scribine debeat, an non, difficile est definitu. Vide ea de re disputantem *Etymologum* p. 609. f. et infra ad Πρῴ. Certius, quod dixi, apud poëtas Atticos voculam esse monosyllabam. Ex *Aristoph.* Nub. v. 891. levem mendam recte sustulit *R. Dawesius* Misc. Crit. p. 240. In *Euripidis* Iphig. Aul. v. 1207. duplicem commiserunt errorem librarii: Εἰ δ' εὖ λέλεκται νῶϊ, μὴ δή γε κτάνῃς. Νῶϊ enim nominativus est vel accusativus, ut *Graevius* l. c. docet, et praeterea nusquam haec vocula apud *Euripidem* aliumve poëtam Atticum disyllaba est. Scribendum, ni fallor: Εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς. Pro συνεκφωνουμένου male in Hudsoni editione συνεκφωνημένου. Ἀττικῶς et Ἑλληνικῶς praeeuntibus MSS. omisi.

4. Νῆες] Protulit hunc locum e MS. Illustris *Spanhemius* ad Aristoph. Ran. v. 49. sed *Moeridis* mentem non recte percepit, quam optime explicuit Cl. *Wesselingius* Observv. [I, 30. extr.] p. 134. et ad Diodor. Sicul. lib. II. p. 130. Νῆες Attici in nomin. dicebant, ναῦς in accusativo. Vid. *Phrynichus* p. 68. [p. 170. Lob.] et *Thomas M.* v. Grammaticorum observatio scriptorum Atticorum auctoritate confirmatur. Semel apud *Aristophan.* Acharn. v. 924. legitur αἱ νῆυς, quod inde recepit *Mattairius* in utilissimo de Dial. Gr. libro p. 406. D. Κεἴπερ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἅπαξ, Σελαγοῖντ' ἂν αἱ νῆυς. Ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε, Σελαγοῖντ' ἂν ὑπὸ τίφης τε καὶ θρυαλλίδος. Sed quaenam, quaeso, causa est, cur Jonica forma νηῦς uteretur poëta, cum aeque ναῦς potuisset ponere pro νῆες, metri legibus coactus? Neutrum a Comico videtur profectum, sed αἱ νῆες vel αἱ ναῦς ex glossa interlineari in textum irrepsisse. Probabile autem est, scribi debere: Κεἴπερ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἅπαξ, Σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς. Ὦ κ. ἀ. *Scholiastes* ad v.
923. Ἐὰν ἅψηται, φησὶ, μόνον, 267
εὐθὺς καίονται. et ad v. 925. Σελαγοῖντ' ἂν αἱ ναῦς δηλονότι.

Νεῖν [5] *καὶ νήχεσθαι, Ἀττικῶς. κολυμβᾷν, Ἑλληνικῶς.*

Νῶτα [6] *καὶ τὸ νῶτον, Ἀττικῶς. νῶτος καὶ τοὺς νώτους, Ἑλληνικῶς.*

5. *Ν ε ῖ ν*] Vid. *Hemsterhusius* ad Luciani D. Mar. [7, 2.] T. I. p. 306. *Κολυμβᾷν* legitur apud *Platonem* Lach. p. 490. A. [p. 193. C. St.] aliosque scriptores Atticos.

6. *Ν ῶ τ ο ν καὶ τὰ ν ῶ τ α*] In MS. *Νῶτα καὶ τὸν νῶτον.* Hudson.

Νῶτα καὶ τὸ νῶτον. Adhibui faciliorem medicinam et pro *τὸν* tantummodo reposui *τὸ*, et ita plane Collatio Schlaegeriana. *Aristophan.* Eq. v. 289. *Κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον.* Vesp. v. 1285. *Κεράμῳ τὸ νῶτον.* Avib. v. 497. — *παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον.* Atque ita in *Machonis* fragmento apud *Athen.* lib. XIII. p. 580. B. et apud *Alciphr.* lib. III. p. 368. *παίει τὸν νῶτον τοῦ Χαρικλέους.* legere malim *τὸ νῶτον.* Vid. *Phrynichus* p. 126. [p. 290. Lob.] et *Thomas M.* et notae. *Herodianus* Philetaero *τὸ νῶτον* inter et *τὸν νῶτον* distinxit [p. 435.]. *Τὸ νῶτον καὶ τὰ νῶτα οὐδετέρως ἐπὶ ἀνθρώπων. ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων τὸν νῶτον ἀρσενικῶς. καὶ ξένον τὸν* (leg. *Ξενοφῶν*) *περὶ ἱππικῆς, τὸν νῶτον τῆς ἵππου. Xenophontis* locus est [cap. 3, 3.] p. 936. B. ubi Cl. *Oudendorpius* ad Thom. pro *ἐπὶ τὸν νῶτον* legere malebat *ἐπὶ τοῦ νώτου*, et similiter in *Aeliani* H. A. lib. XIII. cap. 14. *κατὰ τοῦ νώτου* pro *κατὰ τὸν νῶτον.* Sed *Herodiani* observatio non videtur contemnenda. Recentiores tamen, et poëtae hanc regulam neglexerunt; ut *Apollonius Rh. Stephano* laudatus, *Achilles Tatius* lib. VIII. [cap. 12.] p. 513. *εἶχεν ἡ ἔλαφος εἰς τὰ νῶτα τὸ βέλος. Aelianus* H. A. lib. I. cap. 31. *ὕστριξ — τὰ νῶτα κυρτώσασα. Apollodor.* lib. I. cap. 8. sect. 2. p. 35. ed. Fabr. de apro Calydonio: *Τὸν δὲ κάπρον πρώτη μὲν Ἀταλάντη εἰς τὰ νῶτα ἐτόξευσε.* nisi illic reponendum *τὰ ὦτα.* Ita enim *Ovidius* Metam. lib. VIII. v. 380. — *celerem Tegeaea sagittam Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu. Fixa sub aure feri summum destringit arundo Corpus. Νῶτα βοὸς* etiam legas in *Sophoclis* senario apud *Etymolog.* p. 26. l. 18. *Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός.* addit *Etymologus*: *ἐν γὰρ τῇ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἣν ἡ τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει.* Similia fere habet *Plutarchus* T. II. p. 935. F. quem locum 268
mihi indicavit *Valckenaerius* meus: *Ἄθως καλύψει πλευρὰ Λημνίας βοός. ἐπιβάλλει γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους (ὡς ἔοικε) χαλκέῳ τινὶ βοϊδίῳ, μῆκος ἀποτείνουσα διὰ τῆς θαλάττης οὐκ ἔλαττον ἑπτακοσίων σταδίων.* ubi *καλύψει* vitiosum est, *πλευρὰ* minime contemnendum. Sed praeferenda videtur *Scholiastae* Theocriti lectio ad Id. VII. v. 76. *νῶτα Λημνίας ἁλός.* Hanc enim me-

Νέατον[7], *Ἀττικῶς. ἔσχατον, Ἑλληνικῶς καὶ κοινόν.*

Νέωτα[8], *Ἀττικῶς. τὸ μέλλον ἔτος, Ἑλληνικῶς.*

Ναυτιᾷν[9], *Ἀττικῶς. ναυσιᾷν, Ἑλληνικῶς.*

Νυμφεύτριαν[10], *Ἀττικῶς. παράνυμφον, Ἑλληνικῶς.*

taphoram poëtae Attici etiam adhibuere, ut *Euripid.* Iph. Taur. v. 1245. Hel. v. 780. *Βοὸς* ab aliis putem substitutum, *ἁλὸς* a tragico profectum.

7. *Νέατον*] Pro *κοινὸν* Coll. Gron. *κοινῶς*, et sic citat *Salmasius* de L. Hellenist. p. 56. ubi typorum errore pro *νέατον* scriptum est *σχέατον*, vocabulum Graecis auribus inauditum. *Νέατος* autem et *νείατος* Attice *ultimum* denotant. Vid. *Hesychius* v. et *H. Stephanus* Thes. T. II. p. 1031. et 1038. Commodior locus dari non poterat *Euripidem* emaculandi Rheso v. 794. *Καί μ' ἔγχος αὐγάζοντα καὶ θηρώμενον Παίει παραστὰς νείαιραν εἰς πλευρὰν ξίφει Ἀνὴρ ἀκμάζων.* *Scaliger*, sive alius potius, cuius coniecturas *Scaligero* tribuit *Barnesius*, versui laboranti succurrere tentabat scribendo *πάρος* pro *παραστάς*. Quam coniecturam unice amplectendam censuit *Barnesius*, quin in ipsum textum invexit. Nollem factum. *Παραστὰς* enim optimum est, *πάρος* valde frigidum. Sed praeterea *νείαιρα γαστὴρ* pro *imo ventre* Graecis scriptoribus usu tritum est, quod optimo iure *Hippocrati* restituit Medicorum literatissimus, *A. Heringa* Observv. p. 8. *Νείαιρα πλευρὰ* nusquam, praeterquam hoc loco, occurrit. Scribendum censeo: *Παίει παραστὰς πλευρὰν ἐς νεάτην ξίφει.* vel: *Παίει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει.* Expressit poëta *Homereum Νείατον ἐς κενεῶνα*, Il. *Ε.* v. 857. Ne vero de emendationis veritate dubites, en! inepti quidem istius, sed saepe tamen ad *Euripidem* emendandum utilissimi auctoris tragoediae Christi Patientis, quae vulgo *Gregorio Nazianzeno* tribui solet, versum 1220. *Νύσσει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει Ἀκμαῖος ἀνήρ.*

8. *Νέωτα*] *Hesychius*: *νέωτα, εἰς τὸ ἐπιὸν ἢ μέλλον ἔτος. εἰς νέωτα* est apud *Theophr.* Char. c. 4. FISCHER.

Hesychius: *Ἐπὶ νέωτα. εἰς τρίτον ἔτος.* Forte: *εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος.*

9. *Ναυτιᾷν*] In Collat. Gro- 269
nov. est *Ναυτιᾷν ἐν τῷ τ̄. Ἀττικῶς.* ut *Πεπράγως ἐν τῷ γ̄. Σιγηλὸς ἐν τῷ λ̄.* Pulchre hoc verbum *Luciano* Necyom. [4.] T. I. p. 461. [l. 11.] restituit *ὁ πάνυ Hemsterhusius.* Apud *Hesychium* pro *Ναυτιᾶσθαι, πλέειν*, reponendum *Ναυτίλλεσθαι* ex *Hom.* Od. *Ξ.* v. 246.

10. *Νυμφεύτριαν*] Quid sit *νυμφεύτρια*, norunt omnes.

Νῆστις[11], Ἀττικῶς. νήστης, Ἑλληνικῶς.

Idem dixeris de nomine παράνυμφος, qua non solum *pronuba* intelligebatur, sed et *ille, qui sponsum domum una cum sponsa deducebat.* Is νυμφευτὴς appellatur a *Platone* Politico p. 268. [A.] τόδε δὲ ἴσμεν, inquit, ὅτι τῷ βουκόλῳ γε οὐδεὶς ἀμφισβητεῖται περὶ τούτων οὐδενός. ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ βούφορβος, αὐτὸς ἰατρὸς, αὐτὸς οἷον νυμφευτής. Sunt et alia multa eiusdem originis, quae hic ad examen revocare alienum non erit. Ordiemur a voce νυμφίδιος, qua utitur *Orpheus* Hymn. LIV. v. 10. Νυμφιδία, συνδαιτὶ θεῶν, σκηπτοῦχε, λίκαινα. Interpres Latinus convertit *sponsalis.* Melius fortasse *nuptiarum conciliatrix* vel *praeses.* Priore tamen sensu vulgo occurrit apud scriptores Graecos, *Euripid.* Med. v. 999. ἃ φονεύσεις Τὰ τέκνα νυμφιδίων ἕνεκεν Λεχέων. Illud itaque nomen inter Attica numerandum est, quod ab *Apollonio* etiam usurpatur Argon. lib. I. v. 1031. Οὐδ' ὅγε δηϊότητος ὑπὲρ μόρον αὖτις ἔμελλεν Οἴκαδε νυμφιδίους θαλάμους καὶ λέκτρον ἵκεσθαι. Eodem sensu accipitur adiectivum νύμφειος, ut ostendunt haec *Euripidis* Iph. Aul. v. 131. Οὐδ' ὅτι κείνῳ, παῖδ' ἐπέφησα Νυμφείους εἰς ἀγκώνων Εὐνὰς ἐνδώσειν λέκτροις. At νύμφαιος de *sponsa* ipsa dicitur. Sic *Euripides* Iphig. in Taur. v. 216. Ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν Νύμφαιον. Minime enim audiendus *Scaliger,* qui legendum putat νύμφαν vel νυμφαίαν. Vid. *Jos. Barnes.* Nec alio sensu usurpatur vox νύμφευμα, quae legitur Troas. v. 421. ἕπου δέ μοι Πρὸς ναῦς, καλὸν νύμφευμα τῷ στρατηλάτῃ. Ab illo enim adhiberi solet, cum de *nuptiis* sermo est. Ita Phoeniss. v. 1210. Κρέων δ' ἔοικε τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων Τῶν δ' Οἰδίπου δύστηνος ἀπολαῦσαι κακῶν. Quod si plura exempla desideres, consule Androm. v. 20. 192. 887. 1231. Iphig. in Aul. v. 831. Iph. in Taur. v. 365. Ex iisdem fontibus, *Euripidis* scil. petenda vox νυμ- 270
φευτήριον, cuius significationem haec ostendunt Troas. v. 252. Ἑκα. Ἦ τᾷ Λακεδαιμονίᾳ νύμφᾳ δούλαν; Ἰώ μοι, μοί. Ταλθ. Οὐκ ἀλλὰ λέκτρων σκότια νυμφευτήρια. SALLIER.

Νυμφεύτριαν. *Aristoph.* Acharn. v. 1055. Vid. not. ad *Thom. M.*

11. Νῆστις, Ἀ. νήστης Ἑ.] In MS. νήστεις. HUDSON.

Sic et Leid. Coisl. vero Coll. Schl. et Gron. recte νήστης. *Phrynichus* p. 142. [p. 326. Lob.] Νήστης βάρβαρον, τὸ δ' ἀρχαῖον νῆστις διὰ τοῦ ῑ. Unde satis refellitur infelix *Wetstenii* conatus ad Matth. cap. XV. v. 32. scribentis: Νῆστις, Ἀττικῶς. νήστιας, Ἑλληνικῶς. Νῆστις correpta posteriore syllaba apud poëtas Atticos occurrit, e. g. *Antiphanem* apud *Athen.* lib. XIV. p. 662. C. Ὁ σπλὴν σεσάχθω νῆστις, ἀπολεῖ μ' οὑτοσί. E contrario νήστης in *Matronis* Parodi versibus lib. IV. *Athen.* p. 134. F. ubi *Eustathius* ad Odyss. Δ p. 48.

Νεῖα[12], *τὰ εἰς παρασκευὴν πλοίου ξύλα.*
Νουθέτησις[13], *Ἀττικῶς. νουθεσία, Ἑλληνικῶς.*
Νάπυ[14], *Ἀττικῶς. σίνηπι, Ἑλληνικῶς.*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ξ.

Ξενοδοκῶ[1], *Ἀττικῶς. ξενοδοχῶ, Ἑλληνικῶς.*

νῆστις habet, quod *Casaubono* placebat, sed invito metro.

12. *Νεῖα*] Glossa non videtur esse *Moeridis*. FISCHER.

In ed. Huds. *τοῦ* erat ante *πλοίου*, quam voculam, praeeuntibus MSS. C. Reg. Leid. delevi. *Hesychius*: *Νεῖα, ξύλα τὰ εἰς κατασκευὴν νεῶν ἐπιτήδεια.* et, *Νήϊον, ναυπηγήσιμον ξύλον, τὸ εἰς νεὼς χρείαν εὔθετον. Δόρυ νήϊον* hoc sensu *Homereum* est Od. I. v. 384. Conf. *Moschopul. Π. Σ.* p. 173. Verum *νεῖα* qui usurpaverit, novi neminem.

13. *Νουθέτησις*] Utitur *Wetstenius* ad 1 Cor. cap. X. v. 11. *Νουθεσία* quidem etiam reperitur apud scriptores Atticos, ut *Aristophan.* Ran. v. 1041. aliosque (conf. *Pollux* lib. III. sect. 100. et IX. 109.), sed *νουθέτησις* rarius est ipsisque solis proprium. *Glossarium Sangermanense* in B. Coisl. Montefalc. p. 483. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 109, 10.] *Νουθέτησιν, Εὔπολις Αὐτολύκῳ. Plato* Protag. p. 225. E. [p. 323. E. St.] et alibi. In *Euripidis* Hercule Fur. v. 1256. in vetustis editionibus legitur: *Ἄκουε δὴ νῦν, ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις Πρὸς νουθεσίας σάς. ἀναπτύξω δέ σοι. Barnesius* ne monito quidem lectore, edidit: *πρὸς νουθεσίας τὰς σὰς*, secumque in levem errorem traxit eruditissimum Juvenem *J. J. Struchtmeyerum* Anim. p. 142. qui eo ex loco etiam anapaestis patrocinium quaesivit. Revocata voce Attica scribendum: *Πρὸς νουθετήσεις σάς. ἀναπτύξω δέ σοι.*

14. *Νάπυ, Ἀ. σίνηπι*] In MS. *σίνηπα*. HUDSON. 271

Sic et Leid. In aliis *σίνηπι* cum *ᾱ* super *η̄*, id est *σίναπι. Alexis* Lebete apud *Athen.* lib. IV. p. 170. *Μάραθρον, ἄνηθον, νάπυ, καυλὸν, σίλφιον.* Sed *Moeris* respicere videtur ad *Aristophanis* Eq. v. 628. *Κἄβλεψε νάπυ.* ubi alii legerunt *καὶ βλέπε σίναπι.* Vid. *Kusterum* et notas ad Phrynich. p. 126. [p. 288. Lob.] *Wetsten.* ad Matth. cap. XIII. v. 31.

1. *Ξενοδοκῶ, Ἀ. ξενοδοχῶ, Ἑ.*] In MS. Coisl. *Ξενοδοκῶν, Ἀ. ξενοδοκῶ, Ἑ.* Reg. et Coll. Gr. *Ξενοδοκῶν, Ἀ. ξενοδοκεῖν* vel *ξενοδοκῶν.* In *Montefalc.* vero Bibl. Coisl. p. 487. scriptum est *Ξενοδόκειον, Ἀ. ξενοδοχεῖον, Ἑ.* quemadmodum ad Thom. v. *Ξενοδόκος* citat Cl. *Oudendorpius.* Atque ita legendum putem, si quis a vulgata recedere velit. Similiter *πανδοκεῖον*

Ξυμφώνως[2], Ἀττικῶς. συμφώνως, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς.
Ξυνωρὶς, Ἀττικῶς. συνωρὶς, Ἑλληνικῶς.
Ξύμμαχοι[3], Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς.
Ξυρὸν, μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ο.

Ὀρθρεύει[1], Ἀττικῶς. ὀρθρίζει, Ἑλληνικῶς.

scribendum pronunciat *Phrynichus*, non πανδοχεῖον, p. 134. [p. 307. Lob.] Οὐροδόκην in *Xenophonte* reperit *Photius* laudatus *Albertio* ad Hes. v. Βίκος. Eadem in aliis compositis a δέχομαι scripturae varietas, uti doctis notissimum. Θυοδόκοι οἶκοι restituendi *Euripidi* Jone v. 1549. Ἔα, τίς οἴκων θεοδότων ὑπερτελὴς Ἀνθήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν. *Scaligeri* coniecturam recepit *Barnesius* θεοδόκων, vocem *Nonno* usurpatam. Sed praestat θυοδόκων, quod epitheton templo ipse *Euripides* tribuit Jon. v. 511. Conf. *Hesych.* v. Pro ὑπερτελὴς autem, quod *Hesychius* explicat ὑπὲρ τὸ τέλος ἀφικομένη, legendum vel ὑπὲρ τέγος, auctore *Hesychio*: Ὑπὲρ τέγος, ὑπεράνω τῆς στέγης. vel, quod verius puto, ὑπερτενὴς, eodem *Hesychio* fideiussore: Ὑπερτενὴς, ὑπερανατείνουσα, ὑψηλή. cui consentit *Suidas*: Ὑπερτενὲς, ὑψηλὸν, ὑπερανέχον. Pro Ξενοδόκος perperam apud *Hesychium* scriptum Ξυνοδόκος, ξενοδόχος. solenni permutatione literarum εν et υν. Contrario modo plane peccavit *Suidas* in Ξεναλίζω, τὸ συναθροίζω. ubi *Kusterus* e MS. Parisino reponendum putabat Ξεναγίζω, verbum ne Graecum quidem. Ξεναλίζω habet etiam *Lexicographus* Bibl. Coisl. p. 237. Debuerat autem uterque scribere Ξυναλίζω. 272
Ξυναλίζω Atticum pro συναλίζω, cuius verbi multa exempla dederunt homines eruditi ad Act. cap. I. v. 4.

2. Ξυμφώνως] Pro κοινὸν e C. R. Coll. Gr. κοινῶς. De Atticorum more ξὺν pro σὺν ponentium consulendus inprimis Summus *Hemsterhusius* ad Luciani Jud. Voc. [9.] T. I. p. 94. laudatus etiam *Valckenaerio* ad Eurip. Phoen. v. 539. [v. *Hermann.* ad Aristoph. Nub. v. 975. p. 130. ed. sec.]

3. Ξύμμαχος] In Cod. Coisl. legitur ξύμμαχοι, deinde desunt duae illae voces Ἀττικῶς, σύμμαχος. Sallier.

Similiter Coll. Schl. Gron. et Leid.

1. Ὀρθρεύει] Citat *Salmasius* de Hellen. p. 101. *Wetstenius* ad Luc. cap. XXII. v. 38. *Euripides* Troas. v. 181. Ὦ τέ-

Ὁμόσε [2], *ἅμα, ὁμόθεν, τόπου δηλωτικά. τὸ μὲν γὰρ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ δηλοῖ. τὸ δὲ ὁμόσε εἰς τὸ αὐτό. τὸ δὲ ὁμόθεν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ.*

Ὁμόδουλος [3], *Ἀττικῶς. σύνδουλος, Ἑλληνικῶς.*

Ὀρικὸν [4] *ζεῦγος, Ἀττικῶς. ἡμιονικὸν, Ἑλληνικῶς.*

κνον ὀρθρεύουσαν ψυχὴν Ἐκπληχθεῖσ' ἦλθον φρικᾷ.

2. *Ὁμόσε*] *Ὁμοῦ* rescripsi ex *Photii* Lexico. In MS. *Ὁμόσε*, et dein *εἰς τὸ αὐτό*. Vid. *Lamb. Bosii* Observ. Crit. p. 15. HUDSON.

Ὁμοῦ. Is locus sic scribitur in Cod. Coisl. *Ὁμόσε, ἅμα, ὁμόθεν, τόπου δηλωτικά. τὸ μὲν γὰρ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. τὸ δὲ ὁμόσε εἰς τὸ αὐτό. τὸ δὲ ὁμόθεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου.* Atque hanc lectionem alteri esse praeferendam nemo non videt. SALLIER.

273 *Ὁμόσε*. *Hudsonus* ediderat *Ὁμοῦ, ἅμα, ὁμόθεν, τόπου δηλωτικά. τὸ μὲν γὰρ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ δηλοῖ. τὸ δὲ ὁμόσε εἰς τὸν αὐτὸν τόπον. τὸ δὲ ὁμόθεν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου.* Revocavi omnium MStorum lectionem. Sunt autem haec non tantum loci, sed et temporis adverbia. Vide ceteros Grammaticos.

3. *Ὁμόδουλος*] Quid de hocce *Moeridis* effato sentiendum sit, disces ex his *Pollucis* lib. III. sect. 81. *Σύνδουλος δὲ λέγει Λυσίας, καὶ Εὐριπίδης. Ὑπερίδης δὲ καὶ Εὐκλείδης ὁμόδουλον λέγουσι.* Utrumque igitur Atticum *ὁμόδουλος* et *σύνδουλος*. Prius certe usurpatur ab *Euripide* Hecub. v. 60. *Ἄγετ' ὦ παῖδες τὴν γραῦν πρὸ δόμων, Ἄγετ' ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον.* Altero idem utitur Med. v. 65. *Μὴ πρὸς γενείου κρύπτε σύνδουλον σέθεν.* Quem locum fortasse *Pollux* ob oculos habuit. [add. *Plato* Phaedro p. 274. A. St.] Quae cum ita sint, eam vocem Atticam esse pronuntiare non veremur, praesertim cum occurrat Androm. v. 65. Legitur quoque apud *Lucianum* [Lucio 46.] T. II. p. 160. [T. II. p. 613. l. 86.] SALLIER.

Ὁμόδουλος. Citat *Du-Cangius* Gloss. p. 1042. *Wetstenius* ad Matth. cap. XVIII. v. 28. *Ὁμόδουλος* Atticorum proprium, *σύνδουλος* ipsis cum vulgo Graecorum commune. *Σύνδουλος* legitur et in *Eurip.* Ion. v. 1109. et *Theopompi* fragm. apud *Athen.* lib. XI. p. 471. A. Conf. *Oudendorpium* ad Thom. v.

4. *Ὀρεικόν*] In MS. *Ὀρικόν*. HUDSON.

Ὀρεικόν. Uterque Cod. Coisl. et Oxon. habet *ὀρικὸν*, quae scribendi ratio Graecis scriptoribus non paucis placuit. Nam, ut omittam *Aeschinem* et *Synesium* ab *Henr. Stephano* laudatos, non aliam secuti sunt *Lucianus* [Amor. 6.] T. I. p. 123. [T. II. p. 404. l. 32.] et *Plutarchus* [Sulla cap. 12.] T. I. p. 459. A. et [Alexandr. cap. 37.] p. 686. E. SALLIER.

Ὀρεικόν. Sic Cod. Reg. Reliqui omnes *ὀρικὸν*, quemadmo-

Ὄψον [5], Ἀττικῶς. προσφάγημα, Ἑλληνικῶς. Οἶς [6], μονοσυλλάβως, Ἀττικῶς. πρόβατα, Ἑλληνικῶς.

dum apud *Harpocrationem*, *Moschopulum* aliosque scribitur. Atque hanc scripturam, licet parum intersit, veriorem puto; ut enim a βασιλεὺς βασιλικὸς, a Μεγαρεὺς Μεγαρικὸς, sic ab ὀρεὺς ὀρικός. Exempla dedit *Hemsterhusius* ad Poll. lib. VII. sect. 183. et *Oudendorpius* ad Thom. Apud *Pollucem* lib. X. sect. 53. pro λέγοιτο δ' ἂν ζεύγη ὀνικὰ, καὶ ζεύγη ἡμιονικὰ, scribendum videtur ὀρικά. Eandem medelam Diodoro Siculo e MSS. attulit Cl. *Wesselingius* lib. II. p. 125. f. [add. *Sturz.* de Adverb. Graec. in ῑ et ει̅ exeunt. Grimae 1823. p. 20, 193.] Occasione invitante du-
274 plicem notemus *Hesychii* errorem, qui sua serie posuit Ὀτρέα, ἡμίονον, pro Ὀρέα vel Οὐρέα, et Ὄρεσι, προβάτοις, pro Οἴεσι, ubi *P* et *I* confudit. Ut vero is oves in mulos convertit, ita hi contra in aves mutati sunt in *Dionis Chrysost.* Or. V. p. 147. D. Καὶ οὐ μόνον περὶ κυνῶν καὶ ἵππων ἔχει οὕτως· ἀλλὰ καὶ βοῶν καὶ ὀρνέων, καὶ ὃ μᾶλλον θαυμάσαις ἂν, οὐδὲ ὄνῳ ἢ προβατίῳ χρῆσθαι πάρεστι τοῖς ἀπείροις. Pro ὀρνέων legendum ὀρέων.

5. Ὄψον] προσφάγιον. In Cod. Coisl. legitur προσφάγημα, quae vox ibi consistere nequit. Retinenda igitur edita lectio, praesertim cum nomen προσφάγιον reperiatur apud *Joann.* Euang. cap. ult. Ea quoque utitur *Palladius* Hist. Laus. p. 975. Sallier.

Ὄψον, Ἀ. προσφάγιον, Ἑ. Codd. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. praebent προσφάγημα. Quam vocem, licet alibi non obviam, damnare non ausim. Simplex φάγημα, praeterquam apud *Suidam* v. legitur apud *Athenaeum* lib. III. p. 91. D. *Eustath.* Od. *Z.* p. 249. l. 50. et *T.* p. 688. l. 3. De voce ὄψον multa collegit *Wetstenius* ad Joann. cap. VI. v. 9. quem vide. Haec autem vox restituenda *Alexidi* apud *Athen.* lib. IX. p. 379. C. Τὸν ὀψοποιὸν σκευάσαι χρηστῶς μόνον Δεῖ τοῦτον. ἄλλο δ' οὐδέν. ἂν μὲν οὖν τύχῃ Ὁ ταῦτα μέλλων ἐσθίειν τε καὶ κρίνειν Εἰς καιρὸν ἐλθὼν, ὠφέλησε τὴν τέχνην. Eandem lectionem sequitur Illustris *Grotius* Excerpt. e Com. p. 581. Sed quid, quaeso, versu 2. est τοῦτον? Noli dubitare, quin castigandum sit: Τὸν ὀψοποιὸν σκευάσαι χρηστῶς μόνον Δεῖ τοὖψον, ἄλλο δ' οὐδέν. Τοὖψον Attica crasi pro τὸ ὄψον, ut in *Aristoph.* Eq. v. 1103. et ubique. *Lucianus* Musc. Enc. [8.] T. III. p. 97. l. 23. οἱ ὀψοποιοὶ ταύτῃ τὰ ὄψα ἡδύνουσι.

6. Οἶς — πρόβατον] In MS. πρόβατα. Hudson.

Conf. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. 677. Fischer.

Salmasius hunc locum citans de Hellen. p. 53. memoriae vitio dedit: Οἶς μονοσύλλαβον, Ἀττικόν. πρόβατον, Ἑλληνικόν. MSS. omnes habent πρόβατα. *Scholia-*

Οἰστὸς 7, δισυλλάβως, Ἀττικῶς. βέλος, Ἑλληνικῶς.

stes Aristoph. ad Pac. v. 929. Οἱ γὰρ Ἴωνες δισυλλάβως λέγουσιν ὄϊς. οἱ δὲ Ἀττικοὶ μονοσυλλάβως τὰς οἶς. καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ γένους οἱ Ἀττικοὶ συναιροῦντες, τὸν ὄϊν, τὸν οἶν. Conf. *Hesychium* v. Οἶν. Hoc legitur in *Eurip.* El. v. 513. et
275 *Aristoph.* Pac. v. 1076. — πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. ubi in *Scholiis*, ut illud obiter moneam, pro Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄνδρες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι, reponendum Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁ. θ. ἔ. ex *Homer.* Il. X. v. 263. Alia huc pertinentia dabo nota sequenti.

7. Ὀϊστὸς, τρισυλλάβως] Cod. Coisl. habet δισυλλάβως, melius nostro iudicio. Prius enim poëticum est. Ad βέλος quod attinet, vox est inprimis Attica. SALLIER.

Οἰστὸς δισυλλάβως Cod. Coisl. et Coll. Schlaeg. Pulchre et vere! *Photius* MS. Οἰστὸς δισυλλάβως Ἀττικοὶ λέγουσι βέλος. Ita *Euripides* Androm. v. 1132. — ἀλλὰ πόλλ' ὁμοῦ βέλη, Οἰστοί, μεσάγκυλ', ἔκλυτοί τ' ἀμφώβολοι. Herc. Fur. v. 196. Ἓν μὲν τὸ λῷστον, μυρίους οἰστοὺς ἀφείς. Conf. Med. v. 635. Vetus *Tragicus* apud *Stobaeum* Floril. Grot. p. 325. Ὅστις δὲ μόχλοις καὶ διὰ σφραγισμάτων Σώζει δάμαρτα, τ' ἀνδρὶ δὴ δοκοῦν σοφὸν, Μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ. Ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει, Θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται, Λάθοι δ' ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας. Qui versus vulgo *Menandro*, cuius fragmentum praecesserat apud *Stobaeum*, solent tribui et male cum praecedentibus fuere coniuncti, etiam a *Clerico* Fragm. Men. p. 236. Sed longe supra soccum assurgunt nec recte cum prioribus cohaerent. Vox πυκνόφθαλμος etiam plane tragica est, cui similis πυκνόπτερος apud *Sophocl.* Oed. Colon. v. 17. Apud *Joannem Stobaeum* autem in auctorum nominibus vel male positis, vel omissis, singulis paene paginis erratum est. Huic nostro οἰστὸς similia sunt, quae habet *Moeris*, οἶς et φθοῖς monosyllaba: Καταπροίξεται. *Phrynichus* p. 68. [p. 169. Lob.] Καταπροΐξεται οὐκ ὀρθῶς διαιροῦσι, δέον καταπροίξεται ἀδιαιρέτως. Male et contra metrum in *Aristoph.* Nub. v. 1242. ἐμοῦ καταπροΐξει. et alibi semper, ut Eq. v. 433. ubi *Archilochi* versus, qui similiter depravatus apud *Suidam* v. Καταπροΐξεται, prostat, Εὖ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροΐξεται. ita ex *Etymologo* v. Προΐκτης p. 689. init. castigandus est: Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροΐξεται. Similiter διπλοίζειν pro διπλοΐζειν (ut ἀθροίζειν pro ἀθροΐζειν, quod vulgo receptum est) ab *Aeschylo* positum Agam. v. 844. Ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμμένῳ νόσον, quod eius interpretes non perspexerunt. In Eumen. v. 1016. ἐπιδιπλοΐζω indicat versum repetendum esse scribendumque ἐπιδιπλοΐζει. Pariter διπλοίδα pro διπλοΐδα di- 276
xere Attici. Levi manu corrigen-

Ὀμοῦμαι[8], ὀμεῖ, ὀμεῖται, Ἀττικῶς. ὀμόσω, (ὀμόσεις), ὀμόσει, Ἑλληνικῶς.

Οὐκ ἐπράττου[9], Ἀττικῶς. οὐκ ἔπραττες, Ἑλληνικῶς.

Ὁμιλίαν[10], οὐ τὴν διάλεξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν συνουσίαν πρὸς γυναῖκας, Ἀττικῶς. λαλιὰν, Ἑλληνικῶς.

dus *Hesychius*: *Διπλόϊδα, διπλοΐδα.* Lege: *Διπλοΐδα, διπλοΐδα.* Sic *Εὐβοΐδα* pro *Εὐβοΐδα* apud *Sophocl.* Trach. v. 74. et alibi. *Διπλοίδιον* et *Ἡμιδιπλοίδιον. Aristoph.* Eccles. v. 318. *Τουτὶ τὸ τῆς γυναικὸς ἡμιδιπλοίδιον.* Male scriptum *ἡμιδιπλοΐδιον.* Sic enim proceleusmaticus pro anapaesto sede quinta esset. Ita et *νοίδιον, βοίδιον, προχοίδιον* scribi debent. *Phrynichus* p. 108. [p. 86. Lob.] *Ῥοΐδιον διαιροῦντες λέγουσιν οἱ ἀμαθεῖς, ἡμεῖς δὲ ῥοίδιον.* Eadem ratio in *γραίδιον.* Vid. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. v. 674. In Thesmophor. v. 1206. *Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τοῦτο. Ναὶ γραΐδιον.* Lege: *Ναίχι γραίδιον. Οἰζυρὸς* pro *ὀϊζυρὸς Ion* apud *Athen.* lib. III. p. 91. E. *Ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας.* In *Aeschyli* Eumen. v. 897. leg. *πάσης ἀπήμον' οἰζύος. δέχου δέ συ. Οἰζυρὸς* etiam alii poëtae trisyllabon fecere, ut *Leonidas* Anth. lib. IV. cap. 12. epigr. ult. *Ὡς ἐξ οἰζυρῆς ἠπίστατο δωροδοκῆσαι Ἐργασίης.* et *Apollonius Rh.* lib. I. v. 285. in *προεκδόσει. Οἰζυρὴ ἀχέεσσι δυσάμμορος.* Paulum diversa ratio in *αἴσσειν, ἤϊθεος, ἡρῷναι* etc. de quibus alio loco. *Moeridis* loco utitur *Wetstenius* ad Eph. cap. VI. v. 16. loco alienissimo.

8. *Ὀμοῦμαι, ὀμεῖ*] *Aristoph.* Nub. v. 245. 246. Male apud *Hesych.* et *Suidam* est *ὀμῇ. Ὀμόσομεν* legitur Lys. v. 197. pro *ὀμόσωμεν. Ὀμόσεις*, quod cum *Hudsono* interserui, ab omnibus MSS. abest.

9. *Οὐκ ἐπράττου*] Forte locus, quo respexit *Moeris*, inter legendum me effugit. *πράττεσθαι μισθὸν* reperias apud *Aristoph.* Nub. v. 244. *ἀργύριον* Ran. v. 569. [cf. *Fischer* ad Weller. T. III. 1. p. 436. sq.]

10. *Ὁμιλίαν*] In Coll. Gron. *μόνως* pro *μόνον* et *γυναῖκα* pro *γυναῖκας*, quod et Leid. habet, ut monitum a Cl. *Albertio* Obs. Phil. p. 357. *Ὁμιλίαν* Attica elegantia inter alia *consuetudinem* et *concubitum Venereum* notare dudum exemplis docuit *H. Stephanus* T. II. p. 1308. B. 277
cuius observatis paucula e multis veterum locis addamus. Sed prius adscribam *Scholiastae* Sophoclis ad Elect. v. 420. verba, *Moeridis* observationi plane similia: *ἡ ὁμιλία λέγεται καὶ ἐπὶ συνουσίας καὶ ἐπὶ διαλέξεως. Νυμφικαὶ*

Ὀπύειν[11], Ἀττικῶς. συγγίνεσθαι, Ἑλληνικῶς.

ὁμιλίαι *Eurip.* Hel. v. 1416. Ἐς ἀνδρῶν ὁμιλίην φοιτᾷν, *Herodot.* lib. I. cap. 182. Similiter *Achilles Tatius* lib. VIII. [cap. 11.] p. 511. ἥκειν εἰς ὁμιλίαν. *Philostrat.* V. A. lib. I. cap. 13. μήτ' ἂν γῆμαι, μήτ' ἂν εἰς ὁμιλίαν ἀφικέσθαι ποτὲ Ἀφροδισίων. ubi forte legendum Ἀφροδίσιον, ut apud *Aelian.* H. A. lib. IX. cap. 21. Alias enim videtur addi debuisse τῶν, ut apud *Heliodor.* lib. IV. [cap. 18.] p. 201. l. 7. ὁμιλήσῃ τὰ Ἀφροδίτης. Παραβάλλειν ἑαυτὰς ἀνδρῶν ὁμιλίαις Vetus Auctor apud *Suid.* v. Παραβάλλειν. Ὁμιλίας γυναικὸς ἀπείρατος εἶναι. *Heliodor.* lib. III. [cap. 17.] p. 159. γάμου καὶ ἀνδρὸς ὁμιλίας ἀπείρατος lib. X. [cap. 33.] p. 521. l. 28. Utuntur eadem ratione *Aelianus* saepissime, ut monuit Cl. *Albertius* l. c. *Conon* Narr. 48. *Ptolemaeus Hephaestio* p. 319. 323. *Pollux* lib. I. sect. 218. et III. 46. *Scholiastes* Apoll. Rh. lib. II. v. 475. quocum comparandus *Etymolog.* p. 75. l. 39. Ὁμιλεῖν similiter quibusvis scriptoribus usurpatum. *Glossarium Sangermanense* Bibl. Coisl. p. 483. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 110, 5.] Ὁμιλεῖν, τὸ συγγενέσθαι ἄνδρα γυναικί. *Achilles Tat.* lib. II. [cap. 37.] p. 145. πρωτόπειρος ὢν εἰς γυναῖκας, ὅσον ὁμιλῆσαι ταῖς εἰς Ἀφροδίτην πωλουμέναις. *Alciphron, Heliodorus*, qui bis eodem sensu compositum προσομιλεῖν adhibuit lib. I. [cap. 11.] p. 22. l. 17. lib. VII. [imo lib. VIII. cap. 2.] p. 376. l. 11. *Aelianus*, alii. Atticas Veneres saepe non intellexerunt interpretes, ut in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1209. Ὅστις πέφασμαι φὺς, ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς Τ' οὐ χρῆν μ' ὁμιλῶν, οὕστέ μ' οὐκ ἔδει κτανών. *Cum quibus non oportuit, habito,* dedit interpres. Debuerat: *cum quibus non oportuit, consuescens,* cum matre Jocasta nimirum. Σὺν τοῖσι φιλτάτοις Αἴγισθ' ὁμιλοῦντα dixerat supra v. 375. ubi rectius interpres. Simili imperitia *Morellus* in *Libanio* T. I. p. 263. B. Achillis verba de Agamemnone, qui Briseïda ipsi eripuisset, Ἀλλ' ὁμιλήσας τῇ κόρῃ, φησὶν, ὅρκῳ σοφίζεται τὴν ἐγκράτειαν, Latine vertit: *potitus puella.* Tu mecum redde, ut omnis tollatur ambiguitas, *cum rem habuerit,* aut *consuetudinem Veneream cum puella.* Apponam venustissimos *Ovidii* versiculos, qui *Libanio* non parum luminis accendunt, Rem. Amor. v. 777. *Hoc et in abducta Briseïde flebat Achilles, Illam Plisthenio gaudia ferre toro. Nec frustra flebat; mihi credite, fecit Atrides, Quod si non faceret, turpiter esset iners. — Nam sibi quod nunquam tactam Briseïda iurat Per sce-* 278 *ptrum; sceptrum non putat esse deos.*

11. Ὀπυίειν] In MS. Ὀπνεῖν. Hudson.

Ὀπύειν. Ita Cod. Coisl. Sallier.

Ὀπύειν. Leid. Ὀπνεῖν, sed correctum ὀπύειν, quemadmodum et Coisl. R. Coll. Schl. Gronov.

Ὀπύειν sine iota etiam scriptum apud *Polluc.* lib. V. sect. 92. *Suidam* v. Ὤπυεν. *Dionem Chrysost.* Or. XIII. p. 226. ὀπύειν ἐν τῷ φανερῷ. *Lucian.* de Merc. Cond. [41.] T. I. p. 701. [l. 51.] et alibi, ut [Alex. 50.] T. II. p. 255. l. 2. [Eun. 12.] p. 359. l. 90. [Gall. 19.] p. 731. l. 13. quibus in locis ὀπυίειν cum iota reponendum esse censuit Erud. *Reitzius.* Sed frustra. Ὀπύσω enim futurum secunda producta legitur in *Aristoph.* Ach. v. 254. Ὦ μακάριος Ὅστις σ᾽ ὀπύσει κἀκποιήσεται γαλᾶς, qui locus vel solus sufficit ad refutandum *Etymologi* p. 72. l. 24. et *Eustathii* ad Il. Θ. p. 601. l. 39. errorem, quo ὀπύειν futuro aliisque temporibus carere statuunt; nisi hoc de verbo ὀπυίω intelligendum sit. Certe praeter bina ista ἀλυίω (pro quo tamen plerumque dixere ἀλύω) et ὀπυίω, quae profert *Etymologus*, nulla verba in υίω mihi cognita sunt. Origo verbi, in qua valde fluctuant *Etymologus* et *Scholiasta* Apollon. Rh. ad lib. I. v. 46. incerta. Forte in ὀπυίειν apud *Homerum* aliosque poëtas iota remansit ex signo digammatis Aeolici, ut in οἰετέας pro ὀετέας, aliisque. Sed levis res momenti est et vix digna, quae tot verbis tractetur. Ὀπύειν sive ὀπυίειν pro συγγίνεσθαι satis frequens est. *Palladas* apud *Stobaeum* Flor. Gr. p. 41. πολλὰς δ᾽ ἐστὶ γυναῖκας ἰδεῖν Οὐχὶ καλὰς τὴν ὄψιν, ὀπυιομένας ἀκορέστως. Perperam *Planudes* Anth. lib. I. cap. LXXVIII. p. 109. supposuit ὁπλιζομένας. Epigramma ineditum εἰς κλυστῆρα. Μούνῳ μοι θέμις ἐστὶ γυναικῶν ἐν φιλότητι Μίσγεσθαι φανερῶς λισσομένων ποσίων. Μοῦνος δ᾽ ἠϊθέοισι καὶ ἀνδράσιν ἠδὲ γέρουσιν Παρθενικαῖς τ᾽ ἐπέβην ἀχνυμένων τοκέων. Μαχλοσύνην δ᾽ ἤχθηρα, φιλεῖ δέ με Παιονίη χεὶρ Ἀμφιτρυωνιάδην ἐκτελέοντα πόνον. Ἀμφὶ δ᾽ ὀπυιομένοισι καὶ ἂν Πλουτῆϊ μαχοίμην Αἰὲν ὑπὲρ ψυχῆς τῶν ὁπόσοις ἐμίγην. Εὔρινον δέ με παῖδα καὶ ἀγριόδοντα (leg. ἀργιόδοντα cum Cl. Heringa) τίθησιν Ἰδρείη μερόπων αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας. De legitimis nuptiis ab *Homero* etiam positum ὀπυίειν annotavit *Eustathius* ad Od. *B.* p. 90. Similiter *Apollon. Rh.* lib. I. v. 46. ubi vid. *Schol.* *Theocritus* Idyll. XXII. v. 161. Τάων εὐμαρὲς ὔμμιν ὀπυίειν ἅς κ᾽ ἐθέλητε. Atque hoc sensu reponendum vi- 279
detur in *Aeliani* Hist. An. lib. III. cap. 9. Οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες, οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύουσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπακούσαιτο κορώνη μία. Activum ὀττεύειν nescio an alibi occurrat; certe huic loco, ubi praecessit εἰς μαντείαν, convenire non videtur. Quare refingo: οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀπυίουσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπαντήσαιτο κορώνη μία, *malum omen esse nubentibus, si una cornix occurrat.* Vide praecedentia. *Hesychius:* Κρέξ. — ὀρνέον, ὃ τοῖς γαμοῦσιν οἰωνίζεται. Ab ὀπυίω formatur nomen ὀπυιόλης, quod solus conservavit *Hesychius*: Ὀπυιόλαι, γεγαμηκότες. ubi *Salmasius* refingendum putabat ὀπυιῶλαι per ω, ut σκωπτῶλαι, σιφῶλαι. Sed non meminerat Vir maximus, a σκώπτω

Ὀρχηστρὶς [12], Ἀττικῶς. ὀρχήστρια, Ἑλληνικῶς.
Ὀττεύεσθαι [13], Ἀττικῶς. κληδονίζεσθαι, Ἑλληνικῶς.

formari σκωπτόλης, *Aristoph.* Vesp. v. 784. a μαίνω μαινόλης (in Bibl. Coisl. p. 473. Μαινόλης, μαντικός. leg. μανικός), a κορύπτω κορυπτόλης (vid. *Hesych.* v.), ab οἴφω οἰφόλης, quod idem *Hesychius* conservavit. Quibus adde propria Μισγόλης, Πυθόλης, Φειδόλης.

12. Ὀρχηστρὶς, Ἀ. ὀρχήστρα, Ἑ.] In Cod. Coisl. legitur ὀρχήστρια, quam lectionem veram esse nemo non videt. SALLIER.

Ὀρχηστρὶς, Ἀ. ὀρχήστρα Ἑ. Ὀρχήστρια castigarunt Cl. *Valckenaerius* ad Schol. in Hom. Il. X. p. 62. [Opusc. T. II. p. 65.] et *Oudendorpius* ad Thom. M. v. Ὀρχηστρίς. quos consule. Atque ita MSS. C. R. Leid. Coll. Gr. Schl. Supra: Μαθητρὶς, Ἀ. μαθήτρια, Ἑλληνικῶς.

13. Ὀπτεύεσθαι] Lege ὀττεύεσθαι per ττ. BERGL. in marg.

Ὀπτεύεσθαι. Locus corruptus. Quid enim ὀπτεύεσθαι cum altero illo κληδονίζεσθαι rei est? Legendum fortasse ὀπεύεσθαι, id est *vaticinari*. Ὀπεύομαι enim et ὀττεύομαι idem omnino significant. *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* [ad Hom. Il. Ξ. p. 948, 31. Bas.] p. 964. δῆλον δὲ, inquit, ὅτι μαντική ποτε λέξις τὸ ὄσσεσθαι ἀπὸ τῆς ὄσσης, ἣν καὶ ἐπὶ μαντείας τίθησι. τοιαύτη δὲ λέξις ἐστὶν ὅτε καὶ ἡ ὄψ, ὡς Αἴλιος Διονύσιος παρασημειοῦται, λέγων ὄπα τὴν κληδόνα, καὶ ὀπεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· ὀπευόμενος κάθηται. Ex quibus colligas, huncce Grammaticum etymologiae ab ipso propositae *Aristophanis* auctoritatem praetendere voluisse, quasi nempe verbum ὀπεύομαι ab eo poëta fuisset usurpatum. Verum nihil simile hodie in Lysistrata comparet. 280
Edita enim locum, quem *Dionysius* ob oculos habuit [v. 597.], sic exhibet: Τῆς δὲ γυναικὸς μικρὸς ὁ καιρός. κἂν τούτου μὴ 'πιλάβηται, Οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ταύτην. ὀττευομένη δὲ κάθηται. Id autem librariorum culpa fieri potuit, qui voces minus notas in alias notiores mutare consueverunt. Non deerunt tamen, qui apud *Moeridem* malint ὀττεύεσθαι, nobis minime contradicentibus. Illius autem verbi variae sunt significationes. Ac primum quidem sumitur pro *auguror*. Sic *Aelianus* de Anim. lib. I. cap. 48. ubi de corvo: ταῦτά τοι καὶ μαντικῆς συμβόλοις ἀγαθὸν ὁμολογοῦσι τὸν αὐτὸν, καὶ ὀττεύονταί γε πρὸς τὴν ἐκείνου βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων, καὶ ἕδρας, καὶ κλαγγὰς, καὶ πτήσεις αὐτῶν ἢ κατὰ λεῖαν χεῖρα, ἢ κατὰ δεξιάν. Ita quoque *Plutarchus* Mor. [de Is. et Osir. T. II.] p. 356. E. ἐκ τούτου, inquit, τὰ παιδάρια μαντικὴν δύναμιν ἔχειν οἴεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους καὶ μάλιστα ταῖς τούτων ὀτεύεσθαι κληδόσι παιζόντων ἐν ἱεροῖς, καὶ φθεγγομένων, ὅ, τι ἂν τύχωσιν. Scribe ὀττεύεσθαι.

Ὀξίδας[14], οἱ Ἀττικοὶ τὰ μικρὰ λαγύνια.

Praeterea significat *ominor*. Eo sensu usurpatur a *Porphyrio* de antro Nymph. [cap. 33.] p. 270. ὅθεν, inquit, καὶ ἐν ταῖς λιτανίαις καὶ ἱκετηρίαις τὰς τῆς ἐλαίας θαλείας προτείνουσιν, εἰς τὸ λευκὸν αὐτοῖς τὸ σκοτεινὸν τῶν κινδύνων μεταβάλλειν ὀττευόμενοι. Tandem ὀττεύομαι non incommode vertas, *mali ominis instar aversari, abominari*, ut argumento sunt haec *Dionysii Halic.* lib. II. p. 89. οὕτως εὐλαβῶς ἡ πόλις ἔχει πρὸς τὰ οὐκ ἐπιχώρια ἔθη περὶ θεῶν, καὶ πάντα ὀττεύεται τῦφον, ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ εὐπρεπές. Sallier.

Ὀττεύεσθαι. Sic Codd. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. atque ita emendandum esse monuit etiam Cl. *Ruhnkenius* ad Tim. p. 143. [p. 197.] In *Eustathii* autem loco malim librariis culpam tribuere, quam eruditissimum Grammaticum *Aelium Dionysium* erroris accusare. Sic autem scribendum: ὄττα, ὡς Αἴλιος Διονύσιος παρασημειοῦται, λέγων, ὄτταν τὴν κληδόνα, καὶ ὀττεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι. Α. Δ. ὀττευόμενος δ. κ. Sed potuerunt *Dionysii* libri *Eustathii* iam tempore fuisse depravati. In *Timaeo* pro Ὄττα. φήμη, μαντεία καὶ διὰ κληδόνος. Clar. Editori e *Suida* placuit: Ὄττα. φ. μ. καὶ θεία κληδών, cui obloqui nolim. Mihi tamen *Photii* lectio μαντεία διὰ κληδόνος non plane adspernanda videtur. Ita in *Plutarchi* loco κληδόσιν ὀττεύεσθαι. Similiter *Hesychius* v. Συμβόλους. — τὰς διὰ τῆς φήμης γιγνομένας μαντείας, ἃς Φιλόχορός φησι Δήμητρα εὑρεῖν. Pari ratione μαντεῖαι διὰ θυσιῶν, διὰ σπλάγχνων, διὰ πυρὸς dicuntur. *Hesychius*: Ἱερεύς. ὁ διὰ θυσιῶν μαντευόμενος. Levi menda liberandus *Apollodorus* lib. I. cap. 8. 11. p. 47. ed. Fabr. l. 12. προσέ- 281
λαβε δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἱερείων μαντικήν. Lege: διὰ τῶν ἱερείων μ. Cum vero de re augurali et haruspicina sermo inciderit, eadem opera *Ammonium* emaculabo p. 72. Θύεσθαι τοῦ σφάττεσθαι διαφέρει. Θύεσθαι μὲν γάρ ἐστιν, ἐπὶ τιμῇ θεοῦ. καὶ τὸ μαντεύεσθαι ἐπὶ τιμῇ διὰ σπλάγχνων θύεσθαι φαμέν. Deletis vocibus ἐπὶ τιμῇ male repetitis scribendum: καὶ τὸ μαντεύεσθαι διὰ σπλάγχνων θύεσθαι φαμέν. Sic statim *Ammonius*: Θύονται δὲ οἱ διὰ τῶν σπλάγχνων μαντευόμενοι. Sed gravius vulnus inflictum est *Cyrillo*, cuius verba in notis protulit *Valckenaerius* meus: Θύεσθαι τοῦ σφάττεσθαι διαφέρει. ὅτι τὸ μὲν Θύεσθαι διὰ σπλάγχνων θύεσθαι φασί. τὸ δὲ Σφάττεσθαι, τὸ φονεύεσθαι καθ' ἥντινα αἰτίαν. Hoc autem modo sanandum est, pro μὲν θύεσθαι refingendo μαντεύεσθαι. Apud *Hesychium*: Θύεται, ἱεροσκοπεῖται, malim ἱεροσκοπεῖ. Hoc autem verbum ubique fere interpretes male fuerunt interpretati. Sed nimium a via deflectimus.

14. Ὀξίδας] In MS. Ὀξύδας. *Λαγύνια*. In MS. καλύγια. Hudson.

Leid. Ὀξύδας, et μακρὰ κα-

Ὀλλύασιν, ὀμνύασιν, Ἀττικῶς. ὀλλύουσιν, ὀμνύουσιν, Ἕλληνες.

Οὐχ ἥκιστα[15], *Ἀττικῶς. μάλιστα, Ἑλληνικῶς.*

Ὀμνύναι, Ἀττικῶς. ὀμνύειν, Ἑλληνικῶς.

Ὀσφρόμενος[16], *Ἀττικῶς. ὀσφρησάμενος, Ἑλληνικῶς.*

Οἰδίπουν[17], *Ἀττικῶς. Οἰδίπουν καὶ Ἕλληνες. Οἰδίποδα, κοινῶς.*

Ὀλέκρανα[18], *Ἀττικῶς. ἀγκῶνας καὶ πήχεις, Ἑλληνικῶς.*

λύγια. Coisl. Coll. Schl. et Gron. bene ὀξίδας, μικρὰ λαγύνια. Vid. *Aristoph.* Plut. v. 812. Ran. v. 1488. 1501. *Thom. M.* v. In *Nicostrati* fragmento apud *Athen.* lib. VI. p. 230. D. Λοιπή τις ὀξίς ἐστι καὶ ψυκτήριον Τῆς εὐπαρύφου λεπτότερον. Forte scribendum Λεπτή τις.

15. Οὐχ ἥκιστα] Vid. *Isocrates* p. 80. ed. Wolf. min. et *Xenoph.* Memor. III, 1, 2, 23. Fischer.

Vide *Ruhnkenium* ad Tim. p. 145. [p. 201.] et v. Ἥκιστα p. 95. [p. 131.] In *Luciani* Encom. Musc. [10.] T. III. p. 97. l. 28. καὶ ἡ μέλιττα οὐχ ἥκιστα μυίαις καὶ ἀνθρώποις ἐργάζεται. Male interpres vertit *non minus*. *Solanus* vero pro καὶ perperam posuit ἤ. Debuerat ita Latine reddi: *Apis maxime muscis et hominibus mella facit.* Quando nulla mutatione opus.

16. Ὀσφρόμενος, Ἀ.
282 ὀσφρησάμενος, Ἑλλ.] At *Thomas Mag.* Ὄσφρομαι κάλλιον ἢ ὀσφραίνομαι. Aliter tamen se rem habere ostendunt haec *Euripidis* Cycl. v. 154. Εἶδες γὰρ αὐτήν. Σιλ. οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὀσφραίνομαι. Ea quoque utitur *Theophrastus* Hist. Plant. lib. IV. cap. 20. οἷον ἡ ῥάφανος, καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον. ὀσφραίνεσθαι γάρ φασι καὶ ἕλκειν. Sallier.

Ὀσφρόμενος. Respexit *Moeris* ad Aristoph. Vesp. v. 788. Κᾆτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα, unde emendandus idem Thesmoph. v. 502. ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἰὼν, uti recte emaculavit Doctiss. *Dawesius* Miscell. Critt. p. 327. quem consule. *Hesychius*: Ὄσφρεσθαι, τὸ ὀσφρανθῆναι. Ὀσφρησάμενος legitur in *Aeliani* H. A. lib. V. cap. 49.

17. Οἰδίπουν, Ἀ. Οἰδιπόδην δὲ Ἕ.] In MS. Οἰδίπους δὲ, Ἑλλ. Hudson.

Οἰδίπουν, Ἀ. Οἰδίπουν καὶ Ἑλλ. Sic Codd. Coisl. Reg. Collatio Gronov. Οἴδιπον καὶ, Leid. ut Huds. Forte scribendum Οἴδιπον δέ. *Tzetzes* ad Hesiod. Ἔργ. v. 162. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα εὐθεῖα, ὁ Οἴδιπος, καὶ τὸ Οἰδίπους, καὶ ὁ Οἰδιπόδας. Nisi ista Οἰδίπουν καὶ Ἕλληνες ab alia manu *Moeridi* inserta videantur. Pro κοινὸν e Coll. Gron. κοινῶς.

18. Ὀλέκρανα] MSS. C. R.

Ὀῤῥοπύγιον [19], Ἀττικῶς. ὀρθοπύγιον, Ἑλληνικῶς.

Οἶσθα [20], χωρὶς τοῦ σ, Ἀττικῶς. οἶδας, Ἑλληνικῶς.

Οἰκότριψ [21], Ἀττικῶς. οἰκοτραφὴς, Ἑλληνικῶς.

Coll. Schl. Gron. ὀλέκρανα. male, ut liquet ex *Aristoph.* Pace v. 442. Ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον. ad quem locum vide *Scholia* et *Suidam* v. Add. *Poll.* lib. II. sect. 140. *Hesych.* v. et *Λέκρανα*, et *Ὠλέκρανα*, qui etiam in interpretationibus adhibet v. *Ἀγοστοὺς* et *Κυρῶδα*. Pro ἀγκῶνα καὶ πῆχυν e MSS. C. R. Coll. Schl. Gron. reposui ἀγκῶνας καὶ πήχεις.

19. Ὀῤῥοπύγιον] *Aristoph.* Nub. v. 158. 162. Vesp. v. 1069. *Lucianus* Musc. Enc. [3.] T. III. p. 93. [I. 36.] *Moschopulus* p. 28. ὀῤῥοπύγιον Ἀττικῶς, τὸ κοινῶς ὀρθοπύγιον. *Eustathius* ad Od. *T.* p. 705. l. 19. ὀροπύγιον (leg. ὀῤῥοπύγιον) ὀρνέων, οὐ μὴ κατά τινας ὀρθοπύγιον, ἀνάλογον καὶ κοινότερον. *Philoxenus*: *Clunis*, ὀρθοπύγιον. Conf.

283 *Valcken.* ad Amm. p. 25.

20. Οἶσθα] Ex οἶδας Attici fecerunt οἶδασθα: deinde οἶσθα per syncopen. Hudson.

Οἶσθα. χωρὶς τοῦ σ addunt Codd. Coisl. Reg. Coll. Gron. Schlaeg. Rectissime. *Suidas*: Οἶσθα ἀντὶ τοῦ οἶδας. λέγεται χωρὶς τοῦ σ. μετὰ δὲ τοῦ σ ποτὲ ἢ διὰ μέτρον, ἢ διὰ τὸ συγκροῦσαι φωνήεντα, οἶσθας. *Eustathius* ad Odyss. O. p. 563. l. 19. τὸ δὲ οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς, ἐλέγχει Ζηνόδοτον καὶ τοὺς κατ᾽ αὐτὸν κακῶς γράφοντας τὸ οἶσθας παρὰ τῷ ποιητῇ. ἐν τέλει μὲν γὰρ στίχου ἢ καὶ ἐπιφορᾷ φωνήεντος, εἴη ἂν γενέσθαι συγχωρηθεῖσαν τοιαύτην γραφήν. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἂν γένοιτο διὰ τὸ κακομέτρητον. Αἴλιος μέντοι Διονύσιος γράφει ὅτι καὶ τὸ οἶσθα καὶ τὸ οἶσθας, ἄμφω Ἑλληνικὰ, καθὰ καὶ ἦσθα καὶ ἦσθας. Pro Ἑλληνικὰ forte scribendum Ἀττικά. Nisi per Ἕλληνας illic *veteres Graeci* sive *Attici* intelligendi sint, ut apud *Photium* in nota *Albertii* ad Hesych. T. I. c. 1647. Ἠπητὴν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ ἠπήτριαν, ἀλλ᾽ ἀκέστριαν. Sed prius praeplacet. Utrumque οἶσθα et οἶσθας Atticum pronunciat *Hesychius*: Οἶσθα, οἶδας, γινώσκεις. Οἶσθας (sic lege pro οἶσθα), οἶδας, ἑκατέρως Ἀττικῶς. Similiter loquitur in Πλεῖον. Πλεῖον, πλέον, Ἀττικοὶ ἑκατέρως λέγουσι. Conf. infra ad Ὑπόγυον. Οἶσθα frequenter in poëtarum Atticorum scriptis occurrit, reponendum in *Aeschyli* Pers. v. 341. pro οἶδα. Οἶσθας *Menandro* restituit *Bentleius* Emend. p. 47. et alibi saepe, ubi vel οἶσθα γ᾽, vel οἶσθα sequente vocali scriptum reperitur, revocandum videtur, ut in *Posidippi* fragm. ap. *Athen.* lib. IX. p. 372. C. Αὐτοῖς ὁ Σεύθης. οἶσθας ὦ βέλτισθ᾽ ὅτι.

21. Οἰκότριψ] Vid. Cel. *Valckenaerius* ad Amm. Animadvv. lib. III. cap. 3. et notae ad Thom. M.

Ὀξυθύμια[22], Ἀττικῶς. καθάρσια τὰ εἰς τριόδους ἐκβαλλόμενα, ἢ τὰ περικείμενα τοῖς ἀγχονιμαίοις νεκροῖς, Ἑλληνικῶς.

Ὀστοῦν[23], Ἀττικῶς. ὀστέον, Ἑλληνικῶς.

Οἶμαι[24] καὶ οἴομαι, Ἀττικῶς. νομίζω, Ἑλληνικῶς.

Ὄῤῥος[25], τὸ ἐπάνω τοῦ πρωκτοῦ, Ἀττικῶς.

22. Ὀξυθύμια] In MS. Ὀξύμια. Pro ἀγχομένοις in MS. ἀγχινομαίοις. Hudson.

Leg. ἀγχονιμαίοις omnino. Mortui non strangulantur aut suffocantur, sed strangulati seu suffocati sunt mortui. Bergl. in marg.

284 Τοῖς ἀγχομένοις νεκροῖς. In Cod. Oxon. legitur ἀγχινομαίοις, in nostro vero ἀγκονιμαίοις. Scribe ἀγχονιμαίοις, quam vocem Graecam esse constat ex his *Bardesanis* apud *Euseb.* Praep. Euang. p. 277. [ed. Viger.] Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκουσι. Sallier.

Ὀξυθύμια. Leid. Ὀξόμια. C. Reg. Coll. Gron. ὀξύμια. Male, ut ex *Harpocratione*, *Hesychio* aliisque notum. Nec improbabilis Magni *Valesii* sententia, ita dicta fuisse a θύμῳ arbore infelici. Veterum locis ab *Harpocratione* laudatis addendus Incertus apud *Hesychium* v. Ῥαφανιδωθῆναι. Τίς γὰρ ἀντὶ τῆς ῥαφανίδος ὁρῶν ὀξυθύμια ἔλθοι πρὸς ἡμᾶς. Sic leg. pro ὀξυθυμίαν. Quem locum recte explicat *Is. Vossius* ad Catull. p. 43. *si pro raphano moechis crux statuatur, nemo nos accedet;* sed frustra in iambos digerere conatus est. Quanquam facile assentior, comici esse verba, sed e quibus nonnulla videntur intercidisse. Pro ἐν τριόδοις e Coisl. Reg. Leid. Coll. Gron. reposui εἰς τριόδους. *Eustath.* ad Od. X. p. 796. f. καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγένοντο. Nescio, an huc pertineat, quod e Lexicis Rhetoricis habet *Etymologus*: Φάνιον, τόπος εἰς ὃν τὰ καθάρματα ἐξέβαλον. Pro ἐκβαλλόμενα et περικείμενα. Coll. Gron. ἐμβαλλ. et παρακείμενα. Pro ἀγχονιμαίοις Coisl. ἀγκονιμ. Reg. et Leid. ἀγχινομαίοις. Coll. Gron. ἀγχονιμάροις, ubi ρ pro ι.

23. Ὀστοῦν, Ἀττικῶς] *Moeridi* accedit *Photius* in Lex. MS. Ὀστοῦν δισυλλάβως, οὐκ ὀστέον λέγουσιν οἱ Ἀττικοί. Sallier.

Ὀστοῦν *Achilles Tat.* lib. IV. [cap. 19.] p. 271. ubi in aliis ὀστέον, quod Illustris *Salmasius* comparat cum χειλέων, ἀνθέων, quibus alibi utitur *Achilles.* Parum recte. Ὀστέα legitur in *Menandri* fragm. Inc. v. 688. ubi ὀστᾶ in metri leges peccaret, quod in Moroso v. 27. obvium est. Ὀστέων *Euripid.* Orest. v. 403.

24. Οἶμαι καὶ οἴομαι] καὶ e MSS. C. Reg. et Coll. Gron. inserui. Οἴω utitur Lacaena apud *Aristoph.* Lys. v. 156.

25. Ὄῤῥος] In MS. ὄρος. Hudson.

'Οσημέραι, Ἀττικῶς. καθημέραν, Ἑλληνικῶς.

Οἶσε[26], Ἀττικῶς. φέρε, Ἑλληνικῶς. καὶ κοινῶς.

'Οστρία[27], διὰ τοῦ ῑ μακροῦ, Ἀττικῶς. ὀστρέα, Ἑλληνικῶς.

Ὄφελον[28], ἐπὶ δύο προσώπων καὶ ἀπαρεμφάτων. ἐξ ἀνάγκης ῥῆμα ἀκολουθήσει ῥήματι ἀπαρεμφάτῳ. Ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι. — Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος εὐκτικῶς κέχρηται.

285 Sic et Leid. Verum Coisl. Reg. Coll. Schl. recte ὄῤῥος. Vid. *Scholiastam* Aristoph. Ran. v. 224. et inprimis *Valckenaerium* Animadvv. ad Ammon. lib. I. cap. 9.

26. Οἶσε] *Aristoph.* Ran. v. 485. Acharn. v. 1098. ubi utrumque et οἶσε et φέρε dein recurrit. κοινῶς pro κοινὸν e Coll. Gron.

27. 'Οστρία] *Thomae Magistro* Ὄστρεια, οὐκ ὄστρεα. Hudson.

'Οστρία. Scribe ὀστρεία ex *Athenaeo* lib. III. p. 92. ὀστρεία δὲ μόνως οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Hinc *Photius* in Lex. MS. 'Οστρεία σὺν τῷ ῑ μᾶλλον. Veteres igitur Attici, si fides *Athenaeo*, nomen, de quo controversia est, per ῑ efferebant, aliter *Plato*, ut ex eodem discimus: ὀστρέον δὲ, inquit, ὡς ὀρνέον. Πλάτων ἐν Φαίδρῳ [p. 250. D. St.], ὀστρέου τρόπον φησὶ δεδεσμένοι [l. δεδεσμευμένοι] καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ [p. 92. B. St.], τὸ τῶν ὀστρείων γένος συμπάντων. ἐν δὲ τῷ τῆς Πολιτείας δεκάτῳ [p. 611. D. St.], ὀστρέα [l. ὄστρεα] εἶπε συμπεφυκέναι [l. προσπεφυκέναι], ὀστρέα τε καὶ φυκίας [l. φύκια]. *Platonem* sequitur *Theophrastus* lib. de igne sect. 57. Καθάπερ σίδηρος, χάλκος, λίθος, ὀστρέα κενὰ τῇ φύσει σχεδὸν ψυχρότατα. Sed ita tamen, ut utrumque sua aetate adhuc in usu fuisse ostendat. Legitur enim cum diphthongo in tractatu de Lapid. sect. 45. γίνεται δὲ ἐν ὀστρείῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις. Sallier.

28. Ὄφελον. ἐ. δ. π. καὶ μετ' ἀπαρεμφάτου. ἐξ ἀ. ῥήματι ἀκολουθήσει ῥῆμά τι ἀπαρέμφατον] In MS. καὶ ἀπαρεμφάτων. ἐξ ἀνάγκης ῥῆμα ἀκολουθήσει ῥήματι ἀπαρεμφάτῳ. *Homeri* locus est Iliad. Φ. v. 279. *Demosthenis* p. 835. ed. Francof. Hudson.

MSS. omnes in ea, quam exhibui, lectione conspirant. Placent tamen *Hudsoni* correctiones, nisi minore mutatione velis: ῥῆμα 286
ἀκολουθήσει ῥήματι ἀπαρέμφατον. Pro δύο προσώπων legendum τριῶν. Ὄφελον apud *Homerum* ceterosque poëtas et scriptores Atticos verbum est, ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, cui plerumque praefigi solent particulae ὡς, εἰ, εἰ γάρ. *Photius* Lex. MS. in

Οὐκ ἀπήρκει[29], *ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπέχρη. Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ.*

Ὀῤῥωδεῖν[30], *Ἀττικῶς. φοβεῖσθαι ἢ ἀθυμεῖν, Ἑλληνικῶς.*

Ὀβελίας[31], *ἄρτος, ὁ ἐπὶ τῶν ὀβελῶν ὠπτημένος.*

indice Menandri: Ὄφελον, καὶ ὄφελες, καὶ ὄφελε, τοῖς προσώποις συσχηματίζουσι, ὡς ῥῆμα, καὶ διὰ τοῦ ω, ὤφελον ἐγὼ, καὶ ὤφελές συ, καὶ ὤφελεν οὗτος. Vide *Luciani* Soloecist. [1.] T. III. p. 554. et *Graevium. Scholiastes* Homeri ad Il. A. v. 414. in Cod. Wetsten. Ὤφελες ῥῆμά ἐστι καὶ κατὰ παντὸς ἀριθμοῦ φερόμενον. Καλλίμαχος δὲ ἐπιῤῥημα εὐκτικόν φησι (epigr. XVIII.) Ὤφελον μηδ' ἐγένοντο νῆες θοαί. Similiter fere *Etymol.* p. 643. et *Scholiasta Euripidae* ad Med. v. 1. *Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος.* Apud vulgares autem scriptores ὄφελον adverbialiter pro *utinam* positum est, ut in N. F. *Demosthenis* locus est Or. contra Aristogitonem (quam tamen *Demosthenis* non esse censet *Dionysius Halicarnasseus*) p. m. 496. C. [p. 783. Reisk. p. 80, 44. Bekk.] ὤφελε γὰρ μηδεὶς ἄλλος Ἀριστογείτονι χαίρειν. unde liquet, pulchre in Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gronov. pro Ἀττικῶς legi εὐκτικῶς, quod recipere non dubitavi.

29. *Οὐκ ἀπήρκει, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἤρκει*] Ita ex *Thoma Mag.* qui habet: Ἀπαρκεῖ καλλίον ἢ ἀρκεῖ. Si quis malit οὐκ ἀπέχρη, per me licet. Hudson.

Ab omnium MSStorum lectione recedendum non videtur. Οὐκ ἀπαρκεῖ usurpatum *Euripidi* apud *Athen.* lib. IV. p. 158. F. et *Stobaeum* Flor. Grot. p. 35. Similiter *Aeschylus* Pers. v. 474.— κ' οὐκ ἀπήρκεσαν Οὓς πρόσθε Μαράθων βαρβάρων ἀπώλεσεν. Οὐκ ἐξήρκεσε bis *Isocrates* Panathen. T. II. n. ed. p. 227. [p. 251. Steph. p. 281, 91. Bekk.] p. 233. [p. 254. Steph. p. 284, 103. Bekk.] Οὐκ ἀπέχρη vel ἀπόχρη *Aristides* Opp. T. I. p. 40. l. 4. *Alciphr.* lib. I. ep. 2. *Lucianus* Prom. [5.] T. I. p. 30. l. 98. et D. M. [2, 1.] p. 336. l. 86.

30. *Ὀῤῥωδεῖν*] Laudat Glossam *Ez. Spanhemius* ad Aristoph. Plut. v. 122. omissis duabus vocibus ἢ ἀθυμεῖν, quas 287
Hudsonus in suo Codice etiam non reperisse videtur. Eas tamen exhibent Codd. Coisl. Reg. Leid. Coll. Schl. et Gronov. Nec aliter *Moschopulus* Π. Σ. p. 78. ὀῤῥωδῶ, τὸ φοβοῦμαι, ἢ ἀθυμῶ. De ipso verbo post Cel. *Valckenaerii* curam Animadvv. ad Ammon. lib. I. cap. 9. aliquid addere plane foret inutile. [cf. *Peerlkamp.* ad Muson. Ruf. p. 302.]

31. *Ὀβελίας ἄ. ὁ ἐ. τ. ὀ. ὀπτώμενος*] Ita ex *Hesychio.* in MS. ὀπτήμενος. Hudson.

Cod. Coisl. habet ὠπτημένος, quod est anteponendum. Sallier.

Ὀβελίας — ὠπτημένος praefe-

Ὄαν[32], καὶ ὤαν ἐν τῷ ω̅ μεγάλῳ, Ἀττικῶς. μηλωτὴν, Ἑλληνικῶς.

Οἰσυπηρὸν[33] ἔριον, Ἀττικῶς. ῥυπαρὸν, Ἑλληνικῶς.

Ὀπτήρια[34], Ἀττικῶς. ἀνακαλυπτήρια, Ἑλληνικῶς.

runt etiam Codd. Coislin. Reg. Coll. Schl. Gron. Leid. ὀπτημένος. De pane ὀβελίᾳ ita *Athenaeus* lib. III. p. 111. B. ὁ δὲ Ὀβελίας ἄρτος κέκληται, ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται, ὡς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς· Εἶτ' ἄρτον ὀπτῶν τυγχάνει τις ὀβελίαν (sic leg.)· Φερεκράτης Ἐπιλήσμονι· ὦλεν ὀβελίαν σποδιῇ, ἄρτον δὲ μὴ προτιμᾷν. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ὀβελιαφόροι οἱ ἐν ταῖς πομπαῖς παραφέροντες (leg. περιφέροντες) αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων. Σωκράτης ἐν ἕκτῳ ἐπικλήσεως, τὸν ὀβελίαν φησὶν ἄρτον Διόνυσον εὑρεῖν ἐν ταῖς στρατείαις. *Pherecratis* locum misere laceratum peritioribus medicis persanandum relinquo. *Athenaei* loco usus est *Eustathius* ad Il. *N.* p. 930. l. 2. Fuisse autem hos panes Baccho oblatos docet *Pollux* lib. VI. sect. 75. ὀβελίαι δὲ ἄρτοι, οὓς εἰς Διονύσου ἔφερον οἱ καλούμενοι ὀβελιαφόροι, ἐκ μεδίμνου ἑνὸς ἢ δυοῖν, ἢ τριῶν τὸ μέγεθος, δι' ὀβελῶν τινῶν εἰρημένους, ἀφ' ὧν καὶ τοὔνομα. Interpretes legunt ᾐρημένους, *obeliscis quibusdam sublatos*. Malim πειρομένους, *verubus transfixos*, ut apud *Tzetzen*, qui *Pollucem* exscripsit, ἐμπεπαρμένους ὀβελοῖς. Conf. *Athen.* lib. VIII. p. 533. f. Ὀβελίαν habet etiam *Nicochares* apud *Athen.* lib. XIV. p. 645. C.

32. Ὄα ἢ ὤα ἐν τῷ ω̅ μεγάλῳ, Ἀ. μηλωτὴ, Ἑ.] Ita haec emendari et hic loci (ante ὀβελίας) collocari volui. In MS. subiuncta erant voci ὀβελίας hoc modo: — ὀπτημένος ὠόαν καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ etc. Hudson.

Similiter Leid. Verum Coisl. Reg. et Coll. Gronov. ita ut reposui: nisi quod pro μηλωτὴν male esset scriptum μηλωτόν. De vocibus ὄα et ὤα nihil, quod 288
poterat dici, neglexit *H. Stephanus* T. II. p. 1252.

33. Οἰσυπηρόν] In MS. οἰσυπηρὸ. Hudson.

Reliqui recte. Quod post ῥυπαρὸν interseruerat *Hudsonus* ἔριον, necesse non erat. Οἰσυπηρὰ ἔρια leguntur in *Aristophanis* Ach. v. 1176. et alibi. Sed et hic *Stephani* diligentia nobis otium fecit. Vid. Thes. T. II. p. 1250. seq. In *Herodoto* frustra hanc vocem indagavi.

34. Ὀπτήρια] Cod. Leid. Ὀπτῆρι, Ἀττικῶς. τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ψέλλια. Vid. infra ὄφεις. De ὀπτηρίοις et ἀνακαλυπτηρίοις consulendi praeter alios *Meursius* Exercitt. Critt. P. II. p. 184. et *Spanhemius* ad Callim. H. in Dian. p. 180. Alio nomine dicta fuerunt ἀθρήματα. *Hesychius*: Ἀθρήματα, δῶρα πεμπόμενα παρὰ τῶν συγγενῶν, ταῖς γαμουμέναις παρθένοις, παρὰ Λεσβίοις.

Οὖς[35], Ἀττικῶς. ὠτίον, Ἑλληνικῶς.
Ὄφεις[36], Ἀττικῶς. τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ψέλλια.
Ὅρμος[37], Ἀττικῶς. περιτραχήλιος, Ἑλληνικῶς.
Ὀπὴν[38], Ἀττικῶς. τρύπημα, Ἑλληνικῶς.

35. Οὖς] In poëtarum Atticorum scriptis frequentissimum. Vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 712. *Hesychius*: Οὖς, ὠτίον. unde post Ὦ τύμπανα, pro τῶν ὠτίων legendum: Ὤτων, ὠτίων. Ὠτίον legitur Matth. cap. XXVI. v. 51. ubi *Moeride* usus est *Wetstenius.*

36. Ὄφεις] *Hesychius*: Ὄφεις, τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια. Μένανδρος Παρακαταθήκῃ, τοὺς ὄφεις, λέγει, καλῶς γέ μοι Ἠγόρασας. *Pollux* lib. V. sect. 99. *Nicostratus* apud *Clement. Alexandr.* Paedag. lib. II. cap. 14. p. 245. *Philostratus* Epist. XL. καὶ οἱ ἐπικάρπιοι ὄφεις, καὶ αἱ χρυσαῖ πέδαι. *Lucianus* Amor. [41.] T. II. p. 442. l. 80. ἢ τοὺς περὶ καρποῖς καὶ βραχίοσι δράκοντας. Hinc forte medicina facienda est loco *Aristaeneti* varie tentato, lib. I. ep. 15. p. 39. Σὲ δὲ ὦ πασῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν καὶ κάλλει καὶ γνώμῃ, τῆς εὔφρονος οὐ παρήγαγεν εὐβουλίας, οὐχ ὅρμος, οὐχ ἑλικτῆρες, οὐ πόλεων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέῤῥαιον, οὐ Λύδιός τε καὶ ποδήρης χιτών. κ. τ. λ. Voces οὐ πόλεων diversa ratione nuper castigare tentarunt viri docti, quorum coniecturas recensere longum foret. Ceteris accedat nostra οὐκ ὄφεων τὸ πολύτιμον, quae cum sensui optime satisfacit, tum omnium proxime
289 ad depravatae lectionis ductus accedit. Eadem ratione *fasciae, quibus mulieres crura ad malleolos usque vincire solebant,* δράκοντες appellantur in *Antipatri Sidonii* et *Archiae* Epigrammasin, quae Clar. *Kusterus* edidit ad Suid. T. II. p. 292. quaeque alia occasione illustrare conabor.

37. Ὅρμος, Ἀ. περιτραχήλιον, Ἑ.] Minus ergo Attice loquitur *Plutarchus*, a quo ea vox usurpatur [Alexandro cap. 32.] T. I. p. 684. συνήρμοστο δὲ αὐτῷ περιτραχήλιον ὁμοίως σιδηροῦν. Sallier.

Ὅρμος. *Eustathius* ad Odyss. Ω. p. 843. l. 36. ὅρμος μὲν λιμήν. ὁρμὸς δὲ περιτραχήλιος κόσμος. Verum hanc differentiam scriptores non observarunt. Pro περιτραχήλιον Codd. Coisl. R. et Coll. Gron. praeferunt περιτραχήλιος, quod aeque probum est; intelligitur enim κόσμος, ut κόσμημα in περιτραχήλιον, quod observatum *L. Bos* de Ellips. Gr. Ἐπιτραχήλιος, κόσμος *Suidae* v.

38. Ὀπήν] Accedit *Photius* in Lex. MS. Ὀπὴν λεκτέον, οὐχὶ τρώγλην. ὀπὴ δι' ἧς ἐστιν ἰδεῖν, ἔνθεν καὶ ὀπήτιον. Sallier.

Ὀπὴ de quovis *foramine* ponitur. Vid. *Aristoph.* Vesp. v. 349. 351. Lys. v. 721. *Sannurion* apud *Schol.* Eurip. ad Or. v. 279. *Alciphr.* lib. III. ep. 9.

Ὄχλον[39], ἐπὶ πλήθους, Ἀττικῶς. τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι λεγομένην ὄχλησιν.

Heliodor. lib. VIII. [cap. 16.] p. 414. l. 24. etc. Conf. *Wetsten.* ad Hebr. cap. XI. v. 38. Aliquando notat *fenestram*. *Hesychius*: Ὀπὴ, θυρίς. Unde Cl. *Kusterus* emendandum censet *Suidam* v. Ὀπὴ, νυκτερὶς, ἡ διάτρησις. reponens, θυρίς. Bene; sed malim minore mutatione νῦν θυρίς. Ita *Achilles* Tat. lib. II. [cap. 19.] p. 107. f. ἔξωθε δέ τις ἕτερος ἀπέκλειε καὶ τὰς κλεῖς ἔβαλλε διὰ τῆς ὀπῆς. Interpres dedit *per foramen*, minus recte. Τρύπημα sensu nequam ponitur in *Aristoph.* Eccles. v. 620. — ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. cui loco similis est ille *Eupolidis* apud *Etymolog.* p. 726. l. 55. Οὐδὲν κενὸν τρύπημα γ' ἐν ταῖς οἰκίαις ἂν εὕρῃς. Ita enim pro καινὸν, vel ipso metro docente, scribendum. γ' post τρύπημα inserui.

39. Ὄχλον — ὄχλησιν] Minus igitur Attice loquuntur
290 *Lucianus* [Paras. 11.] T. II. p. 353. *Porphyr.* [de Abstin. lib. I. 51.] cap. 42. [p. 42. ed. Holsten.] *Antonin. Imp.* lib. IV. cap. 3. Monere vero non alienum erit, verbi παροχλῶ eiusdem ac ὄχλησις originis nullum exemplum reperiri in Lexicis, tametsi usurpatur a *Theophrasto* de Caus. Plant. lib. III. cap. 15. καὶ φανερὸν, inquit, ὅτι μᾶλλον παροχλοῦσιν αἱ ῥίζαι ταῖς σκιαῖς. σκιὰν γὰρ πολλὴν ποιεῖ ἡ πεύκη. Huc etiam quodammodo pertinet ὀχλολοίδορος, vox optimae notae, utpote qua *Timon* quondam usus est. Testis *Proclus* Comm. MS. in Alcib. cuius locum adduxit Praestantiss. *Fabricius* ad Sext. Empir. p. 397. Ταῦτα μὲν Ἡράκλειτος, inquit, διὸ καὶ σιλλογράφος ὀχλολοίδορον αὐτὸν ἀπεκάλεσεν. SALLIER.

Ὄχλον, ἐπὶ πλήθους, Ἀττικῶς. Cl. *Abreschius* Dilucid. Thucydid. p. 595. punctum censet ponendum post ἐπὶ πλήθους, colon autem post Ἀττικῶς debere deleri. Mihi vero paene dubitandum non videtur, quin voces ἐπὶ πλήθους a mala manu *Moeridi* fuerint assutae iisque omissis scribi debeat: Ὄχλον, Ἀττικῶς, τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι λεγομένην ὄχλησιν. Similiter plane atque in Ὄφεις, Ἀττικῶς, τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ψέλλια. Conf. Διάγνωσιν. Πελάτην. Πόρκους. Σωδάριον. *Moschopulus*: Ὄχλος, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἡ ὄχλησις· παρὰ δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ. Vid. et *Lex. Coisl.* p. 483. [*Bekk.* An. Gr. I. p. 110, 5.] De Attico nominis ὄχλος usu pro ὀχλήσει consulendus praeter *Ammonium* p. 114. et *Thomam M. Valckenaerius* ad Eurip. Phoeniss. v. 883. qui tamen ἐπὶ πλήθους etiam ab Ἀττικωτάτοις poni observat, ibid. v. 204. conf. *Abresch.* l. c. *Etymol.* p. 645. l. 36. Ὄχλησις legitur apud *Lucian.* Paras. [11.] T. II. p. 849. l. 52. et *Dionem Chrys.* Or. XL. p. 493. B. Apud *Hesychium* male scriptum: Ὄχθησις, θόρυβος, τάραχος.

Ὀπὸς[40], Ἀττικῶς. πυτία, Ἑλληνικῶς.

40. *Ὀπὸς, Ἀ. πυτία, Ἑλλ.*] In MS. πυτίς. Non alia vox tantam habet scripturae varietatem. Nam dicitur πυτία, πυετία, πιτυὰ et πιτύα. Hudson.

Ὀπὸς, Ἀ. πυτία. Ita Cod. Coisl. idque recte, ut ostendunt haec *Eustathii* Comm. p. 619. (Il. *E.* p. 472.) ὥστε ὀπὸς οὔτε γάλα ἐστὶν, ὡς μανθάνουσιν οἱ τρόφιμοι τῶν σχεδικῶν αἰνιγμάτων. οἷα τοῦ ὀποῦ τούτου καθὰ γάλακτος παραβάλλοντες ἰδιωτικώτερον. ἀλλὰ ὀπὸς κυρίως καλεῖται ἡ τὸν τυρὸν συμπήττουσα πυετία. Accedit *Hesychius:* Ὀπὸς, inquit, πυτιῶν, βοτάνη τις, δι' οὗ πήγνυται τὸ γάλα. Ibi
291 enim legendum est πυτία. Nec cuiquam scrupulum iniicere debet discrimen illud, quod in scribendi ratione *Eustathium* inter et *Hesychium* intercedit: nam tribus modis nomen, de quo disputatur, a veteribus efferri solet. Sunt, qui *coagulum* πυετίαν nominent, aliis interea πιτύαν vel πυτίαν appellantibus. *Eustathio* praeivit *Aristoteles,* in cuius scriptis vox πυετία semper occurrit, nempe Hist. An. lib. III. p. 80. de anim. part. lib. III. p. 81. de cor. gener. lib. II. p. 215. Alteram vocem, πυτίαν nempe, anteposuerunt *Dioscorides* ubique, *Aëtius* Tetrab. I. Serm. 2. *Alex. Trall.* lib. VIII. cap. 8. *Nonnus Medicus* [cap. 178. 204.] p. 309. et 316. [v. *Bernard.* ad Nonn. Epit. T. II. p. 76.] et *Plutarch.* [de cap. ex host. util.] T. II. p. 86. D. Nec defuere qui nomine πιτύα uterentur, e quorum numero idem *Nonnus* p. 234. *Plutarch.* [de Ser. Num. Vind.] T. II. p. 552. F. et *Clemens Alex.* [Paedag. lib. I. cap. 6.] p. 105. [C. ed. Sylb.] Hinc colligas a Graecis scriptoribus duo haec postrema vocabula indiscriminatim usurpata esse: quod cum Glossarum auctores animadverterent, utrumque sua serie collocatum sibi exponendum esse iudicarunt. Sed antequam ad alia veniamus, operae pretium est emendare locum *Plutarchi* Moral. [Quaest. Sympos. lib. VII. qu. 2.] p. 100. [imo p. 700. D.] Θεοφράστου δὲ αἰνιττομένου τὸν λόγον ἐν οἷς πολλὰ συναγήοχε, καὶ ἱστόρησε τῶν τὴν αἰτίαν ἀνεύρετον ἡμῖν ἐχόντων, οἷός ἐστιν ὁ τῶν ἀλεκτορίδων, ὅταν τέκωσι, περικαρφισμὸς, ἥτε καταπίνουσα φώκη τὴν πίτυν ἀναλισκομένη. Emenda πιτύαν; praeterquam quod enim id sensus postulat, nostrae huic coniecturae favet inprimis alter eiusdem scriptoris locus [de Ser. Num. Vind.] T. II. p. 552. F. ὥσπερ γὰρ, inquit, ὑαίνης χολὴ, καὶ φώκης πιτύα, θηρίων τἄλλα μιαρῶν ἔχουσι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον. Sallier.

Ὀπός. *Aristoph.* Pac. v. 1184. Eccl. v. 404. *Aelianus* H. A. lib. XIV. cap. 11. καὶ πῆξαι γάλα παρέξει ὀπὸν δούς. Sed vide *Stephan.* Thes. T. II. p. 1374. 1375. Pro πυτία Leid. πυτίς. Coisl. Coll. Schl. Gr. πυτία. *Πιτεία* scriptum in *Scholiis* Theocriti ad Id. XI. v. 63. πιτύα apud *Hesych.* v. Τάμισος.

'Ομόρξασθαι[41], ἐξομόρξασθαι, Ἀττικοί. ἐκμάξασθαι, Ἕλληνες.

Ὀπαῖα[42] κεραμὶς, δι' ἧς ὁ καπνὸς ἔξεισιν, Ἀττικῶς. καπνία, Ἑλληνικῶς.

41. 'Ομόρξασθαι] MSS. Coisl. Reg. Coll. Gron. ὀμύξασθαι, quemadmodum apud *Hesychium*: 'Ομάξασθαι, ἐκμάξασθαι, ὁμοιωθῆναι. Utrumque vitiose. 'Ομόρξασθαι praeter alios Grammaticos confirmat *Moschopulus* *Π. Σ.* p. 184. ὀμόρξασθαι, ἐξομόρξασθαι, τὸ ἐκμάξασθαι. Ad-
292 eundi *Oudendorpius* ad Thom. M. v. et *Ruhnkenius* ad Tim. v. 'Εξομοργνύμενος [p. 113.]. Apud *Hesychium* reperias: Ἀμοργέαι, ἀποψῆσαι, ἢ ὀμόρξαι. Lego: Ἀμόρξαι. Utriusque verbi et ὀμόρξασθαι et ἐξομόρξασθαι exempla sunt satis vulgata. Ἀττικοὶ et Ἕλληνες pro Ἀττικῶς et Ἑλληνικῶς, Coisl. Reg. etc.

42. 'Οπαῖα] *Moeridi* assentitur *Pollux* lib. II. sect. 54. ὀπαῖαν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὴν κεραμίδα ἐκάλουν, ἣ τὴν ὀπὴν εἶχεν. Uterque recte, cum *Diphilum* ea voce usum esse constet ex *Photio* in Lex. MS. 'Οπαῖα κεραμὶς, ἡ τὴν καπνὴν ἔχουσα. Δίφιλος Χρυσοχόῳ· — διακύψας ὁρῶ Διὰ τῆς ὀπαίας κεραμίδος καλὴν σφόδρα. Hinc non temere quis colligat, coniunctim legendum esse ὀπαῖα κεραμίς. Ad nomen καπνία quod attinet, illud eo sensu videre nusquam contigit. Scribendum fortasse κάπνη. 'Οπαῖα enim et κάπνη unum et idem significant, scilicet *foramen illud, per quod fumo exitus patet.* Testis *Eustathius* Comm. [ad Hom. Od. A. p. 59, 15. Bas.] p. 419. Οἱ δέ φασιν, ὅτι διέπτατο ἀνοπαῖα, ἤγουν ἀνὰ τὴν ὀπὴν τὴν ἐν μέσῳ τῆς ὀροφῆς, ἣν καὶ κάπνην καὶ καπνοδόκην ἐκάλουν. Nomen κάπνη ab *Aristophane* usurpatur Vesp. v. 143. Sallier.

Πειραιῶς[48], Ἀττικῶς. Πειραιέως, μετὰ τοῦ $\overline{\epsilon}$, Ἑλληνικῶς.

[Piscat. 27.] p. 405. [T. I. p. 597. l. 26.] Sed nomen πρατήριον quod attinet, legitur apud *Herodotum*, ut iam a viris doctis observatum est. Occurrit praeterea in *Plutarchi* libello de Solert. Anim. T. II. p. 972. ἔφερε γὰρ αὐτῇ τῆς ὀπώρας ἀεὶ πρατήρια διαπορευόμενος. Neque illius vestigiis alii insistere dubitarunt. SALLIER.

Πωλητήριον. Pro πρατήριον Coisl. παρατήριον, Schlaeg. Coll. περιτήριον. Πωλητήριον legitur apud *Demosthen.* c. Aristogit. p. 498. B. [p. 787. Reisk. p. 84, 57. Bekk.] *Xenoph.* de R. Red. [cap. 3, 13.] p. 923. C. *Synesium* de Regno p. 22. D. 30. C. de Prov. p. 112. C. *Liban.* Opp. T. II. p. 384. C. *Themist.* Or. XXXIII. p. 367. B. Nec dubito, quin idem nomen *Demostheni* vere restituerit Cl. *Valckenaerius* adv. Boeotum Or. II. p. 644. A. [p. 1014. Reisk. p. 269, 20. Bekk.] δημευθείσης τῆς Παμφίλου οὐσίας — τὰ περιγενόμενα χρήματα ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς ἔλαβεν ἐκ τοῦ πωλητηρίου. Editur βουλευτηρίου.

47. *Προσεῦξαι*] Leg. Πρόσευξαι vel Προσεύξασθαι. BERGLER. in marg.

Πρόσευξαι mutato accentu reposui e MS. Coisl. Alioquin potuisset scribi προσεύξῃ ex *Aristophanis* Plut. v. 959. Νῷ δ' εἰσίωμεν, ἵνα προσεύξῃ τὸν θεόν. Vetus Grammaticus apud *Suidam*: Προσεύξῃ τὸν θεόν. οὕτως Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ. Usus est *Moeridis* observatione *Wetstenius* ad Matth. cap. VI. v. 6. πρόσευξαι τῷ πατρί σου. Verum praeter *Aristophanem* dativum huic verbo iunxerunt Attici tantum non omnes. Alia iis in προσκυνεῖν placuit ratio.

48. *Πειραιῶς*] In MS. Πειρέως. HUDSON.

Sic et Leid. Verum reliqui 315 recte. Ex Codd. C. R. Coll. Gron. etiam post Πειραιέως addidi μετὰ τοῦ $\overline{\epsilon}$. *Etymologus* p. 189. l. 50. Ἰστέον δὲ ὅτι τὰ εἰς $\overline{\omega\varsigma}$ (leg. $\overline{\epsilon\grave{\upsilon}\varsigma}$), ἐὰν μὴ ἔχῃ πρὸ τοῦ $\overline{\epsilon}$ σύμφωνον, συναιροῦνται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οἷον Ἐρετριεὺς, Ἐρετριέως, καὶ Ἐρετριῶς. Πειραιεὺς, Πειραιέως, καὶ Πειραιῶς. τοῦ $\overline{\epsilon}$ καὶ $\overline{\omega}$ εἰς $\overline{\omega}$ κιρνωμένου. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ καθόλου τὸ $\overline{\epsilon}$, οὐ κιρνᾶται, οἷον Βασιλέως, Ἀχιλλέως etc. Conf. p. 669. f. aliique laudati *Mattairio* in utilissimo de Dial. Gr. libello p. 27. B. C. Multa huius generis dari possent, Μηλιῶς, Μηλιᾶ. Θεσπιῶς, ᾶ. Εὐβοιῶς, ᾶ. Πλαταιῶς, ᾶ. Σουνιῶς, ᾶ. Ἀγυιῶς, Ἀγυιᾶ. etc. Emendandus *Hesychius*: Αἰγιαλῶς, ἀντὶ τοῦ Αἰγιαλέως, Ἀττικῶς. Glossa legitur post Αἰγίλουρος. *Salmasius* legit: Αἰγιλῶς. ἀντὶ τοῦ Αἰγιλέως. Verum sic etiam consona erit ante $\overline{\omega\varsigma}$, contra Grammaticorum regulam et, quod maioris momenti est, veterum consuetudinem. Scripserat

Πλάνος[49], **Ἀττικῶς. πλάνη, Ἑλληνικῶς.**
Παροίξας[50] **τῆς θύρας, Ἀττικῶς. παρανοίξας τὴν θύραν, Ἑλληνικῶς.**

autem, ni fallor, Vir Magnus: Αἰγιλιῶς, ἀντὶ τοῦ Αἰγιλιέως, Ἀττικῶς. Ita certe legendum. Ab Αἰγιλιεὺς Αἰγιλιῶς. Aegilienses autem incolae fuerunt Αἰγιλίας pagi sive populi Atticae tribus Antiochidis, uti e *Meursio* de Pop. Att. p. 5. doctis notissimum. Πυθαιῶς et Μηλιῶς *Thucydidi* restitui debere monuit *Abreschius* in Praef. ad Cattierii Meth. adm. p. 6. a Cel. *Valckenaerio* edoctus.

49. Πλάνος] Pro πλάνη sola Coll. Gronov. πλάνης, uti et in *Moeride* et apud *Thomam* legendum censet Cel. *Oudendorpius* ad Thom. Atque in *Thoma* non dubitandum est, quin πλάνης sit reponendum, ex *Isocratis* loco citato, qui πλάνος [πλάνης dedit Bekk.] pro *errone* etiam posuit in Aegin. T. II. p. 521. [p. 385. Steph. p. 460, 6. Bekk.] Alia huius nominis πλάνος de homine positi exempla dedit *Wetstenius* ad Matth. cap. XXVII. v. 64. Πλάνης et alii adhibuerunt et *Euripides* Bacch. v. 716. Quare a reliquorum MSStorum auctoritate in *Moeride* recedendum non puto. Πλάνος enim in masculino pro πλάνη saepissime reperitur, ut in *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 65. Oed. Colon. v. 1174. *Eurip.* Hippol. v. 283. πλάνον φρενῶν, ubi MS. Regius exhibet πλάνην. Alcest. v. 482. Hel. v. 540. 780. etc.

50. Παροίξας τὰς θύρας] Leg. τῆς θύρας, ut apud *Aristophanem*. Bergler. in marg. 316
Παροίξας τὰς θύρας. Legendum fortasse τῆς θύρας. Sic *Thomas Mag.* Παροίξας τῆς θύρας, Ἀττικοί. τὴν δὲ θύραν ἁπλῶς Ἕλληνες. Uterque enim ob oculos videtur habuisse hunc *Aristophanis* locum in Pac. v. 30. Ἀλλ' εἰ πέπαυται τῆς ἐδωδῆς, σκέψομαι Τηδὶ παροίξας τῆς θύρας, ἵνα μή μ' ἴδῃ. Quid autem verbum illud significet, aperit *Scholiastes*, cuius haec verba: Παροίξας, ὀλίγον διανοίξας τὴν θύραν, ὥστε ἰδεῖν μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα· μὴ ὁραθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. Sed et apud Atticos occurrit cum accusativo. Testis *Euripides* Iph. in Aul. v. 857. Τίς ὁ καλῶν πύλας παροίξας; ὡς τεταρβηκὼς καλεῖ. Itaque lis nobis cum iis non erit, qui nihil in *Moeride* mutandum esse existimabunt. Ad παρανοίξας quod spectat, vocem Lexicographis prorsus incognitam, ea utitur, tametsi a *Moeride* parum probata, *Lucianus*, scriptor inter Atticos numerandus [Bis. accus. 31.], T. II. p. 337. [T. II. p. 830.] καὶ τὰ πολλὰ, inquit, ἢ παρέκυπτεν ἀπὸ τοῦ τέγους, ᾀδόντων ἀκούουσα τραχείᾳ τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἐρωτικὰς, ἢ καὶ παρανοίγουσα τὰς θυρίδας ἐμὲ οἰομένη λαθεῖν, ἠσέλγαινε, καὶ ἐμοιχεύετο πρὸς αὐτῶν. Sallier.

Παροίξας τῆς θύρας exhibent

Πάρνοπες[51], *εἶδος ἀττελέβων, τὰς καλουμένας ἀκρίδας λέγουσιν.*
Πόλιν[52], *τὴν ἀκρόπολιν, καὶ Πολιάδα, Ἀττικῶς. τῆς ἀκροπόλεως, Ἑλληνικῶς.*
Ποῖ[53], *Ἀττικῶς. ποῦ, κοινόν.*

MSS. Coisl. Reg. Coll. Gron. sic etiam emendat Cl. *Oudendorpius* ad Thom. Παρανοίγειν usus est *Alciphron* lib. III. ep. 30. ubi notat *Berglerus*, *Chariton* lib. I. [cap. 5.] p. 7. l. 23. [p. 11. v. 6. ed. Lips.] et lib. VIII. [cap. 2.] p. 129. l. 15. [p. 172. v. 15. ed. Lips.] *Libanius* Opp. T. I. p. 811. A. παρανοίξασαι τὰς θύρας.

51. Πάρνοπες. — ἀττελάβων] Codex Coisl. habet ἀττελέβων. Utraque scribendi ratio in usu est. Sallier.

Πάρνοπες. Pro ἀττελάβων MSS. C. R. Coll. Schl. Gron. ἀττελέβων, ut apud *Suidam* v., *Herodotum* aliosque. Pro λέγει Coisl. et Reg. λέγουσιν. *Hesychius*: Ὀκορνοὶ, τοὺς ἀττελάβους καὶ τὰ ἀκριώδη οὕτω λέγουσιν. Leg. τὰ ἀκρίδια. Πάρνοπες obvii sunt in *Aristoph.* Acharn. v. 150. ubi in *Scholiis* pro εἰσὶ δὲ οὗτοι ἀττέλαβοι Ἀττικοὶ πάρνοπες scribe Ἀττικοῖς. Idem Vesp. v. 1303. Avib. 185. 589. *Nicophon* Ἀφροδίτης γοναῖς apud *Schol.* ad Av. v. 82. Ἅπερ ἐσθίει ταυτὶ τὰ πόνηρ' ὀρνίθια, Σέρφους ἴσως, σκώληκας, ἀκρίδας, πάρνοπας. *Aelian.* H. A. lib. VI. cap. 19. lib. XVII. cap. 19. Oetaeos hos appellasse κόρνοπας et Herculem Κορνοπίωνα, *locustarum aba-*
317 *ctorem*, tradit *Eustathius* ad Il. *A.* p. 26. l. 18.

52. Πόλιν] Recte *Moeris*, ut ostendunt haec *Thucydidis* lib. II. [cap. 15.] καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις. Sed de illa appellatione pluribus *Meursius*. Sallier.

Πόλιν. *Hudsoni* editio praefert: Πόλιν, τὴν ἀκρόπολιν. καὶ πόλεως τῆς ἀκροπόλεως, Ἀττικῶς. Verum MSS. mei omnes: καὶ Πολιάδα, Ἀττικῶς. τῆς ἀκροπόλεως, Ἑλληνικῶς. Solus Leid. πολεαδ. Forte in fine excidit τὴν τῆς ἀκροπόλεως, Minervam *arcis praesidem*. *Aristophanes* Avib. v. 829. Τί δ' οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα. Adeundus omnino ὁ θαυμάσιος *Ti. Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. v. 772. Ex priore glossae Moerideae parte commode emaculabis *Hesychium*: Πολίετον, ἀκρόπολιν. scribendo: Πόλιν, τὴν ἀκρόπολιν.

53. Ποῖ, Ἀττικῶς.] Editio Huds. et Leid. Πῆ, ποῖ, Ἀττ. quae lectio potuisset servari. Verum Coll. Schl. et Coisl. in serie *Ruhnk.* habent Ποῖα, Ἀττικῶς. Coll. Gronov. Ποῖ (cum η superscripto), Ἀττικῶς. ποῦ, κοινῶς. Reposui Ποῖ. Vide *Phrynichum* p. 14. [p. 43. Lob.] *Thomam* v. Ὅποι. *Etymol.* p. 669. l. 10. aliosque ad Thomam laudatos.

Πρῶτον[54], *πρότερον*, *Ἑλληνικῶς*.
Πεττεύειν[55], *Ἀττικῶς*. *διαγραμματίζειν*, *Ἑλληνικῶς*.
Πρανεὺς[56], *Ἀττικῶς*. *κατάβασις*, *Ἑλληνικῶς*.

54. *Πρῶτον*] Haec debentur Codici Leidensi, in editione omissa. E reliquis Codd. nihil fuit enotatum. Sola Cod. Coisl. series, quam *Ruhnkenio* debemus, hoc etiam loco exhibet *Πρῶτον*. Quare hunc locum aliis, quibus ipsos *Moeridis* codices inspiciendi erit copia, commendamus.

55. *Πεττεύειν*, *Ἀ*. *διαγραμματίζειν*, *Ἑ*.] Parum recte: legendum videtur *διαγραμμίζειν*, cui coniecturae favent haec *Eustathii* ad Homer. [Il. lib. VI.] p. 633. [l. 64. ed. Rom.] *δοκεῖ δὲ καὶ παρὰ τὸ γράμμα καὶ ῥῆμα εἶναι γραμμίζειν, ἀφ' οὗ παιδιά τις ὁ διαγραμμισμός· ἐγίνετο δὲ, φασὶν, αὕτη κυβείας οὖσα εἶδος, διὰ τῶν ἐν πλινθίοις ψήφων ἑξήκοντα, λευκῶν τε ἅμα καὶ μελαινῶν. χρῆσις τοῦ παιγνίου τοῦδε παρὰ Φιλήμονι ἐν τῷ,
318 Μεθύει, διαγραμμίζει, κυβεύει.* ex quibus colligas, duas illas voces *πεττεύειν* et *διαγραμμίζειν* sibi respondere, quod de verbo *διαγραμματίζειν* dici nequit. Cum autem vox *διαγραμμίζειν* a *Philemone* quondam sit usurpata, non deerunt, qui *Moeridem* sibi minime audiendum esse existiment. Sallier.

Πεττεύειν. MSS. *διαγραμματίζειν*. Sed de *Sallierii* emendatione vix dubitandum esse censeo. Vid. *Pollux* lib. IX. sect. 97. 99. *Hesychius* v. *Πέσσα*. Idem *Hesychius* *Πεττεύει* interpretatur *διαπαίζει, μεταστρέφει, κυβᾷ*. Sed vide, an non potius scripserit *διὰ κύβων παίζει*, ut *Πεττεία, ἡ διὰ κύβων παιδιά*. *Κυβᾶν* alibi certe non occurrit.

56. *Πρανὲς*, *Ἀ*. *κατάβασις*, *Ἑλληνικῶς*.] Ea tamen voce, si *Laërtio* fides, usus est *Anaxagoras*, qui cum Pericle aliisque Atheniensium optimatibus diu vixisse fertur. Sic autem *Diogen*. [lib. II. cap. 3. §. 11.] p. 35. *πρὸς τὸν δυσφοροῦντα ὅτι ἐπὶ ξένης τελευτᾷ, πανταχόθεν, ἔφη, ὅμοιά ἐστιν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις*. Usus est etiam *Lucianus* [Lucio 29.] T. II. p. 142. [T. II. p. 598. l. 59.] *καὶ ἄνωθεν*, inquit, *ἡ κατάβασις ὀξεῖα ἦν*. Quare mirum videri debet, nullum huiusce nominis exemplum in Lexicis reperiri, quod tamen pervulgatum fuisse constat. Nam praeter scriptores antea adductos usurpatur ea vox a *Plutarcho* [Romul. cap. 20.] T. I. p. 30. D. te [Numa cap. 10.] p. 67. A. *Josepho* [A. J. lib. I. cap. 4.] p. 11. Sallier.

Πρανές. Sic ed. Huds. et Leid. Coisl. autem, Reg. Coll. Schl. Gron. *πρανεὺς* praebent vocem alibi non obviam. *Hesychius* exhibet: *Πρανὲς, κατάβασις, καὶ πρανίς*. Loca *prona* et *declivia* saepe Atticis dicuntur *πρανῆ*. *Pollux* lib. I. sect. 187. *Xenoph*. Cyrop. lib. II. [cap. 2, 15.] p. 49. f. Anab. lib. III. [cap. 4, 16.] p. 310. E. *ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπὶ*

Πρόσταξις[57], *Ἀττικῶς. προσταγή*, *Ἑλληνικῶς.*
Πειράσαντες[58] *τοῦ χωρίου, ὡς Θουκυδίδης. ἀποπειρασθέντες, Ἑλληνικῶς.*
Πλέων[59] *οἴνου, Ἀττικῶς. πλήρη οἴνου, Ἑλληνικῶς.*
Παιδίσκην[60], *καὶ τὴν ἐλευθέραν, καὶ τὴν δού-*

τὸ πρανές. lib. IV. [cap. 8, 21.] p. 343. κατὰ τοῦ πρανοῦς. Similiter *Heliodor.* lib. II. [cap. 20.] p. 95. l. 9. *Philostr.* V. A. lib. II. p. 59. *Τόπος πρανής*, Incertus apud *Suidam* v. *Ἐμάλθαξαν.* *Πρανὴς ὁδὸς* *Lucian.* Rhet. Praec. [26.] T. III. p. 28. f. *πρανὴς ἦν ἡ κατάβασις* *Xenoph.* Anab. lib. V. [cap. 3, 1.] p. 348. E. Verum *πρανεύς*, de quo altum apud ceteros Grammaticos silentium, nusquam reperi, nisi forte apud *Suidam* pro *Πρανής, ὁδὸς κατωφερής. ἐν δέ τινι πρανεῖ στενῷ καὶ ἐπιμήκει καὶ ὀλίσθου γέμοντι πολλοὶ παρεφέροντο.* scribendum *Πρανεύς*, a quo dativus *πρανεῖ.* Ceteroquin ὁδὸς subintelligendum.

57. *Πρόσταξις, Ἀ. προσ-*
319 *ταγή, Ἑλληνικῶς.*] Quod verissimum est. Interea illud observare operae pretium est, eam vocem usurpari ab *Epiphanio* p. 140. ubi de Ebionaeis verba faciens ait: *λέγουσι .... τὸν διάβολον τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν.* Utuntur etiam *Joseph.* [A. J. lib. I. cap. 7.] p. 16. *Africanus* in Cestis p. 292. Sallier.

Πρόσταξις. *Thucyd.* lib. VIII. [cap. 3.] p. 508. l. 75. *Lysias* Orat. Fun. p. 27. [p. 190. Steph. p. 172, 1. Bekk.]

58. *Πειράσαντες — ἀποπειρασθέντες*] Forsan *ἀπόπειραν ποιοῦντες* ex *Thoma Magistro.* Hudson.

Πειράσαντες. Ἀττικῶς, quod *Hudsonus* addiderat post *Θουκυδίδης*, MSSti non agnoscunt. *Thucydidis* locus est lib. I. [cap. 61.] p. 41. l. 44. *Eustathius* ad Il. *Δ.* p. 338. l. 37. *Θουκυδίδης δὲ τῶν τειχῶν ἡμῶν πειρᾶν λέγει.* Conf. *Thomam* et Cl. *Abresch.* Dil. Thucyd. ad lib. IV. cap. 22. p. 393. *Ἀποπειρασθέντες*, quod et aliis viris eruditis suspectum fuit, omnino rectum est. Sic *Philostratus* lib. II. de V. A. cap. 33. p. 86. *μηχανάς τε παλαμήσασθαι καὶ τοῦ χωρίου ἀποπειρᾶσθαι.* et lib. III. cap. 13. p. 103. *τὸν Διόνυσον, ὅτε ξὺν Ἡρακλεῖ ἀπεπειρᾶτο τοῦ χωρίου.* Activum *ἀποπειράσαι* frequentarunt alii, et ipse *Thucydides* lib. II. [cap. 93.] p. 160. l. 24. *ἀποπειράσαι τοῦ Πειραιῶς.* lib. VII. [cap. 43.] p. 472. l. 63. *ἀποπειράσαι τοῦ ἀποτειχίσματος.*

59. *Πλέων — πλήρης*] Leg. *πλέως οἴνου.* Fischer.

Leg. *πλήρη.* Bergler. in marg. vel *πλῆρες.*

60. *Παιδίσκην*] Sic et *Thom. M.* praecipit. *Phrynichus* contra, quem et *Ammonius* in h.

λην, Ἀττικῶς. τὴν δούλην, μόνον, Ἑλληνικῶς.

Πάντοτε[61], *οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν.*

Παρασχήσομαι[62], *Ἀττικῶς. παρέξομαι, Ἑλληνικῶς.*

Πανοικησίᾳ[63], *Ἀττικῶς. πανοικὶ, Ἑλληνικῶς.*

v. sequitur, docet, vocabulum hoc de femina libera et ingenua tantum recte dici. Vid. *Albertus* Observatt. N. T. p. 248. Fischer.

Pro *μόνην* e Coll. Gron. praetuli *μόνον*. Videndi *Ammonius* p. 109. 110. *Phrynichus* p. 102. [p. 239. Lob.] *Pollux* lib. VII. sect. 76. *Thomas* aliique ibidem a V. D. laudati.

61. *Πάντοτε*] Addiderat *Hudsonus* *ἑκάστοτε δὲ*, quae voces cum a MSS. abessent, necesse non videbatur, ut *Moeridi* obtruderentur. *Ἑκάστοτε* saepissime apud *Aristophanem* legitur. *Πάντοτε* apud veterum neminem, quod et *Phrynichus* et *Thomas M.* observarunt, ubi vide interpretes.

320 62. *Παραθήσομαι*] In MS. *παραχρήσομαι.* Hudson.

Παραθήσομαι. In Cod. Coisl. legitur *Παρασχήσομαι*, quod rectum esse nemo non videt. Nec aliter *Thomas Mag.* *Παρασχήσομαι, ἢ παρέξομαι ἢ παρέξω.* Scribe: *οὐ παρέξομαι, ἢ παρέξω.* Sed hanc illius legem evertunt *Aeschylus* et *Euripides.* Prior Agam. v. 1520. — *ὅποι δὲ καὶ προβαίνων Πάχνα κουροβόρῳ παρέξει.* Alter vero Iph. in Aul. v. 733. *Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει.* Sallier.

Παρασχήσομαι exhibent Codd. C. R. L. Coll. Schl. Gronov. et ita corrigendum esse monuerunt etiam *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 426. et *Oudendorpius* ad Thomam. v. *Παρασχήσομαι* adhibuit *Lysias* pro Milite p. 164. [p. 115. Steph. p. 232, 8. Bekk.] *Demosthenes* adv. Leptin. p. 377. C. [p. 495. Reisk. p. 447, 126. Bekk.] *Λεπτίνην αὐτὸν ἡμῖν ἐγὼ παρασχήσομαι μάρτυρα.* adv. Theocrin. p. 513. B. [p. 1336. Reisk. p. 535, 42. Bekk.] c. Apatur. p. 582. A. [p. 899. Reisk. p. 175, 22. Bekk.] *Παρέξομαι* saepissime in eadem formula. Confer supra *Ἀνασχήσεται.*

63. *Πανοικεσίᾳ, Ἀ. πανοικὶ, Ἑ.*] In MS. *Πανοικία.* Hudson.

Pro *Πανοικίᾳ*, uti Leid. et Coll. Gron. etiam, Coisl. Reg. et Coll. Schl. *Πανοικὶ*, quod recepi cum *Hudsono*, licet alterum non plane reiiciendum sit. Sic *πανοικίῃ Herodotus* aliquoties. Pro *πανοικεσίᾳ* per *ε* e Cod. Coisl. et Coll. Gron. scripsi *πανοικησίᾳ* cum *η*, uti etiam apud *Thucydidem* lib. III. [cap. 16.] p. 109. l. 18. scriptum est. Vid. et [cap. 57.] p. 203. l. 88. et notas, et ad *Thomam M.* qui utrumque *πανοικεσίᾳ* et *πανοικησίᾳ* laudat. In scriptoribus utraque scriptura occurrit, ut apud *Aristid.* T. I. p. 111. f. per *ε*, T. II. p. 71. per *η*. Analogiam si species, per *ε*

Πόρκους[64], *οἱ Ἀττικοί, οὓς κύρτους λέγουσιν οἱ Ἕλληνες.*

Προστυχὴς[65] *ἐγενόμην, ἀντὶ τοῦ ἐνέτυχον. Πλάτων.*

Παιδάριον[66], *καὶ τὸ θυγάτριον, Ἀττικῶς. παιδάριον, μόνως τὸ ἄῤῥεν, Ἑλληνικῶς.*

praestiterit, ut *μετοικεσία, ἀποικεσία*, quae poëtis fuerunt in usu. Sed per $\overline{\eta}$ forte placuit Atticis; ut in *ἀνυπόδητος, ἀνάθημα*. Vide supra. In *Hesychio* v. *Παννυχὶς, ἑορτὴ νυκτερινὴ, σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ*, excidit glossa *Πανοικησίᾳ* vel *Πανοικί, σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ.*

64. *Πόρκους*] *Moeris*, ut et *Thomas Mag.*, duo illa nomina *πόρκος* et *κύρτος* confundunt, quibus tamen res omnino diversas significari ostendit *Suidas* ex *Platone* in Soph. [p. 220. C. St.] p. 150. SALLIER.

Πόρκους. Pro *τοὺς* e MSS. reposui *οὓς*. Conf. *Ruhnkenius*
321 V. C. ad Tim. v. [p. 220.]

65. *Προστυχὴς ἐγενόμην*] Is articulus debetur Cod. Coisl. quem *Moeridis* esse ex *Thoma Mag.* colligas. *Προστυχὴς ἐγενόμην*, inquit, *ἄμεινον, ἢ ἐνέτυχον*. Nec immerito: cum ea vox sit inprimis Attica, utpote quae legatur in *Platonis Politico* p. 264. B. (p. 522. E.) *Οὐ γὰρ δὴ προστυχής γε αὐτὸς οἶδ' ὅτι γέγονας ταῖς ἐν τῷ Νείλῳ τιθασσείαις τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς λίμναις.* SALLIER.

Προστυχὴς ἐγενόμην. Praeter Coisl. hanc etiam glossam exhibet Collatio Gronov. *Platonis* loco e Politico similis fere est alter Epinom. p. 1011. C. [p. 985. C. St.] *ὅπῃ τινες ἐνέτυχον ἡμῶν, ἢ καθ' ὕπνον ἐν ὀνειροπολίᾳ προστυχόντες. ἢ κατὰ φήμας τε καὶ μαντείας λεχθεῖσιν ἐν ἀκοαῖς ὑγιαίνουσιν ἢ καὶ κάμνουσιν, ἢ καὶ τελευτῇ βίου προστυχέσι γενομένοις.* Pro *ἐντυχεῖν Cratinus* posuit *ἐγκυρῆσαι*. *Suidas*: *Ἐγκυρῆσαι, ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν. οὕτω Κρατῖνος.*

66. *Παιδάριον τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θ.*] Ita ex *Clem. Alexandr.* Paedag. lib. I. cap. 4. p. 84. *Ταύτῃ μοι δοκοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ παιδάριον ἐπικοίνως οὐ μόνον τὸ ἄῤῥεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ κεκληκέναι.* HUDSON.

Nihil opus emendatione. Eae enim voces commode possunt intelligi, et *καὶ etiam* significat, quod notaverat quoque Cl. *Gesnerus* in Ep. ad Schlaeg. Grammatici autem hanc ellipsin amant. Noster: *Διαλέγεσθαι, καὶ τὸ πλησιάζειν γυναιξί. Λαύρας, καὶ τὰς ἀμάρας. Παρουσίαν* etc. *Hesychius*: *Δανειστὴν, καὶ τὸν δανεισάμενον. Moeridem* expilavit *Thomas M.* Conferendus *Suidas* v. *Παιδάριον, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ Ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Τίμανδρον κ. τ. λ. Demosthenes* c. Neaer. p. 523. B. [p. 1359.

Πεντετηρὶς[67], πεντέκλινον, πεντέμηνον, Ἀττικῶς· πενταετηρὶς, καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως, Ἑλληνικῶς.

Πίομαι[68], πῖθι, Ἀττικῶς. πιοῦμαι, πίε, Ἑλληνικῶς.

Παρασίτους[69], τοὺς τὰ δημόσια σιτουμένους ἐν τῷ Πρυτανείῳ, Ἀττικῶς. τοὺς κόλακας, Ἑλληνικῶς.

Reisk. p. 555, 42. Bekk.] παιδάρια τρία, quos inter unam filiam fuisse constat ex p. 522. C. Pro μόνον C. et R. μόνως.

67. *Πεντετηρίς*] Ed. Huds. et Leid. Πεντετηρὶς, καὶ τ' ἄλλα ὅμοια Ἑλληνικῶς. Quae festinantis librarii incuria exciderant, revocavi e Codd. Coisl. R. Coll.
322 Gron. Schl.! Pro πενταετηρὶς erat πενταετηρής. E *Moeridis* fonte hortulos suos irrigarunt *Thomas M.* v. Πεντετηρὶς et *Moschopulus Π. Σ.* p. 135. quibus adde *Phrynichum* p. 80. [p. 406. Lob.] et 82. [p. 412. Lob.] *Polluc.* lib. IX. sect. 97. 126. *Eustath.* ad Odyss. *Α.* p. 56. l. 24. Αἴλιος Διονύσιος λέγει. οὕτω δέ φησι καὶ τὸ πέντε ἐν συνθέσει φυλάττον τὸ ε, οἷον πεντέπηχυ. πεντέκλινον. πεντέχαλκον. πεντέμηνον. πεντεσύριγγον ξύλον, ὅμως παρ' ἑτέροις διὰ τοῦ α λέγεται πεντάπηχυ καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. *Suidas* v. Πεντετάλαντος. — τὸ πέντε ἄτρεπτον τηρεῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Sic πεντενάϊα, *classis quinque navium*: pro quo apud *Polyaenum* lib. III. cap. 4. p. 225. πεντανάϊα. Interpres *pentanaeam* dedit, cuius errorem castigavit magnus *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. I. p. 721. qui πεντενάϊαν scribendum censuit. Sed per α corruptae saeculi, quo scripsit *Polyaenus*, pronunciationi tribuendum videtur.

68. *Πίομαι*] Vid. *Phrynich.* p. 12. [p. 30. Lob.] *Thomas M.* v. et inprimis *Athenaeus* lib. X. p. 446. πῖθι scripsi mutato accentu. [Ante scriptum fuit πίθι]. *Etymologus* p. 671. l. 41. Πῖθι Πακτωλοῦ ῥοάς. ἀντὶ τοῦ πίε. Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ.

69. *Παρασίτους*] Vide *H. Stephani* Thes. Gr. L. voce Παράσιτος. HUDSON.

Παρασίτους τοὺς τὰ δημόσια. Ita C. et R. pro δημοσίᾳ, quod est in Ed. et Leid. et apud *Thomam M.* v. ac *Scholiastam* Aristoph. Eq. v. 167. 281. 571. *Herodot.* lib. VI. [cap. 57.] p. 349. οἱ δὲ Πύθιοι — σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλήων τὰ δημόσια. τῷ omittit Leid. Solita sibi brevitate *Moeris* duplicem nominis παράσιτος usum explicat. Attici veteres sacros *epulones*, qui in prytaneo publicis sumtibus alebantur, παρασίτων nomine appellabant; Graeci autem vulgares et recentiores etiam Comici *assentatores*, τοὺς κόλακας, eadem voce in contemtum adhibita indigitarunt. Eadem ratione loquitur *Moeris* in Ἀμφορία,

Πρόσωπα[70], *τὰ τῶν ὑποκριτῶν, Ἀττικῶς. προσωπεῖα, Ἑλληνικῶς.*

Πὺξ[71], *Ἀττικῶς. γρόνθος, Ἑλληνικῶς.*

Ἀπάτη, Ἄρτι, Λάσιος etc. Conf. *Phrynichus* p. 56. [p. 139. Lob.] *Thomas M.* et notae, et inprimis *Athenaeus* lib. VI. cap. 6. p. 234. ac sequentibus: e quo ceterisque scriptoribus integra de his *παρασίτοις* publicis dissertatio posset conscribi. Sed multa iam praeceperunt alii et modus adhibendus est. E multis adscribam *Clearchi Solensis* locum apud *Athen.* l. c. p. 235. in. *ἔτι δὲ παράσιτον νῦν μὲν τὸν ἕτοιμον, τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον. Dalechampius* in versione plane ab auctoris mente aberravit; *ἕτοιμον* autem interpretatur *promtum paratumque hominem.* Reponendum, nisi fallor, *τὸν ἄτιμον, parasitum nunc quidem*
323 *inhonestum, tum vero ad convictum electum. Crates* paulo post C. *ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα.* Conf. p. 234. E. *Phrynichus*: *ἐπὶ ὀνείδους.*

70. *Πρόσωπα — προσωπεῖα*] Fallitur, ut vel ex ipsis Lexicis constare potest. Melius *Thomas Mag.* Sallier.

At apud *Theophrast.* cap. 7. est *προσωπεῖον.* Fischer.

Πρόσωπα. Recentiores Graeci *πρόσωπον* inter et *προσωπεῖον* distinxerunt, hoc pro *larva*, illud pro *facie* adhibentes. Notissimi hanc in rem *Lucilii* sive *Luciani* (ita enim Cod. Palat. monente *Hemsterhusio* ad Arist. Plut. p. 394.) versus Anthol. lib. II. cap. 9. epigr. 9. *Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Lucilium* imitatus *Gregorius Nazianzenus* Carm. p. 147. C. *Μηδὲ θεοῦ μόρφας ἐπαλείφετε χρώμασιν αἰσχροῖς Ὥστε προσωπεῖα, κοὐχὶ πρόσωπα φέρειν.* Veteres autem Attici utrumque de *larvis* comicis posuerunt. Vid. *Pollux* lib. II. sect. 48. *Ulpianus* ad Demosth. de Fals. Leg. p. 116. A. *Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ νεώτεροι λέγουσιν αὐτὸ προσωπεῖον, ἐν δὲ τοῖς ἀρχαιοτέροις βιβλίοις εὑρίσκεται τὸ πρόσωπον.* Nunquam vero veteres *πρόσωπον* de dignitate, *ἐπὶ ἀξιώματος*, adhibuerunt, quemadmodum observavit Magnus *Salmasius* Ex. Plin. p. 655. A. ubi *Moeridem* laudat: nec etiam de personis in iudicio; quo sensu a rhetoribus caussidicis usurpatum reprehendit *Phrynichus* p. 166. [p. 379. Lob.]

71. *Πύξ*] *Πὺξ, πυγμὴ* et *γρόνθος* unum et idem significant. *Hesychius*: *Πυγμὴ, γρόνθος, πυκτὴ, ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι τοὺς δακτύλους.* Sed ibi pro *πυκτὴ* legendum videtur *πὺξ* vel *πάλη*, ut apud *Photium* scriptum reperitur in Lex. MS. *Πυγμὴ, πάλη, σύγκλεισις δακτύλων, γρόνθος.* Atque postremum illud nomen minus Atticum *Moeris* iudicat, cui libenter assentimur; cum in eorum tantum scriptis occurrat, qui post Christum natum floruere. Etenim qui haece

Παρηγγύησεν[72], *Ἀττικῶς. παρήγγειλεν*, *Ἑλληνικῶς.*
Πελάτην[73], *τὸν ὑφ' ἡμῶν ἐργολάβον.*

voce usus sit, si bene meminimus, *Apollodoro Mechanico* p. 46. antiquiorem habemus neminem: nunc illius locus in manibus non est. Adducemus locum *Polycarpi* ex eius epist. ad Philipp. p. 185. ubi *γρόνθος* occurrit: *μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδο-*
324 *ρίας. ἢ γρόνθον ἀντὶ γρόνθου.* Respicit procul dubio auctor ad illud Christi dictum, quo discipulos hortatur, ut ferienti maxillam alteram praebeant, ex mente *Polycarpi*: *ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.* Ibi quaerunt interpretes, quid *ῥαπίζειν* sibi velit. Alii aliter exponunt. Nos *Polycarpum* secuti de colaphis sermonem esse arbitramur, qui in eo discrepant ab alapa, quod alapa porrecta manu, colaphus vero compressis digitis impingitur. *Γρόνθος* enim proprie *colaphus*, ut *Hesychii* et *Photii* testimonia ostendunt. Neque aliter intelligendus Homeri *Scholiastes* Il. *B.* v. 219. qui de Thersite ab Achille interfecto verba faciens ait: *ὁρῶν δὲ δυσφοροῦντα αὐτὸν Θερσίτης συνήθως ἐλοιδόρει. ἐφ' ᾧ ὀργισθεὶς ὁ Ἥρως γρόνθῳ παίσας αὐτὸν ἀναιρεῖ, παραυτίκα τῶν ὀδόντων αὐτοῦ καταχυθέντων χαμαί.* Sallier.

Πύξ. Aristoph. Ran. v. 556. *πὺξ πατάξας.* ubi *Moerin* citat Ill. *Spanhemius* simulque alterum *γρόνθος* paucis illustrat, cuius nominis plura exempla dedit ὁ *πάνυ Hemsterhusius* ad Luciani [ad Schol. Contempl. 2.] T. I. p. 491.

72. *Παρηγγύησεν*] Hanc particulam, quae in Huds. et Leid. desideratur, praebent Codd. C. R. Coll. Gron. in qua *παρηγγύησαν.* Coll. Schl. *Παρεγγυήσας, Ἀ. παραγγείλας, Ἑ. Sophocles* Oed. Colon. v. 95. *Σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα. Menander* Supposit. v. 16. *Alciphr.* lib. III. ep. 11. alii. Conf. *Hesychium* v. *Παρεγγυᾶται.*

73. *Πελάτην*] *Hudsonus* pro more suo in fine addiderat *Ἀττικοὶ*, inconsiderate. Vide supra *Διάγνωσιν*, infra *Σωδάριον. Ἐργολάβον* vulgus Graecorum, *ἡ συνήθεια*, appellare solebat *τὸν ὑπέρ τινων ἔργων μισθὸν λαμβάνοντα, καὶ ἔχοντα τοὺς συνεργαζομένους. Suidas* v. Latine *Mancipem.* Vid. *Glossas* et Magnum *Hemsterhusium* ad Poll. lib. VII. sect. 182. Eodem fere sensu *πελάτης* usurpatum videtur a *Platone* Euthyphr. p. 3. C. [p. 4. C. St.] *πελάτης τις ἦν ἐμός· καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν.* Quanquam ceteri Grammatici paulo aliter explicant per *hominem pauperem, qui inopiae sublevandae causa operam suam mercede collocat.* Vid. *Timaeus* v. [p. 211.] et illic Politissimus *Ruhnkenius.*

Πελιτνὸν[74] ἐν τῷ τ, Ἀττικῶς. πελιδνὸν ἢ πέλιον, Ἑλληνικῶς.
Ποιοίην[75], Ἀττικῶς. ποιῴην, Ἑλληνικῶς.

325 74. *Πελιτνόν*] Ex MSS. Coisl. Reg. Coll. Gron. addidimus ἐν τῷ τ, et dein ex iisdem, ut et Leid. ἢ πέλιον. *Moeridi* consentiunt *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad Il. I. p. 629. l. 45. ἔτι δὲ καὶ διὰ τοῦ πελιδνοῦ. αὐτὸ γὰρ καὶ πελιτνὸν διὰ τοῦ τ παρὰ Θουκυδίδῃ εὕρηται, ὡς καὶ Διονύσιος Αἴλιος παρασημειοῦται. *Photius* et *Suidas* ex emendatione Cl. *Albertii* Misc. Critt. p. 284. Πελιδνόν. μέλαν. λέγεται δὲ καὶ πελιτνὸν παρὰ Θουκυδίδῃ. Per δ tamen scriptum est in nostris *Thucydidis* exemplaribus, ut et in fragmento *Sophoclis* apud *Polluc.* lib. IV. sect. 141. πελιδνὴ τὰς παρειάς. et *Alexidis* apud *Athen.* lib. III. p. 107. D. Αἰσχύνεται γὰρ πελιδνὸν ὂν τῷ χρώματι. Sic versus restituendus, repetito ὂν ex ultima syllaba τοῦ πελιτνόν. Alia exempla dedit Cl. *Arnaldus* Lectt. Gr. p. 112. ubi *Hesychii* Glossam: Πελιδνὸς μέλανος μόλυβδος, ἢ ὕφαιμον, sic recte constituit: Πελιδνόν. μέλαν ὡς μόλυβδος. Pro πέλιος dixerunt et πέλος et πέλλος. *Theocrit.* Idyll. V. v. 99. et *Schol.* *Erotianus* v. Πέλον. cum quo comparandus *Etymologus* p. 659. l. 35. et forte *Sophoclis* versus poterit restitui. In *Hesychio* v. Πέλιοι, μέλανες, ὡς ὠχροὶ ἢ χλωροί, suspicor post ὡς excidisse nomen μόλυβδος, ut in loco paulo ante laudato. Verum, quemadmodum hunc errorem librariis tribuendum censeo, ita ipse *Hesychius* erroris absolvi nequit in Πένον, μεμελανωμένον, pro quo scribere debuerat Πέλιον. Similitudo litterarum *AI* et *N* hominem non valde acutum decepit.

75. *Ποιοίην*] Occurrit vox ποιοίην in *Aristoph.* Vesp. v. 347. Vide *Henr. Stephan.* de Dial. Gr. p. 148. Hudson.

Ποιοίην. In *Aristophanis* loco legitur ποιοίμην. Verum ποιοίην in *Platon.* Hipp. [Min.] p. 252. C. [p. 363. C. St.] Charm. p. 478. A. [p. 176. C. St. add. Hipparch. p. 228. A. St. *Isocrat.* Panathen. p. 265, 24. Bekk. ubi al. ποιοίμην.] et alibi saepissime. Pro ποιῴην Vir quidam eruditus reponebat ποίοιμι. Verum receptam lectionem satis confirmant haec *Phrynichi* p. 152. [p. 343. Lob.] Γαμῴη μὴ λέγε, ἀλλὰ γαμοίη διὰ τῆς οι, ὡς νοοίη, φιλοίη. τὰ γὰρ τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τρίτης, τῶν περισπωμένων ῥημάτων εὐκτικὰ διὰ τῆς οι διφθόγγου λέγεται, οἷον τελοίη. τὰ δὲ τῆς δευτέρας διὰ τοῦ ω, οἷον νικῴη, γελῴη. Conf. No- 326
ster v. Δοίημεν. Plura, quae huc pertinent, collegit Eruditissimus *Mattairius* de Dial. Gr. p. 60. 61. Levi menda liberandus *Sophocles* Ai. v. 313. Εἰ μὴ φανείην πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος. Legendum φανοίην, quod non monerem, nisi nuper homo quidam doctus coniecisset φαναίμην. In novissima *Luciani* editione fre-

Περιδέῤῥεα[76], *Ἀττικῶς. περιτραχήλια, Ἑλληνικῶς.*
Πολιτεύειν[77] *καὶ πολιτεύεσθαι λέγεται, πολιτευτὴς οὐ λέγεται, ἀλλὰ δημαγωγὸς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. πολιτευτὴς, Ἑλληνικῶς.*
Πηχέων[78], *Ἀττικῶς. πηχῶν, Ἑλληνικῶς.*

quentissime hae formae fuerunt confusae; *φανείη* etiam pro *φανοίη* positum Pseudom. [9.] T. II. p. 217. l. 2. [l. 3.] Formas vulgo Graecorum usitatas in *μι*, non tantum poëtae *ποιητικῇ ἀδείᾳ* (uti monet *Scholiasta* Soph. Ai. v. 540.), sed et alii scriptores Attici adhibuerunt. Apud *Platonem* reperias *τύπτοιμι, λέγοιμι, ἀποθνήσκοιμι* et alia bene multa.

76. *Περιδέραια*] Alii *περιδέῤῥαια*. In MS. *Περιδέρια*. Hudson.

Περιδέραια. In Cod. Coisl. legitur *περιδέῤῥεα*, nec aliter *Aristophanis* in versibus, quos ex illo adducit *Clemens Alexandr.* Paedag. lib. II. [cap. 12. p. 210. A. Sylb.] Sallier.

Περιδέῤῥεα Coisl. R. Coll. Gr. Schl. *περιδέρεα* Leidens. *Περιδέραια* videtur metrum poscere in *Aristophanis* versu apud *Clem. Alexandr.*, et ita plerumque scribitur, eamque scribendi rationem probat *Orus Milesius* apud *Etymol.* p. 662. l. 45. *Περιδέῤῥαιον, περιτραχήλιος κόσμος· ἀπὸ τοῦ δέῤῥη Αἰολικῶς, ὃ σημαίνει τὸν τράχηλον. ὁ δὲ Ὦρος Μιλήσιος διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφει, καὶ δι' ἑνὸς ρ. ᾧ μᾶλλον πειστέον.* In *Xenoph. Eph.* [lib. III.] p. 45. pro *περιδέραια D'Orvill.* ad Charit. p. 144. [p. 286. ed. Lips.] e MS. exhibet *περιδέῤῥεια*. Exempla ubique reperiuntur. *Ὑποδερὶς* scribendum apud *Hesychium* pro *Ὑποδερὲς, ὁρμίσκος.*

77. *Πολιτευτὴς, Ἑλληνικῶς.*] Nemo, si bene meminimus, *Artemidoro* antiquior ea voce usus est. Sic autem ille Oneir. [lib. III. cap. 16.] p. 171. *πᾶσι δὲ τοῖς ἐξ ὄχλου πορίζομένοις, καὶ πολιτευταῖς, καὶ δημαγωγοῖς, μετὰ πολλῆς εὐκλείας πορισμὸν οὐ τὸν τυχόντα προαγορεύεις*, ubi *πολιτευτὰς* et *δημαγωγοὺς*, ut et apud *Moeridem* coniunctos videas. Sallier.

Πολιτεύειν. In Coll. Gron. *πολιτευτὴς οὐ λέγουσι.* Cum *Moeride* consentit *Thomas M.* Utriusque verbi *πολιτεύειν* et *πολιτεύεσθαι* usus pro *rempublicam* 327
administrare satis notus. *δημαγωγεῖν* usi etiam Attici. De nomine *πολιτευτὴς* notat *Valesius* ad Euseb. V. C. lib. III. cap. 1. Reponendum hoc in *Scholiis* Aristoph. ad Eq. v. 161. — *τοσοῦτον δείκνυσιν αὐτὸν τῆς πολιτείας ἀνάξιον, οὐ τὸν ἀλλαντοπώλην διαβάλλειν βουλόμενος, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τῶν Ἀθηναίων καθαπτόμενος, οἱ τοιούτων ἀνέχονται πολιτῶν.* Leg. *πολιτευτῶν.* Vide ad v. 2. etc.

78. *Πηχέων*] Similiter *Phrynichus* p. 104. [p. 245. Lob.] *Thom. M.* v. et *Hesychius. Machon* apud *Athen.* lib. VIII. p. 341. D. *Φιλόξενος ποθ' ὡς*

Ποτνιώμενος[79], *Ἀττικῶς*. *δυσφορῶν*, *Ἑλληνικῶς*.
* *Πότνα*[80], *δέσποινα*.
* *Πότνια*[81], *σεμνὴ*, *ἔντιμος*.
* *Ποτνιᾶται*, *παρακαλεῖ*, *ἐπικαλεῖται*.
* *Ποτώμεναι*[82], *διατρίβουσαι*.
* *Πορφύρει*[83], *ταράσσεται*.

λέγουσ' ὁ Κυθήριος Εὔξατο τριῶν ἔχειν λάρυγγα πηχέων. *Euangelus* ib. lib. XIV. p. 644. E. Τὸ πέρας ὕψος τῆς τραπέζης πηχέων ἐστὶν τριῶν. Πηχέων disyllabum in *Eurip*. Cycl. v. 390. ut τειχέων, Attica synizesi. Πηχῶν apud *Xenoph*. Anab. lib. IV. [cap. 7, 11.] p. 338. C. librariorum culpa. Comparandum Ἀνθέων pro ἀνθῶν. Vid. *Herodiani* fragmentum, ubi quaedam notabimus.

79. — ἢ ὁ μετ' οἰμωγῆς παρακαλῶν] Haec omnia in Cod. Coisl. desiderantur. Ne tamen delenda iudicemus, facit *Photii* auctoritas, cui illa vox in Lex. MS. sic exponitur: Ποτνιώμενος, δυσφορῶν, μετ' οἰμωγῆς παρακαλῶν. Sallier.

Ποτνιώμενος. In Huds. et Leid. post Ἑλληνικῶς, ἢ ὁ μετ' οἰμωγῆς παρακαλῶν. In Reg. et Coll. Gron. sine ἤ. Coisl. autem eas voces plane non habet, e *Suida* aut *Photio* temere adscriptas; quare e textu abire iussi. Ποτνιᾶσθαι de viro positum apud *Eunapium* Aedes. p. 59. ἐπὶ φορείου φέρεται ποτνιώμενος. *Lucian*. Somn. [20.] T. II. p. 733. l. 80. Macrob. [23.] T. III. p. 226. in. et alibi. Conf. omnino *Ruhnkenius* ad Tim. v. p. 157. [p. 221.]

80. Πότνα, δέσποινα] Hanc glossulam in Huds. et Leid. omissam praebent Coll. Gronov. et Regius, e quo sequentes etiam Glossae in reliquos Codd. videntur derivatae. Solus autem Coislinianus ab omni interpolatione immunis mansit.

81. Πότνια] Similiter plane *Suidas*: Πότνα, δέσποινα. Πότνια, σεμνή, ἔντιμος. Sequens Ποτνιᾶται forte ex *Hesychio* sumtum est.

82. Ποτώμεναι] Similiter 328
Photius MS. *Suidas*, *Hesychius*, apud quem etiam Πωτόμεναι, διατρίβουσαι, διακινοῦσαι, et Πατώσας, διατριβούσας. In *Aristoph*. Pac. v. 830. Τί δ' ἔδρων; Ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμεναι, ubi tamen rectius interpreteris *volantes*, *praepetes*. *Hudsonus* pro more interseruerat Ἀττικῶς et Ἑλληνικῶς, ut et in Πορφύρει. Πόσις. In reliquis non item. Cl. *Berglerus* in marg. adscripserat: „Si hic addis, cur non et mox“ etc.

83. Πορφύρει, ταράσσεται] *Hesychius* ταράσσει. Hudson.

Πορφύρει. Is articulus desideratur in Cod. Coisl. neque illa vox in Atticarum censum venire debuit, utpote quae sit poëtica. Locus igitur esse nequit adverbio Ἀττικῶς, quod Cl. *Hudsonus* ex-

*Πόσις[84], ἀνήρ.
*Πότερον, ἆρα, ὁποῖον, ποταπόν.
*Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, οὐδὲ ὅλως.
Πλυνεῖς[85], μετὰ τὴν πρώτην Ἀτθίδα. κναφεῖς, μετὰ τὴν δευτέραν Ἀτθίδα.
Προῦπτον[86], Ἀττικῶς. προφανὲς, Ἑλληνικῶς.

cidisse suspicatur, praesertim cum verbum πορφύρω raro in Atticorum, saepissime vero in aliorum scriptis occurrat. *Moeridi* exponitur ταράσσεται et ita legendum apud *Hesychium*, non ταράττει. Intelligendum enim de mari tumido. Hinc *Artemidorus* Oneirocr. [lib. III. cap. 23.] p. 111. ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν ἠρέμα πορφύρουσαν καὶ κυμαίνουσαν θάλασσαν ἰδεῖν. Quod autem Cl. Vir, ταράσσεται, Ἑλληνικῶς tantum dici pronuntiat, in eo minime audiendus est, cum illud verbum in Atticorum scriptis saepenumero reperiatur. SALLIER.

Πορφύρει, ταράσσεται. E *Suida* aut alio quopiam Lexico, quo etiam usus est *Suidas*, glossa huc illata, ut et sequentes. Pro ὁποῖον in *Πότερον* apud *Suidam* ποῖον.

84. *Πόσις, Ἀττ. ἀνήρ, Ἑλλ.*] Quam recte, ostendunt plurima scriptorum Atticorum loca. Verum is articulus, ut et sequentes, in Cod. Coisl. non comparent et abesse debere illud argumento est, quod eorum nullum pro suo iure Attici sibi vindicare possint. SALLIER.

329 85. *Πλυνεῖς*] In alia omnia discedere videtur *Thom. Magister*: *Πλυνεὺς οἱ ὕστερον λέγουσιν ἀδοκίμως, οἱ δὲ Ἀττικοὶ κναφεύς.* ubi forte per οἱ ὕστερον intelligendi non οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ, *recentiores Attici*, verum οἱ ὕστερον, *recentiores* in genere, qui alias οἱ νῦν appellantur. Ita amice conspirabunt Atticistae. Nam nomen πλυνεὺς, quanquam apud Atticorum, quos habemus reliquos, occurrit neminem, apud veteres tamen in usu fuisse, cum e *Polluce*, magistrorum Atticorum principe, qui illud lib. VII. sect. 37. recenset, liquet, tum, quod verbum πλύνω aliaque inde derivata apud *Homerum*, *Platonem* ceterosque satis sint frequentia. Quum autem πλυνεὺς apud recentiores Atticos cecidisset, quibus vocabulum κναφεὺς in honore fuit, dein apud vulgum Graecorum veluti renatum est. Recentiores autem Graecos voces antiquatas in usum revocasse, exemplo esse potest verbum ἀφροντιστεῖν, quo et veteres Attici et recentiores Grammatici delectati sunt. Vide supra Ἀφροντιστεῖν. Haec ad *Moeridem* illustrandum. De dialecto Attica duplici infra dicemus ad Χόλαδας.

86. *Προῦπτον*] In MS. προύϋπτον. HUDSON.

Προῦπτον, ἀντὶ προύϋπτον. Haec verba desunt in Cod. Coislin. neque sunt necessaria. Deinde cave *Moeridi* assentiaris vocem προφανὴς tanquam minus Atticam repudianti. Usurpatur enim

Πασπάλη[87], *Ἀττικῶς. κέγχρος, ἢ τὸ τυχὸν, Ἑλληνικῶς.*

a *Theophrasto* lib. II. de Caus. Plant. cap. 18. *ὥστε ἂν*, inquit, *καὶ προφανῆ μὴ δύνασθαι τελειοῦν. ἡ δὲ ἀσθένεια καὶ τῇ αἰσθήσει φανερά.* Eam quoque reperias lib. I. de Lapid. cap. 48. *ἔνιαι γὰρ ἅμα χρυσὸν ἔχουσι καὶ ἄργυρον, προφανῆ δὲ μόνον ἄργυρον.* Itaque hocce nomine uti non dubitavit *Lucianus* [Imagg. 12. Calumn. 9.] T. I. p. 251. et 668. [T. II. p. 470. T. III. p. 138.] SALLIER.

Προὖπτον. In Huds. et Leid. est *Προύϋπτον, ἀντὶ, προφανὲς Ἑλληνικῶς. Hudsonus* refinxit: *Προὖπτον, ἀντὶ προύϋπτον, Ἀττικῶς.* Perperam. Nam debuerat scribere *πρόοπτον* (uti correxerat *Berglerus* in marg.), quod *Hesychius* explicat per *προφανὲς*, pro quo Attica crasi est *προὖπτον*, ut *τοὖψον* pro *τὸ ὄψον*, *φροῦδος* pro *πρόοδος*, et multa alia. In Coll. Gron. est *Προὖπτον, ἀντὶ Ἀττικῶς. προ-*
330 *φανὲς, Ἑ.* Verum Coisl. et Reg. ita, ut reposui, et *ἀντὶ* pro *Ἀττικῶς*, et contra vidimus supra in *Λέμμα* et *Μεριμνῶν. Προὖπτος, ον*, legitur in *Sophocl.* Oed. Colon. v. 1503. *Aeschyl.* Sept. c. Theb. v. 854. *Aristophanis* apud *Athen.* lib. XIII. p. 559. D. *Phoenicidis* apud *Stobaeum* Flor. Grot. p. 45. *προὖπτον κακόν.* etc. Compositum *ἀπρόοπτος* in *Aeschyli* Prom. v. 1074.

87. *Πασπάλη*] Praeter varias nominis illius interpretationes ab *Henr. Stephano* adductas discimus ex *Photio* in Lexico MS. *voracem scrofam* ab *Hipponacte πασπάλην* appellatam. *Πασπάλη*, inquit, *τὸ τυχόν. οἱ δὲ κέγχρον. οἱ δὲ τὰ κέγχρινα ἄλευρα. ὁ δὲ Ἱππώναξ* [scr. *Ἱππῶναξ*] *πασπάλην φάγον γρομφίν.* SALLIER.

Πασπάλη. Πάλη, παιπάλη et *πασπάλη* Atticis significant *tenuissimam farinam, pollinem.* Videndi *Hesychius, Etymologus* p. 650. l. 3. p. 661. l. 10. *Eustath.* Il. *K.* p. 698. f. et Il. *M.* p. 855. l. 30. *H. Stephanus* in Ind. Thes. v. *Παιπάλη* et *Πασπάλη. Foësius* Oecon. Hipp. v. *Πάλη. Suidas* v. *Πασπάλη, ἡ ἀλευρότησις, τὸ λεπτὸν τοῦ ἀλεύρου. πασπάλη δὲ παρὰ πολλοῖς λέγεται.* Pro *πασπάλη δὲ* scribi potest *παιπάλη.* Sed tota glossa ab optimo Cod. Leidensi abest, ab homine male sedulo ex *Ἀλευρότησις* repetita, quod animadvertit *Kusterus. Παιπάλη* et *παιπάλημα* pro *homine versuto* posita huc non pertinent. In ambigua vocis *παιπάλη* significatione ludit *Aristophanes* Nub. v. 259. 261. ubi vide *Scholia.* In *Photii* autem loco, quem Cl. *Sallierius* attulit, valde mihi suspecta est scriptura *πασπάλην φάγον γρομφίν.* Suspicor *Hipponactem* reliquisse *πασπαληφάγον γρομφὶν*, *scrofam polline pastam. Πασπαληφάγος* enim eadem ratione componi potuit, qua *ποιηφάγος, τρυγηφάγος* etc. *Γρομφὶς* vocabulum *Hipponacteum* est. Vid. not. ad *Hesych.* v. *Γρομφάς.*

Πέδη[88], *Ἀττικῶς. περισκελὶς, Ἑλληνικῶς.*

Dein *πάσπάλη* usurpari coepit de *re minima. Aristophanes* Vesp. v. 91. *Ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην. Ἢν δ' οὖν καταμύσει κἂν ἄχνην.* Optime *Flor. Christianus* interpretatur: *Noctuque somni ne quidem ciccum videt.* Similiter in Eccles. v. 284. pro *Ὑπαποτρέχειν ἔχουσι μηδὲ πάτταλον* nonnullos *πάσπαλον* vel *πασπάλην* legisse testatur *Bisetus.* Sed illic
331 loci nihil mutandum; eandem enim lectionem agnoscit *Suidas* v. *Πάτταλον.* et similiter *Lucianus* Jud. Voc. [9.] T. I. p. 94. *ὡς, τὸ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσσαλον μοὶ καταλιπεῖν.* Multa apud scriptores Graecos occurrunt similia. *Οὐδ' ἀκαρῆ* vidimus supra v. *Ἀκαρῆ* p. 43. *Οὐδὲ γρῦ* notissimum; nec minus *Callimachium Οὐδ' ὅσον ἀττάραγον.* Apud Comicos occurrunt *Οὐδ' ἔγκαφος, Οὐδὲ ῥανίδα, Οὐκ ἄξιον τριχὸς, Οὐδὲ φεψάλυξ, Μηδὲ ψακάς* (*Aristoph.* Pac. v. 120.). Rarius, quod e *Parthenio* conservavit *Etymologus: Οὐδὲ δρύψελα. Δρύψελον, τὸ λέμμα, ὁ φλοιός. Παρθένιος· Οὐδὲ πόροι ῥίζης δρύψελα ποντιάδος.* Apud *Hesychium* non pauca huius generis reperias. *Κόαρον, ἐλάχιστον. Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν. Κνῦ, τὸ ἐλάχιστον. Κόκκυ, τὸ ἐλάχιστον* (*Etymol.* p. 524. l. 52. *Κόκκυ, Ἀττικοὶ, τὸ ταχύ.* malim *βραχὺ* et eodem modo *Suidam* castigandum censeo). *Κύκαρος, τὸ ἐλάχιστον. Σμώγη, ῥανὶς, τὸ τυχὸν,* alia. Sed ne nimii simus, unico erimus contenti: *Ταγύρια, τὰ ἐλάχιστα, τὰ τυχόντα.* Pro *ταγύρια*, cuius originem nos latere fatemur, *Photius* MS. *Suidas* et *Etymologus* p. 743. l. 55. habent *τάγυρι.* Ita *Suidas*: *Τάγυρι. τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον. οἷον ψιλὰ λέγουσιν. Εὔπολις Αἰξί· Καὶ ζῆν μαθόντι μηδὲ τάγυρι μουσικῆς.* *Eupolidis* fragmentum apud *Etymologum* depravatum est. Verum uterque, ut et *Photius*, teste Cl. *Kustero* ad Suid. exhibent *οἷον ψιλά.* Grammaticus, quem expilarunt, ni fallor, scripserat: *ἃ νῦν ψίχα λέγουσιν.* Sic *Hesychius* in *Ἀττάραγος. τὸ ἐλάχιστον. οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας. οἱ δὲ τὰς καλουμένας ψίχας. Glossae*: *Ψίξ, mica. Λ* pro *Χ* saepissime fuit posita.]

88. *Πέδη. Ἀ. περισκελὶς, Ἑ.*] In MS. *περισκελής.* Hudson.

Πέδη. Pro *περισκελὶς* MSS. omnes male *περισκελής.* Coll. Gron. *περισκελη. Πέδαι* pro quibusvis *pedicis*, *compedibus* leguntur in *Aristoph.* Vesp. v. 433. *Aeschyl.* Prom. v. 76. Pers. v. 749. Choëph. v. 491. 982. Eum. v. 647. etc. Unde servi *πεδότριβες, πέδωνες, ὀψιπέδωνες, τριπέδωνες. Hesychius*: *Ὀψιπαίδωνας, τοὺς ἕως ζῶσιν ἄξοντας παῖδας βράδιον.* Castigandum: *Ὀψιπέδωνας, τοὺς ἕως ζῶσιν ἄξοντας πέδας. Ὄψιμον, βραδιον. Photius* in ind. Menandri: *Ὀψιπέδων, ὁ μέχρι πολλοῦ ἐν πέδαις γεγονώς. σύνηθες Μενάνδρῳ τὸ ὄνομα.* Sic leg. pro *ὄνος. Eustath.* ad Il. Θ. p. 616. l. 42.

Πλέω[89], *ἀντὶ τοῦ πλήρεις, Ἀττικῶς. πλήρεις, Ἑλληνικῶς.*
Πιαίνειν[90], *Ἀττικῶς. σιτεύειν, Ἑλληνικῶς.*
Πεπαρῴνηκεν[91], *Ἀττικῶς. παρῴνηκεν, Ἑλληνικῶς.*
Πομπεῖα[92], *Ἀττικῶς, τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς χέρνιβας, ὡς Θουκυδίδης.*

τριπέδων ὁ πολλάκις πεδηθεὶς κακοῦργος δοῦλος, ὁ καὶ πέδων.
332 Ad Odyss. *E.* p. 234. l. 8. male τριπαίδων. *Πέδαι* vero pro aureis pedum *vinculis* in ornatu muliebri leguntur in *Aristophanis* fragm. apud *Clem. Alex.* Paed. lib. II. p. 246. *Philostr.* Ep. XL. et LXVII. et alibi.

89. *Πλέω*] Leg. πλέῳ — πλήρεις, Ἀ. πλήρεις, Ἑ. aut πλέως — πλήρης, Ἀ. πλήρης, Ἑ. *Hesychius:* πλέως. πλήρης. *Phavorinus:* πλέως Ἀττικῶς, κατὰ ἔκτασιν. Priorem coniecturam veram arbitror. Fischer.

Coll. Gron. ἀντὶ τοὺς. Male. Vid. supra *Πλέων* et *Thom. M.*

90. *Πιαίνειν*] *Synesius* de Regno p. 6. B. πιαίνειν τὴν ἀγέλην. *Aelianus* Hist. A. lib. V. cap. 27. lib. VI. cap. 11. etc. alii. Conf. not. ad Thom.

91. *Πεπαρῴνηκεν, Ἀ. παρῴνηκεν, Ἑ.*] In MS. παροίνηκεν. Hudson.

Sic et Leid. Reg. Coll. Gron. In Coisl. et Coll. Schlaeg. παροίνικεν. Vid. *Eustath.* ad Il. Ψ. p. 1448. *Etymol.* p. 385. l. 10. *Schediasma* Veteris Grammatici Bibl. Coisl. p. 499. etc.

92. *Πομπεῖα — Θουκυδίδης*] P. 270. Ed. Oxon. Hudson.

Πομπεῖα, vasa sacra in pompis ostendi et circumferri solita, ut phialae, malluvia, thuribula. Ita enim interpretantur *Hesychius* v. *Harpocration* p. 150. *Eustathius* Il. *E.* p. 438. l. 21. et Il. I. p. 666. l. 9. *Etymologus* p. 682. l. 44. etc. Leguntur apud *Demosthen.* adv. Androtion. p. 424. C. [p. 608. Reisk. p. 546, 48. Bekk.] p. 427. C. [p. 615. Reisk. p. 552, 69.] (conf. p. 428. B. [p. 617. Reisk. p. 554, 75. Bekk.]) p. 428. C. [p. 618. Reisk. p. 555, 78. Bekk.] adv. Timocrat. p. 462. C. [p. 702. Reisk. p. 6, 8. Bekk.] p. 482. C. [p. 750. Reisk. p. 49, 161. Bekk.] p. 484. C. [p. 755. Reisk. p. 53, 176. Bekk.] p. 486. A. [p. 758. Reisk. p. 56, 186. Bekk.] *Andocidem* Or. adv. Alcib. p. 32. f. quam tamen orationem *Phaeacis* esse contendit Cl. *Taylorus*, argumentis usus minime contemnendis, Lect. Lys. p. 695. Τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινίκια τῇ προτέρᾳ (lego προτεραίᾳ) τῆς θυσίας χρησόμενος ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίνωσκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντες ὕστερον οὖσαν τῆς Ἀλκιβιάδου, τοῖς τούτου πομπείοις χρῆσθαι ἐνόμιζον ἡμᾶς. Ita re-

333 ctissime eum locum emaculavit *Taylorus* et ante eum eruditiss. *Meursius* Graec. Fer. p. 111. et Panathen. p. 38. Occurrunt πομπεῖα praeterea apud *Plutarch.* l. a *Tayl.* cit. *Maximum Tyr.* Diss. XXII. sect. 3. et singulare πομπεῖον in *Aristide* Opp. T. II. p. 38. πομπείου τυχὼν ἐν Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις. *Pollucis* verba lib. X. sect. ult. ubi de vasis sacris agit, vehementer sunt depravata: τὰ δὲ ἐπίπομπα παραπομπεῖα καλεῖται. Sic MS. ἐπίπομπα pro ποδόπομπα. Videntur autem hoc modo commode posse redintegrari: τὰ δὲ εἰς vel πρὸς πομπὰς παρὰ . . . . . πομπεῖα καλεῖται. Exciderat scriptoris nomen, forte *Demosthenis*, cuius mox iniicitur mentio: hinc cetera corrupta. *H. Stephanus* nulla alia auctoritate παραπομπεῖα et ποδόπομπα in Thesaurum suum recepit. Maioris pretii non sunt ἀποπομπεῖα, quae habet Grammaticus Bibl. Coisl. p. 488. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 183, 1.] Ἀποπομπεῖα. ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ποτήρια ἐπέμπετο εἰς τὴν ἑορτήν. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν τριακοστὴν ἕνην καὶ νέαν καλοῦσιν. Pro ἀποπομπεῖα debuerat scribere πομπεῖα vel τὰ πομπεῖα; et praeterea duas veteris Scholiastae, cuius scrinia expilavit, annotationes confudit. Revertor ad *Moeridem*. Πομπεῖα in nostris *Thucydidis* exemplaribus hodie non comparent. *Moeridi* consentit *Thomas M.* qui tamen forte solam *Moeridis* auctoritatem secutus fuit. Cel. *Oudendorpius* ad Thom. ipsorum Magistrorum esse errorem, qui pro *Demosthene* *Thucydidem* laudaverint, opinatur.

Alia via instituit Clariss. *Valckenaerius*, qui inter familiares sermones mihi indicavit, pro Θουκυδίδης se reposuisse Ἀνδοκίδης. Eandem orationem, e qua supra pluscula adscripsi, ut *Andocidis*, laudat *Harpocration* v. Εὐανδρία. Verum, cum gravissimus scriptor iam olim frequentes passus sit interpolationes, malim hanc vocem in ipso *Thucydide* quaerere et indagare. *Dukerus*, Vir Praestantissimus, in Praefat. ad Thucyd. suspicatur, Grammaticos respicere ad lib. II. cap. 13. p. 106. καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας. Sed vide, an non rectius statuamus, *Moeridem* ante oculos habuisse lib. VI. cap. 46. p. 407. ἐπέδειξαν τὰ ἀναθήματα, φιάλας τε καὶ οἰνοχόας καὶ θυμιατήρια καὶ ἄλλην κατασκευὴν οὐκ ὀλίγην. Conf. seq. Alia etiam, de quibus ibidem in Praefatione agit *Dukerus*, quae tanquam Thucydidea veteres laudant Magistri, suis sedibus coniecturali opera possunt restitui. Verum nonnulla (aperiam enim suspicionem) videntur non *Thucydidi*, sed *Thugenidi*, scriptori non librariis tantum, sed et ipsis paene homi- 334
nibus eruditis incognito, tribuenda. *Thugenides* ille citatur a *Photio* in Lex. MS. et *Suida* v. Τριαχθῆναι. Τριαχθῆναι λέγουσιν οἱ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν. ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντας νικηθῆναι, στάδιον, δίαυλον, δολιχόν. οὕτω Θουγενίδης ἐν Δικασταῖς. Hinc eum *Fabricius* in Bibl. Gr. Vol. I. p. 693. in tragicorum classem retulit. In *Suida* v. Μὴ νόμισον. ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. οὕτως Θαγενίδης. *Ku-*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ρ.

Ῥαΐσας [1], Ἀττικῶς. ὑγιάνας, Ἑλληνικῶς.
Ῥικνοῦσθαι [2], τὸ ἀσχημόνως κινεῖσθαι, Ἀττικῶς.

sterus Thagenidem auctorem obscurum et sibi incognitum professus coniicit Θουκυδίδης, quemadmodum plane exhibere *Photium* MS. testatur Cel. *Albertius* in Miscell. Crit. in Suid. p. 281. Verum μὴ νόμισον nusquam a nobis in *Thucydide* observatum est. Μὴ ψεῦσον et similia apud *Aristophanem* et *Sophoclem* sunt plurima. Libenter itaque reponam Θουγενίδης sive Θεαγενίδης, quod idem nomen est, et quo Athenis Archon fuit. Conf. not. ad *Thucyd.* lib. IV. [cap. 27.] p. 255. Eidem *Thugenidi* fragmentum adscribendum censeo, quod conservavit *Pollux* lib. VI. sect. 38. Θουκυδίδης δὲ ἔφη, εἰς ὀψώνιον ᾔτησε τριώβολον. MStus enim *Falckenburgianus* clare exhibet Θουγενίδης. In aliis autem MSS. fragmentum ita legitur: Ἤιτησεν εἰς ὀψώνιον τριώβολον. qui integer est senarius, quocum comparare soleo illum *Eubuli* apud *Athen.* lib. III. p. 108. E. de homine sordide avaro: Ὀψοφάγος, ὀψωνῶν δὲ μέχρι τριωβόλου. Ex isto autem apospasmatio colligas, *Thugenidem* istum, cuius adeo rara occurrit mentio, fuisse poëtam comicum, non tragicum. Sed tandem desino hariolari: praevideo enim fore, qui haec tanquam nimis incerta ceris potius fuisse relinquenda iudicent. Ego vero mihi satis magnum operae pretium tulisse videbor, si aliis, qui maiore sunt eruditione et ingenio, quique MSStorum inspiciendorum habebunt copiam, accuratius de hoc homine cogitandi et anquirendi praebuerim occasionem.

1. Ῥαΐσας] Vide *Salmasium* ad Achillem Tatium [lib. IV. cap. 13.] p. 622. HUDSON.

Conf. *Valesium* ad Harpocrat. v. et ad Philostorg. H. E. lib. VII. cap. 10. et not. ad Thom. M. Exempla satis sunt frequen- 335
tia. *Aeschin. Socrat.* [Axioch.] p. 1304. A. [p. 364. C. St.] *Aristid.* T. I. p. 304. med. p. 436. *Libanius* Opp. T. I. p. 52. C. etc. quibus tamen in locis non ὑγιαίνειν, sed *meliuscule habere*, *revalescere* significat. Accusativum huic verbo addidit Auctor Epistolarum, quae sub *Euripidis* nomine circumferuntur, Ep. II. ῥαΐσας τὸ σῶμα. Tua lingua te prodit, o bone!

2. Ῥικνοῦσθαι] In MS. Ῥιμνοῦσθαι. HUDSON.

Ῥικνοῦσθαι. Ita Cod. Coisl. Nec aliter legendum esse persuadent haec *Suidae*: Ῥικνοῦσθαι, τὸ διέλκεσθαι, καὶ παντοδαπῶς διαστρέφεσθαι κατ' εἶδος. λέγεται δὲ καὶ ῥικνοῦσθαι, τὸ καμπύλον γένεσθαι ἀσχημόνως, καὶ κατὰ συνουσίαν καὶ ὄρχησιν κάμπτοντα τὴν ὀσφύν. Σοφοκλῆς Ἰχνευταῖς. Ῥικνοῦσθαι igitur teste *Suida* is dicitur, qui *inter saltandum motus edit turpes et*

inhonestos. Hoc ipso sensu usurpatur a *Luciano* in Lexiph. [8.] T. I. p. 961. [T. II. p. 334. l. 60.] ἄλλος ἐῤῥικνοῦτο σὺν γέλωτι τὴν ὀσφύν. Vulgo ἐῤῥικροῦτο, sed ἐῤῥικνοῦτο scribi debere iam pridem a Viris doctis est animadversum. At praeter significationes, quarum *Suidas* meminit, ῥικνοῦσθαι accipitur pro *corpus amittere*. Hinc *Hesychius*: Ῥικνοῦται, λεπτύνεται ἐπὶ τῶν ὀστέων τῶν γερόντων. Atque huic illius interpretationi non parum lucis accedit ex *Oppiano*, qui lib. V. Halieut. v. 593. de ostreis verba faciens, ait: "Ἔθνεα δ' ὀστρακόρινα, τά τ' ἐρπύζουσι θαλάσσῃ, Πάντα φάτις μήνης μὲν ἀεξομένης κατὰ κύκλον Σαρκὶ περιπλήθειν, καὶ πλείονα ναίεμεν οἶκον. Φθινούσης δ' ἐξαῦτις ἀφαυροτέροις μελέεσσι Ῥικνοῦσθαι. ubi *Scholiastes* infinitivum illud interpretatur ἐλαττοῦσθαι. Cuius significationis non multum absimilem apud *Epiphanium* reperias. Is enim vestes *attritas* ῥικνουμένας appellat in Ancor. p. 65. πῶς δὲ, inquit, τεσσαράκοντα ἔτη τοῦ λαοῦ οὐκ ἐῤῥικνώθη. Nunc ad *Moeridem* ut revertamur, ex his, quae dicta sunt, manifestum est, verbum ῥικνοῦμαι ab hocce Grammatico non iniuria in vocum Atticarum numero esse collocatum, utpote quo *Sophocles* et *Lucianus* usi deprehendantur. Sallier.

Ῥικνοῦσθαι. Leid. ῥιμνοῦσθαι. Ceteri bene. Ῥικνοῦσθαι et compositum διαῤῥικνοῦσθαι turpi hoc sensu solis Atticis proprium est. Vid. *Hesych.* v. Διαρικνοῦσθαι et Διερικνοῦντο. *Etymol.* p. 270. l. 5. *Pollux* lib. IV. sect. 99. Conf. not. ad *Thomam M.* Ceteris Graecis ῥικνὸς, ῥικνοῦσθαι de homine *rugoso* vel *incurvato* adhibentur. *Timaeus*: Ῥικνόν, 336
ἐπικαμπὲς, ἢ ῥυσόν. ubi adeundus Elegantissimus *Ruhnkenius* [p. 228. sq.] Add. V. D. in Obs. Miscell. Vol. II. p. 360. Suavissimum est *Agathiae Scholastici* Epigramma Anthol. lib. VII. p. 463. ed. Steph. Ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι μετάρσιος, ἡ πλοκαμῖδας Σειομένη πεκτὰς, καὶ σοβαρευομένη, Ἡ μεγάλ' αὐχησάσα καθ' ἡμετέρης μελεδώνης Χεῖρας ἐρικνώθη, τὴν πρὶν ἀφῆκε χάριν. Μαζὸς ὑπεκλίνθη, πέσον ὀφρύες, ὄμμα τέτηκται, Χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ. Τὴν πολιὴν καλέω νέμεσιν πόθου, ὅττι δικάζει Ἔννομα, ταῖς σοβαραῖς θᾶσσον ἐπερχομένη. ubi versu 4. Χεῖρας ἐρικνώθη de vitio non suspectum fuit Clar. Observationum Miscell. Editori. Sed, ne de constructionis ratione dicam, e multis veterum poëtarum locis, in quibus vetulas depingunt, cedo tu mihi unum, ubi *manus curvari* aut *rugis arari* dicuntur. Praeterquam quod sequenti demum disticho corporis partes, quae senectutis vitio pristinum decus amiserant, recenseantur. Legendum puto: Γήρᾳ ἐρικνώθη, *senectute incurvata est* aut *rugis foedata*. Ex utriusque linguae poëtis multa ad hanc sententiam illustrandam possent excitari; verum sufficiant duo plane similia loca. *Apollon. Rh.* lib. I. v. 699. Γήραϊ δὴ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσιν. *Gregor. Nazianz.* Carm. p. 148. v. 62. — ἥν ποτε γῆρας Ῥικνώσῃ μορφὴν τὴν πάρος ἀνθοφόρον. Pronunciationis similitudo

Ῥιγῶντος [3], Ἀττικῶς. ῥιγοῦντος, Ἑλληνικῶς.

Ῥύπτεσθαι [4], ῥύμμα, Ἀττικῶς. σμήχεσθαι, σμῆγμα, Ἑλληνικῶς.

Ῥηγνύασι [5] διὰ τοῦ ᾱ, Ἀττικῶς. ῥηγνύουσιν ἢ ῥήσσουσιν, Ἑλληνικῶς.

Ῥύσιον [6] καὶ ἐνέχυρα, πληθυντικῶς, Ἀττικῶς. ἐνέχυρον, Ἑλληνικῶς.

---

literarum ει et η ante ρ errorem peperit. Levis menda ex *Hesychio* eluenda: Ῥικνώσεαι, ῥισσωθήσῃ. Leg. ῥυσσωθήσῃ. Nec deneganda hac occasione *Libanio* medicina Opp. T. II. p. 297. A. ἐώκεσαν οὖν οὖσοις γραϊδίοις ἠσθημένοις ῥάκια. *Morellus* coniicit οἷς τισιν. Miror hominem non perspexisse, rugas vetulis debuisse reddi. Reponendum ῥυσοῖς γραϊδίοις.

3. Ῥιγῶνται] In MS. Ῥιγνῶνται. Conf. *Lamb. Bosii* Observ. Crit. p. 47. Hudson.

Ῥιγῶνται. Suspectum. Bergl. in marg. Ῥιγῶντος. Leid. Ῥιγνῶνται et ῥιγοῦνται. Reg. Ῥιγνῶντος. Sic et Coll. Gron. quae etiam ῥιγνοῦντος. Coislin. Ῥιγῶντος, Ἀ. ῥιγοῦντος, Ἑλλ. Ῥιγῶντι pro ῥιγοῦντι legitur in *Aristoph.* Ach. v. 1145. Σοὶ δὲ ῥιγῶντι προφυλάττειν. Vid. infra Ῥιγῶν.

4. Ῥύπτομαι] *Aristophan.*
337 Ach. v. 17. ubi vid. *Schol.* ῥύμμα Lys. v. 377. *Schol. Lucian. Lexiph.* [2.] T. II. p. 320. l. 36. Adeundi *Commentat.* ad Thomam et *Ruhnkenius* ad Timaeum v. Ῥέμμα [p. 229.] *Antiphanes* in fragm. apud *Clement. Alexandr.* Paedagog. lib. III. p. 255. — ἔρχεται, Μετέρχετ' αὖ, προσέρχετ' αὖ, μετέρχεται. Ἥκει, πάρεστι, ῥύπτεται, προσέρχεται. Σμᾶται, κτενίζετ', ἐκβέβηκε, τρίβεται, Λοῦται, σκοπεῖται, στέλλεται, μυρίζεται, Κοσμεῖτ', ἀλείφετ'· ἂν δ' ἔχῃ τι, ἀπάγχεται. Ita versus vix duabus vocibus mutatis facillime possunt constitui, in quibus multa mutavit Illustris *Grotius* Exc. e Com. p. 615. Vid. infra ad Σμώμενος. Pro σμῆγμα in Coll. Gron. est σμῆμα Atticum, quod in *Hesychio* male deletum iverunt *Guietus* et alii, altero σμῆγμα substituto. Vid. *Ti. Hemsterhusius* ad Polluc. lib. X. sect. 127. et not. ad Thom. p. 802.

5. Ῥηγνύασιν — ῥήσσουσιν] In MS. ῥύσσουσιν. Hudson.

Similiter Leid. Coisl. Reg. Coll. Schlaeg. ῥήσσουσιν. Coll. Gron. ῥήγνυσιν pro ῥηγνῦσιν.

6. Ῥύσιον. — ἐνέχυρον, Ἑλληνικῶς.] Fallitur *Moeris*: qua de re vide disserentem *Spanhemium* ad Aristoph. Plut. v. 451. Sallier.

Ῥύσιον καὶ ἐνέχυρα, πληθυντικῶς. Hanc vocem addunt Coisl. Reg. Coll. Gron. Schl. Ward. Ῥύσιον *Suidas* explicat per λυτήριον, ῥυπτήριον, καθαρτήριον,

Ῥέγκει [7], ἐπὶ τῶν κοιμωμένων, Ἀττικῶς. ῥέγχει, Ἑλληνικῶς.
Ῥίνη [8], Ἀττικῶς. ῥίνα, Ἑλληνικῶς.

ubi Doctiss. *Kusterus* pro ῥυπτήριον legendum suspicatur ῥύτρον. Verum videntur duae fuisse glossae, quas male confudit Lexicographus, sic discernendae: Ῥύσιον, λυτήριον. Ῥυπτήριον, καθαρτήριον. a ῥύπτομαι, ῥυπτήριον. *Hesychius*: Ῥυπτικὸν, καθαρτικόν. Ῥύσιον, paulo rarius, praeterquam locis a *Stephano* laudatis legitur in *Sophocl.* Oed. Colon. v. 905. *Aeschyl.* Agam. v. 543. Suppl. v. 320. 417. 736. quibus tamen in locis eius significatio obscurior est. Pro ἐνεχύροις, *pignoribus*, *Apollon. Rh.* lib. I. v. 1357. Οὓς οἱ ῥύσια κεῖθεν ἐπιπροέηκαν ἄγεσθαι. ubi vid. *Schol.* A ῥύσιον, ῥυσιάζειν. *Hesychius*: Ῥυσιάζει, ἀντενεχυράζει. Medium ῥυσιάζεσθαι, quemadmodum ἐνεχυράζεσθαι apud At-
338 ticos, non dubito, quin eidem Lexicographo restitui debeat v. Ποινᾶσθαι, ποινὴν λαμβάνειν, ὅταν ἀντέκτισιν τὶς λάβῃ. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ῥυσιάζεσθαι. Editur συριάζεσθαι. Ἐνέχυρα in plur. pro *pignore* adhibuit *Aristophan.* Eccl. v. 750. et alii. Singulare ἐνέχυρον Plut. v. 451. ad quem locum *Spanhemius Moeridis* immemor *Thomam Magistrum* refellit exemplis e *Demosthene* petitis, ubi ἐνέχυρον singulare occurrit: quibus alia ex eodem oratore, et *Alexide* apud *Athen.* lib. VI. p. 223. f. *Antiphane* ib. lib. XI. p. 459. B. possent addi. Confer, homines eruditi ad *Thom. M.* v. Ἐνέχυρα p. 308. Eadem in his ratio, quae in Ἀντίγραφα et ἀντίγραφον, ubi vide quae notavimus, ut et *Hemsterhusium* ad Thom. in Ἀντίγραφα.

7. Ῥέγκει] Coll. Gron. Ῥέγκειν et ῥέγχειν. Laudat *Moeridem Spanhemius* ad Aristoph. Nub. v. 5. Οἱ δ᾽ οἰκέται ῥέγκουσι, quo in loco apud *Suidam* v. Οἰκέται est in MSS. ῥέγχουσι, similiter ῥέγχων pro ῥέγκων v. Ἐπίπαστα. Atque ita saepe librarii χ pro κ substituerunt. In *Libanio* Opp. T. I. p. 300. D. ῥέγχειν ipsine *Libanio* an exscriptoribus tribuendum sit, non definiverim. Verum illud certum, hoc verbum eidem Sophistae debere restitui Opp. T. II. p. 431. B. ἤδη γάρ τις καὶ κυβερνήτης τραύματι ναύτην ἀφυπνίσας, εἰς κρίσιν καταστὰς μίαν ἔσχεν ἀπολογίαν τὴν κατηγορίαν. καὶ τὸ, οὐ γὰρ ἤλαυνεν, οὐδ᾽ ἦν ἔργον τῆς κώπης οὐδέν. ἀλλ᾽ ἡ μὲν χεὶρ τηνάλλως ἦν ἐπὶ τῆς λαβῆς, αὐτὴ δ᾽ ἠκολούθει τῇ νηΐ. ὁ δὲ ἔρεσχεν ἀσυντελής. *Morellus* ultima Latine vertit: *hic autem instabat nequicquam.* Qua ratione si Graeca liceat interpretari, nihil iam erit adeo depravatum, cui non aliquis color possit conciliari. Scribendum: ὁ δὲ ἔρεγχε sive ἔρεγκε ἀσυντελής, *ille vero stertebat inutilis.* Adiectivo ἀσυντελής, quo Lexica possunt augeri, utitur et *Themistius* Or. XXXI. p. 352. C.

8. Ῥίνη] Vid. supra Θοίνη.

Ῥοιὰ [9], Ἀττικῶς. ῥοά, Ἑλληνικῶς.
Ῥιγῶν [10], Ἀττικῶς. ῥιγοῦν, κοινῶς. ῥιγοῖ, Ἑλληνικῶς.
* Ῥαψῳδοὶ [11], ὑποκριταὶ ἐπῶν.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Σ.

Σέες [1], Ἀττικῶς. σῆτες, Ἑλληνικῶς.

9. *Ῥοιὰ, Ἀττικῶς.*] Accedit *Thomas Magister*. Ut aliter tamen sentiamus, facit *Theophrasti* auctoritas, apud quem
339 infinitis prope locis ῥοὰ, nusquam vero ῥοιὰ scriptum reperitur. Nec deerunt fortasse, qui ordine mutato legere malint: Ῥοὰ, Ἀττικῶς. ῥοιὰ, Ἑλληνικῶς. Sallier.

Ῥοιὰ. Videndus *Oudendorpius* ad Thom. M. Similiter στοιὰ pro στοὰ bis legitur in *Aristoph.* Eccles. v. 672. 680. ubi metrum στοὰν non admittit.

10. *Ῥιγῶν, Ἀ. ῥιγοῦν, κοινῶς καὶ Ἑλλ.*] In MS. ῥιγοῖ Ἑλληνικῶς. Hudson.

Ῥιγῶν, Ἀττικῶς. *Aristophanes* Vesp. v. 444. Ὥστε μὴ ῥιγῶν γ' ἑκάστοτε. *Scholiastes*: ῥιγῶν ἀντὶ τοῦ ῥιγοῦν. Δώριον δὲ τοῦτο κατακρατῆσαν παρὰ Ἀττικοῖς. Avib. v. 936. Ἔχε τὴν σπόλαδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς. *Schol.* τὸ ῥιγῶν δὲ, Δωρικόν ἐστι, κατὰ τροπὴν τοῦ ō (leg. ōυ) εἰς ω, ῥιγοῦν, ῥιγῶν. Ὑπνῶν Lys. v. 143. *Schol.* Ἀττικὸν τὸ ὑπνῶν. τὸ γὰρ κοινὸν ὑπνοῦν. Verum illic loci loquitur Lacaena. Ῥιγοῦν Nub. v. 441. Ῥιγοῖ est in Leid. Coll. Schl. Gronov. In Regio ῥιγοῖν, quod Cl. *Stoebero* vitio videtur pronunciatum pro ῥιγεῖν, a qua coniectura non abhorreo. Vide *Thomam M.*

11. *Ῥαψῳδοί*] Abest *Glossula* ab optimo Coislin. ex *Hesychio, Timaeo* aut alio quopiam Lexicographo derivata.

1. *Σέες*] *Moeridi* cum *Thoma Mag.* convenit, quorum vestigia premens *Photius* in Lex. MS. ait: Σέες, οὐχὶ σῆτες. Recte, si vocem σέες spectes, quae apud *Aristoph.* occurrit Lys. v. 731. Οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. ubi *Schol.* ὑπὸ τῶν σέων, τῶν σήτων. πρὸς τὴν κλίσιν δὲ τῶν σέων ὅτι ἀπὸ τῆς σεὺς εὐθείας. Occurrit etiam apud *Lucianum*. Non ideo tamen repudiandum nomen σὴς tanquam minus Atticum, utpote quo *Theophrastum* bis usum esse deprehendimus, videlicet Hist. Plant. lib. I. cap. 16. et lib. IX. cap. 12. Quin et usurpatum reperias a *Luciano* [Adv. Indoct. 1.] T. II. p. 807. [T. III. p. 99. l. 15.] Sallier. Conf. not. ad Thomam.

Σείραιον [2], Ἀττικῶς. ἕψημα, Ἑλληνικῶς.
Σφεῖς [3], Ἀττικῶς. αὐτοὶ, Ἕλληνες.
*Σφίσιν [4], Ἀττικῶς. αὐτοῖς, Ἕλληνες.
*Σφῷν [5], Ἀττικῶς. αὐτοῖς, Ἕλληνες.
Σφῶν [6], Ἀττικῶς. αὐτῶν, Ἕλληνες.
Σφᾶς, Ἀττικῶς. αὐτοὺς, Ἕλληνες.
*Στερίφαι [7], Ἀττικῶς. αἱ στεῖραι, παρὰ τοῦ στερεὰν ἔχειν τὴν ὑστέραν.
Σκιὰς [8], Ἀττικῶς. ἀναδενδρὰς, κοινῶς.

340 2. *Σίραιον*] In MS. *Σήραιον*. Hudson.

Σίραιον. Codex Coisl. habet *σείραιον*, quae scribendi ratio veterum nonnullis placuit. Priorem tamen anteponendam esse iudicamus, praesertim cum *Aristophanes* aliique plures hocce nomen non aliter efferre soleant. Recte autem ἕψημα *Moeridi* parum probatur. *Galenus* enim Meth. I. 12. *defrutum* ab Asiaticis ἕψημα appellari auctor est. Sallier.

Σείραιον. Ita C. R. Leid. Coll. Schl. Gronov. Similiter apud alios Grammaticos. Sed perperam. Nam *σίραιον* prima brevi est in *Aristoph.* Vesp. v. 873. *Alex.* ap. *Poll.* lib. VI. sect. 66. *Antiphan.* apud Athen. lib. II. p. 68. A. etc. *Ἕψημα* usus est *Plato* Comicus apud Polluc. lib. VI. sect. 16. Videndi omnino viri eruditi ad *Hesych.* v. *Ἕψημα, ὅπερ ἔνιοι Σείραιον καλοῦσιν.* et quos illic laudat Cel. *Albertius.*

3. *Σφεῖς, Ἀ. αὐτοὶ, Ἑ.*] E Coisl. et Coll. Ward. Leid. *Σφεῖς, Ἀ. αὐτοῖς, Ἑλληνικῶς.*

4. *Σφίσιν*] Is articulus, ut et sequens, desideratur in Cod. Coisl. Sallier.

5. *Σφῷϊν*] In MS. *Σφῶ*. Hudson. Leid. *Σφῶν*, et ita vel *Σφῷν* scribi debere monitum supra. Conf. Cl. *Valcken.* ad Phoen. v. 463. Levis menda in *Herodici* Epigrammate apud *Athen.* lib. V. p. 122. *Ἀ. — οἷσι μέμηλε Τὸ σφὶν καὶ σφῷϊν, καὶ τὸ μὶν, ἠδὲ τὸ νίν.* Leg. *Το σφὶν καὶ τὸ σφῷν.*

6. *Σφῶν, Ἀ. αὐτῶν, Ἑλλ.*] Huds. et Leid. addunt: *σφέων καὶ αὐτέων, ποιητικῶς.* quas voces a studioso lectore margini allitas Coisl. non habet, nec etiam Coll. Schlaeg.

7. *Στερίφαι*] In MS. *Στερίφους*. Hudson.

Sic et Leid. *Timaei* glossa est, 341
quod monuit Cl. *Ruhnkenius* [p. 238. sq.]. Coisl. Reg. Coll. Schl. et Gron. etiam non habent.

8. *Σκιὰς, Ἀ. ἀναδενδράδας*] In MS. *ἀναδενδράδες*, ac si scriptum fuerit *σκιαὶ* in casu recto. Hudson.

Lege *ἀναδενδράς*. *Σκιὰς* enim est nominativus singularis. Sallier.

Σκιὰς, Ἀ. ἀναδενδρὰς, Ἑ. Leid. *ἀναδένδρακες*. Coisl. *ανα-*

Σοβεῖν [9], Ἀττικῶς. ἀποτρέχειν, Ἕλληνες.
Σταθεῦσαι [10], Ἀττικῶς. στατεῦσαι, Ἕλληνες.
Σφάκελος [11], Ἀττικῶς. σῆψις ὀστέων, Ἑλληνικῶς.

δενδρ. . . Coll. Gron. ἀναδενδραδια. Ex eadem κοινῶς pro κοινόν. Ἀναδενδράδες leguntur apud *Demosth.* [c. Nicostrat.] p. 725. A. [p. 1251. Reisk. p. 464, 15. Bekk.]

9. *Σοβεῖν*] *Moeris* interpretatur ἀποτρέχειν, quae illius interpretatio etsi nullis testibus idoneis hodie nitatur, fuisse tamen scriptores, a quibus verbum σοβέω eo sensu usurpatum sit, non absurde quis colligat ex his *Etymologi* (p. 270. l. 54.): Διασεσοβημένος, τεταραγμένος, ἄτακτος, τεθορυβημένος. σοβεῖν γὰρ τὸ τρέχειν, παρὰ τὸ σεύω ῥῆμα, ἢ σῶ, ὃ σημαίνει ὁρμῶ. Alibi vero (p. 104. l. 34.) Ἀνεσόβεον. σοβῶ τὸ τρέχω. ἔνιοι δὲ τὸ διώκειν. τὸ μὲν οὖν ἀνεσόβουν, ἀντὶ τοῦ ἀνέτρεχον πρὸς τυραννίδα. *Hesychio* quoque σοβεῖν exponitur τρέχειν. Sallier.

Σοβεῖν et ἀποσοβεῖν Attice *contento cursu ire, abire, aliquo se proripere.* Vid. omnino ὁ πάνυ *Hemsterhusius* ad Thom. M. v. Ἀποσοβῶ. Obiter *Hesychio* succurramus in verbo composito Ἀνασοβεῖ, ἀνακινεῖ. Ταραντῖνοι. Similiter *Michaël Psellus* MS. [ap. *Tittmann.* ad Zonar. T. I. c. CXV. v. 12.] Ἀνασοβεῖ, ἀνακινεῖ. Est autem is usus verbi ἀνασοβεῖν non Tarentinis, sed quibusvis scriptoribus Graecis, etiam Atticis, familiaris. Adi not. ad Thom. l. c. Quare non dubito, quin vox Ταραντῖνοι apud *Hesychium* loco suo mota sit et ad sequentem Glossam Ἀνασεῖν, ἀναφέρεσθαι, retrahenda. Ἀνασεῖν Laconum more pro ἀναθεῖν, uti observavit *L. Kusterus.* Tarentini autem maiorum suorum Laconum dialecto fuerunt usi.

10. *Σταθεῦσαι, Ἀ. στατεῦσαι, Ἑ.*] In MS. στρατεῦσαι. Hudson.

Coislin. στατεῦσαι. Revera quidem eam vocem per τ nusquam scriptam reperias. Sallier.

Σταθεῦσαι. *Thomas M.* v. et not. *Photius* cit. *Albertio* ad Hesych. v. Ἐσταθευμένος. *Hesychius:* Στατεύει, θάλπει. Leid. Coll. Gron. στρατεῦσαι.

11. *Σφάκελος*] In MS. 342
Σφάκελλος. Hudson.

Sic et Leid. Reliqui recte. Pro σῆψις in Coll. Gron. στύψις obscure scriptum. *Michaël Psellus:* Σφάκελος, τὸ φλεγμαῖνον. *Ammonius:* Φάκελος καὶ Σφάκελος διαφέρει. Φάκελος μὲν γάρ ἐστι φορτίον ξύλων. — Σφάκελος δὲ, ὁ μετὰ φλεγμονῆς σπασμός. ubi praeclara est *Valckenaerii* animadversio lib. III. cap. 16. *Aristides* T. I. p. 309. Σφάκελοι πυρώδεις ἐχώρουν εἰς τὴν κεφαλὴν ἄνω. Σφακελίζειν apud *Conon.* Fab. XVIII. τρωθεὶς δὲ ὑπὸ φάσματος τὸν μηρὸν ἀπετράπη καὶ ἐσφακέλιξεν. ubi ἀπετράπη videtur depravatum; forte mutandum in ἀπεσάπη. Recte *Moeris* infra: Φάκελος, Ἀττ. φορ-

Στιφρὸν[12], *Ἀττικῶς. στριφνὸν, Ἕλληνες.*
Σκορδινᾶσθαι[13], *Ἀττικῶς. διατείνεσθαι, Ἑλληνικῶς.*

τίον, ἔκκαυμα. Librarii non tantum haec bina confuderunt, sed et ipsi Graeci recentiores, ut *λῆμα* et *λῆμμα* aliaque.

12. *Στιφρόν*] Coll. Gronov. *Στιφόν.* Male. *Xenophon* Cyneg. [cap. 4, 1.] p. 977. D. *σκέλη στιφρά.* Vid. *Pollux* lib. V. sect. 58. 70. ubi MSS. *στρυφνά.* Idem *Xenophon* [cap. 9, 13.] p. 990. C. *βρόχος στιφρός.* [cap. 10, 3.] p. 991. *ῥαβδοὶ στιφραί.* Sed plura de his et vicino *στρυφνὸς* dedit Cl. *Ruhnkenius* ad Tim. p. 169. 170. [p. 237. sq.] quem omnino consule. In *Philostr.* Imagg. lib. I. cap. 10. *ξύλα δὴ, ὅσων δεῖ τῇ λύρᾳ, πυξοῦ πάντα στρυφνοῦ καὶ λείου τὸν ὄζον,* etiam praestat *στριφνοῦ.* *Στιφρότης, corporis torositas,* in *Timoclis* fragm. apud *Athen.* lib. XIII. p. 570. f.

13. *Σκορδινᾶσθαι, Ἀ. διατείνεσθαι, Ἑ.*] id est *pandiculantem,* ut ait *Plautus, oscitare:* quo sensu usurpatur a *Chrysost.* in Paul. p. 513. *ἀνίστασθαι,* inquit, *καὶ διατείνεσθαι.* Sallier.

Σκορδινᾶσθαι. Coisl. et Leid. *Σκορδίνασθαι,* quemadmodum in *Polluce* lib. V. sect. 168. MSSti praeferunt. Sed praestat *Σκορδινᾶσθαι,* ut liquet ex *Aristophane* Ran. v.953. Acharn. v.30. Vesp. v. 640. *Hesych.* *Ἐσκορδινήθη. Σκορδινᾶσθαι* *Hesychius* explicat: *το παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν καὶ στρέφεσθαι μετὰ χάσμης. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τοὺς ἐγειρομένους ἐξ ὕπνου, ὅτε χασμώδεις ὄντες, ἐκτείνωσι τὰς χεῖρας. ὅπερ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πῶς βασανιζομένους καὶ διαστρεφομένους ἔξω μελῶν γίνεται.* Similiter plane *Etymologus* p. 719. ex *Oro,* sed pro *περὶ* bis male scriptum *παρά.* Idem vitium in *Hesychio* reli- 343
ctum v. *Ἀσκορδίνωτος. ἀσάλευτος, μὴ κινῶν τὰ μέλη. Σκορδινᾶσθαι γὰρ λέγουσιν, τὸ παρὰ φύσιν ἐκτείνειν, ὅπερ γίνεται παρὰ τοῖς ἐγειρομένοις ἐξ ὑπνοῦ.* Legendum: *περὶ τοὺς ἐγειρομένους ἐξ ὑπνοῦ, quod expergiscentibus accidit.* Pro *Ἀσκορδίνωτος* vero malim *Ἀσκορδίνητος.* Nam de verbo *Σκορδινοῦσθαι* altum apud Grammaticos silentium est. Cum *Hesychio* et *Etymologo* conspirant *Scholiastes* Aristoph. ad Ran. v. 953. et *Suidas* v. Sed utrumque turpissima inquinat macula in *Τινὲς δὲ περὶ τοὺς ἐγειρομένους ἐξ ὕπνου.* E laudatis aliorum locis vel tironi nunc appareat reponendum esse: *Γίνεται δὲ π. τ. ἐ.* Verbo mutato statim addunt: *ὅπερ συμβαίνει καὶ περὶ τοὺς ἄλλους.* Similem permutationem voc. *Τινὲς* et *Γίνεται* memini me alibi observare: sed locus iam non succurrit. *Σκορδινᾶσθαι* recentioribus Sophistis usu tritum ridet *Lucianus* Lexiph. [21.] T. II. p. 346. l. 72. Conf. praeterea *Foësius* in Oecon. Hippocrat. v.

Σκιραφεῖον[14], Ἀττικῶς. κυβευτήριον, Ἑλληνικῶς.
Σιγηλὸς[15] ἐν τῷ λ̄, Ἀττικῶς. ἐν τῷ ρ̄, Ἕλληνες.
Στῖμις[16], Ἀττικῶς. στίμι, Ἕλληνες.

Σκορδίνημα. Origo vocis obscura: Grammaticorum enim derivationes merae nugae sunt. Pro *διατείνεσθαι* Leid. *διατείνασθαι*.

14. *Σκιράφιον*] Alii *Σκιραφεῖον*. In MS. *Σκιρνάφιον* et mox *σκυβευτήριον*. Hudson.

Σκιράφιον. Cod. Coisl. habet *Σκιραφεῖον*, quam scribendi rationem *Suidas* sequitur: altera magis arrisit *Harpocrationi* et *Photio* in Lex. MS. Sed utram amplectaris, parvi refert. Sallier.

Σκιραφεῖον. Coisl. Reg. Coll. Schl. Coll. vero Gron. *Σκιῤῥάφιον*. Leid. ut Huds. De *σκιραφείοις* nihil post *Meursium* de Pop. Att. p. 120. et *Hemsterhusium* ad Polluc. lib. IX. sect. 96. potest afferri. Conf. tamen *D'Orvillius* Vann. Crit. p. 312.

15. *Σιτηλός*] Ita Codices MSS. Scribe *σιγηλός*. Deinde pro *διὰ τοῦ λ̄* legitur in Cod. Coisl. *ἐν τῷ λ̄*, quod rectum videri potest. Mirari vero subit, nullum vocis *σιγηλὸς* exemplum reperiri in Lexicis, quam tamen inprimis esse Atticam constat ex *Euripide*, a quo usurpatam reperias Suppl. v. 367. *Λέγ' εἴ τι βούλει, καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ.* Ad *σιγηρὸς* quod attinet, hoc occurrit apud *Basil*. T. II. p. 238. Sallier.

Σιτηλὸς MSS. omnes. Tamen non dubitavi verissimam lectionem *Σιγηλὸς* reponere. Litterarum *T* et *Γ* similitudine credi
344 vix potest quam frequenter librarii fuerint decepti. Sic paulo ante *Τινὲς* pro *Γίνεται*. *Λίταινον, ἐκήρυσσον*, apud *Hesychium* pro *Λίγαινον*, et ubique. *Moschopulus II. Σ.* p. 54. *Σιγηλὸς, ὁ ἄφωνος, Ἀττικῶς διὰ τοῦ λ̄. παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι διὰ τοῦ ρ̄.* Conf. *Etymol.* p. 135. l. 20. Noster in *Ἀπατηλός*. *Σιγηλὸς* legitur et in *Sophoclis* Trach. v. 421. Philoct. v. 752. *Euripid*. Bacch. v. 1046. *Grammaticus Vetus* MS. Bibl. S. Germani [v. *Bekk*. An. Gr. I. p. 113, 20.]: *Σιγηλός. Νικοφῶν. Σιωπηλός. Ἀριστώνυμος Ἡλίῳ ῥιγοῦντι.* Ex Coisl. et Coll. Schl. *ἐν τῷ λ̄* recepi pro *διὰ τοῦ λ̄*. Vid. *Πεπραγὼς*, *Πελιτνὸν*, *Πέτομαι*, *Σίαλον*. In Huds. MS. erat *ἐντὼρ* pro *ἐν τῷ ρ̄*.

16. *Στίμμις*] In MS. *Στιμὶς*, *Ἀττ. στίμη*, *Ἑλληνικῶς*. Hudson.

Στίμμις. *Στῖμις* et *στίμι* legitur in Cod. Coisl. quam scribendi rationem sequitur *Photius* in Lex. MS. *Στίμην καὶ στίμιν, οἵτινες στίμην. Ἀντιφάνης Παροιμιαζομένοις· στίμιν, κάτροπται, κρομύλους.* Locus inprimis depravatus, qui fortasse sic emendandus est: *Στίμην καὶ στίμιν, ὅ τινες στίμι. Ἀντιφάνης Παροιμιαζομένοις· στίμιν, κάτοπτρα, κρωβύλους.* Ac primum quidem ex *οἵτινες στίμην* fecimus *ὅ τινες στίμι*. Id enim sibi vult, fuisse nonnullos, qui hocce nomen neutro genere efferre maluerint,

Σμινύη[17], *Ἀττικῶς. σκαφεῖον, ἀξινοπλατεῖαν.*
**Στειλειὴ*[18], *τοῦ πελέκεος ἡ ὀπὴ, εἰς ἣν ἐντίθεται τὸ ξύλον.*

e quorum numero *Dioscorides* lib. V. cap. 99. ideo a *Moeride* in scriptorum parum Atticorum numero reponendus: illudque non immerito, cum Atticos in hacce voce scribenda femininum anteposuisse ex *Antiphanis* fragmento manifestum sit. Nec aliter *Ion* tragicus, de quo *Eustath.* Comm. p. 1671. (Od. p. 546. l. 8.) ἔτι καὶ τὸ στίμμι, περὶ οὗ ἀλλαχόθι ἐγράφη θηλυκῶς προάγει, εἰπὼν ὅτι στίμμις ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνή. κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ ἐν τῷ, *Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.* Ex quibus illud praeterea colligas, vocem στίμμιν cum duabus μμ pronunciari debere. Deinde vero (ad alteram enim *Photiani* loci partem veniendum est) pro κάτροπται et κρομίλους, quae voces sunt prorsus incognitae, legimus κάτοπτρα, κρωβύλους, cum a vero non abhorreat, nonnullos a comico derideri, qui munditiei nimis studebant. Certe de re non absimili sermonem esse vox στίμμιν argumento est. Sallier.

Στῖμις et στίμι MSS. C. R. Coll. Schl. Gron. στῖμις et στιμή. sic et Leid. Per duplex μμ scriptum apud *Pollucem* lib. V.
345 sect. 101. Conf. *H. Stephanum* in Ind. Thes.

17. Σμινύη, Ἀ. σκαφεῖον, ἀξίνη πλατεῖα] In MS. ἀξινοπλάτειαν. Hudson.

Σμινύη — ἀξινοπλάτεια. Ità Cod. Coisl. Rectius tamen legitur ἀξίνη πλατεῖα. Sallier.

Σμινύη. *Aristoph.* Nub. v. 1488. 1502. et alibi. *Eustath.* Od. B. p. 164. l. 42. ζμινύη ὅ, τε τὸ σκαφεῖον, ὅ, τε ἀξινάριον. *Xenophon* Cyrop. lib. VI. [cap. 2, 11.] p. 162. C. ἄμην καὶ σμινύην. Conf. *Ruhnkenius* ad Tim. v. [p. 233. sq.] et not. ad Thom. In voce ἀξινοπλάτειαν conspirant Codices. Sola Coll. Gron. monstrosum praebet vocabulum κηνοπλατείσας. Fortassis ἀξινοπλάτειον, recentioris Graecismi vox est, ut ἀξινορύγιον, *securis, ascia, qua simul fodi potest,* apud *Meursium* in Glossar. Ceteroquin in *Hudsoni* coniectura acquiescendum. Vid. *Hesych.* v. Μακέλλη. Ἑλληνικῶς aberat ab omnibus Codd. quare omisi.

18. Στειλειὴ, τοῦ πελέκεος] In MS. πέλεκος. Στελεῇ *Apollonio* in Argon. lib. IV. v. 957. Hudson.

Στειλειή. Is articulus desideratur in Cod. Coisl. nec ea vox, si bene meminimus, ab Atticis est unquam usurpata. Utuntur *Homerus* et *Apollonius. Homeri* locum *Stephanus* adduxit. Sic autem *Apollonius* lib. IV. v. 957. Ὀρθὸς ἐπὶ στελέῃ τυπίδος βαρὺν ὦμον ἐρείσας Ἥφαιστος θηεῖτο. Sallier.

Στειλειή. Attici vocant τρῆμην vel τρῆμα, aut etiam τρύπημα. *Etymol.* p. 726. l. 52. Pro πε-

*Σηκὸς[19], ἔπαυλις στριγχῷ περιεχομένη.

*Σισύρα[20], αἴγειον στέγαστρον τετριχωμένον. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.

*Σμινύην[21], οἱ μὲν δίκελλαν, οἱ δὲ ἀξίνην καλοῦσιν.

*Σκυτάλη[22], βακτηρία ἀκροπαχὴς, ἢ φραγγέλιον. Λέγεται οὖν καὶ ἡ ἐπιστολὴ σκυτάλη Λακωνικὴ, καὶ αὐτὸ τὸ ξύλον, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ ἐπιστολή.

λέκεος in R. Coll. Gron. et Leid. est πέλεκος. Apud *Hesychium* vero, unde haec glossa in *Moeridem* videtur intrusa, πελέκυος. Coisl. autem et Coll. Schl. non agnoscunt. ὀτὴν in Leid.

19. Σηκός] Leid. Συκός. Pro ἔπαυλις στριγχῷ Coll. Gron. ἐπαλῇ τριχῶν. Cl. *Berglerus* in marg. corrigit ἔπαυλις θριγκῷ. Apud *Timaeum* est τριγχῷ, e cuius Lexico hanc iterum Glossam duasque sequentes in *Moeridem* intulit manus inepte sedula, uti iam animadvertit Amicissimus *Ruhnkenius* [p. 230. sq.]. Solus Coisl. interpolatcre antiquior est, aut ex alio vetustiore descriptus.

346 20. Σισύρα] Leid. αἴγιον et τετρυχωμένον. ἔστι δ᾽ pro δὲ ex eodem L. et *Timaeo* [p. 231.] Locus *Aristoph.* est Nub. v. 10. ubi nostrum locum producit *Spanhemius*. Vid. modo laudatus *Ruhnkenius*.

21. Σμινύην] Coll. Gron. — όνη. Leid. σμινύη et δύκελλαν.

22. Σκυτάλη, ἡ βακτηρία] In MS. καὶ βακτηρία ἀκροπαχής. Pro ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ ἐπ. Forte ἐφ᾽ οὗ. Hudson.

Σκυτάλη — ἀκροπαγής. Cod. Oxon. habet ἀκροπαχὴς, neque aliter *Suidas* et *Photius* in Lex. MS. Sequitur λέγεται οὖν κ. ἡ. ἐπ. quae sic legenda esse suspicamur: λέγεται οὖν καὶ σκυτάλη ἡ ἐπιστολὴ Λακωνική. Sallier.

Σκυτάλη, βακτηρία ἀκροπαχὴς, ἢ φραγγέλιον. Leid. ut Huds. καὶ β. Collatio autem Gron. καὶ non habet, uti nec *Suidas*, e quo prior huius Glossae pars videtur depromta. Pro φραγγέλιον Coll. Gron. φραγέλλιον, quemadmodum exhibet *Du Cangius* in Glossar. Med. et Inf. Gr. voc. Φραγέλλιον. Φραγγέλιον est apud *Suidam* et multiplex huius vocabuli est scriptura. Vid. *Du Cang.* Ἀκροπαχὴς mutari non debet. Posteriorem partem, Λέγεται οὖν κ. unde arripuerit, quisquis tandem *Moeridem* invitum hoc articulo donavit, ignoramus: nisi forte omnia e *Photio* MS. expilaverit aut e *Scholiastae* verbis ad Aristoph. Aves v. 1283.

Σεισάχθειαν[23], *Ἀττικῶς. χρεῶν ἀποκοπὴν, Ἑλληνικῶς.*

Σίαλον[24], *ἐν τῷ ᾱ, καὶ οὐδέτερον, Ἀττικῶς. σίελον, ἐν τῷ ε̄, καὶ ἀρσενικὸν, Ἕλληνες.*

Σπάδων[25], *κοινόν. εὐνοῦχος, Ἑλληνικῶς.*

Σᾶ[26], *περισπωμένως, Ἀττικῶς, τὰ σῶα.*

paucis mutatis. *Scholiastes* habet: *Λέγεται οὖν καὶ ἡ ἐπιστολὴ καὶ αὐτὸ τὸ ξύλον. Suidas* v. addit: *ἐφ' ᾧ ἡ ἐπιστολὴ*, unde *Hudsoni* coniectura robur acquirit. *Ἀφ' οὗ* tamen potest defendi, *a quo* scil. *ligno epistola etiam ita dicta est.* Cum Coll. Gron. delevi *ἡ* ante *Λακωνική*. De *scytala* omnia pervulgata. *Hesychii* locus,
347 in quo frustra fuerunt *Stephanus* et *Guietus*, sic constituendus: *ἔθος γὰρ ἦν ἀρχαῖον τὸ χρήσασθαι ταῖς σκυτάλαις ἀντὶ τῶν παρ' Ἕλλησι γραμματείων καὶ βιβλίων.* Excidit *ἀντὶ*, ut liquet ex *Etymol.* p. 720. l. 50.

23. *Σεισάχθειαν*] Leid. *χρεῶν ἀποκοτήν.* Videndus praeter ceteros Grammaticos *Diogenes Laërtius* lib. I. 45. et illic Politissimus *Menagius*, qui *Moeridem* citat, hoc modo: *Σεισάχθειαν, Ἀττικοῖς. χρεῶν ἀποκοπὴν, Ἕλλησι. Χρεῶν ἀποκοπὰς* reperias apud *Demosth.* de Foed. Alex. p. 88. B. [p. 215. Reisk. p. 193, 15. Bekk.] adv. Timocr. p. 481. B. [p. 746. Reisk. p. 46, 149. Bekk.] *Isocrat.* [Panathen.] T. II. p. 316. [p. 287. Steph. p. 323, 259. Bekk.] et alios. [*Platon.* de Rep. lib. VIII. p. 566. A. St. Cf. *Plutarch.* Solon. cap. 15.] Quibus locis si quis uti vellet ad *Moeridem* refellendum, is opera sua ne hilum quidem efficeret. *Σεισάχθεια* enim vox Atticis peculiaris et plane glossematica est.

24. *Σίαλον*] Coll. Gron. *διὰ τοῦ ᾱ καὶ οὐδετέρως.* Pro *σίελον* Cl. *Oudendorpius* ad *Thomam*, qui cum *Moeride* consentit, legendum censet *σίελος.* Sed commode *σίελον* pro accusativo habebimus. Vid. idem *Oudendorp. Moschop. Π. Σ.* p. 54. *Eustath.* ad Od. A. p. 19. *τὸ σίαλον.*

25. *Σπάδων*] Pro *κοινὸν* Coll. Gron. *κοινῶς.* Nullus Codicum *Ἀττικῶς.* Vid. *Thom. M.* et *Wetsten.* ad Matth. XIX. v. 2.

26. *Σᾶ. — τὰ σῶα, Ἑλληνικῶς.*] Ita etiam *Thomas Mag.* Sallier.

Σᾶ. Pro *τὰ σῶα* Coll. Gron. inepte *τὸν Δία. Ἑλληνικῶς* frustra addiderat *Hudsonus. Suidas: Σᾶ. τὰ σῶα λέγουσιν μονοσυλλάβως. ἀπὸ τοῦ σῶα συναιροῦντες. καὶ τὸ σῶον, σῶν, καὶ σῶοι, σοῖ. παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ δισυλλάβως σῶοι.* quo cum loco si quis contulerit eundem *Suidam* v. *Σῶι. μονοσυλλάβως, οἱ σῶοι, καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. οἱ δὲ συνηθέστερον γράφουσι σῶοι. Etymologum* p. 742. in.

Σωδάριον[27], Ἕρμιππος, τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον.

Σῶ μονοσύλλαβον, οἱ σῶοι, καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. ἡ δὲ συνήθης γραφὴ, σῶος (leg. *σῶοι*) *λέγει δὲ Ὧρος ὁ Μιλήσιος ἔχειν τὸ* 348 *ι προσγεγραμμένον.* et *Eustathii* locum, a multis excitatum, ad Il. *N.* p. 940. l. 15. *τὸ δὲ σῶς εὕρηταί φασι καὶ θηλυκῶς. Ἀριστοφάνης· Παρ' οὕτω ἡμῖν ἡ πόλις μάλιστα σῶς ἂν εἴη. λέγουσι δὲ καὶ σᾶ τὰ σῶα οἱ παλαιοί. παρ' οἷς καὶ σᾶ ἡ σῶα. Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ· Εὔφημα* (hoc suspectum) *καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα. Ἀριστοφάνης· Ἡ μᾶζα γὰρ σᾶ, καὶ τὰ κρέα, χ' ὠ κάραβος. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπών τινα καὶ αὐτὸς τοιαῦτα λέγει ὅτι καὶ σῶοι σοί. καὶ σῶ [δέ φησι μονοσυλλάβως οἱ σῶοι καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ.* Si quis, inquam, haec cum priore *Suidae* loco contulerit, facile videbit aut errasse Lexicographum, aut, quod ego censeo, medela indigere. Ita autem secum in concordiam redibit *Suidas*, si scribamus: *παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ μονοσυλλάβως Σῶι*, vel deleto *δισυλλάβως*, quod videri possit a sciolo additum, postquam *Σῶ* sive *Σῷ* in *Σῶοι* mutatum esset: *παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ Σῷ.* In *Hesychio* pro *Σῶ, σώω,* praestat etiam *Σῶ, σῶοι.*

27. *Σωδάριον*] *Σουδάρια, τὰ τῶν κεφαλῶν σιμικίνθια, τὰ ἐγχείρια. Gloss.* MS. Hudson.

Σωδάριον. Locus perdifficilis, qui iam olim Viro Illustri hominique longe eruditissimo *Claudio Salmasio* mirus fuit visus. Ita is Plin. Exerc. p. 1211. D. (p. 852. nov. edit.) „*Sudarium* a *sudore?* Et cui non ita visum est? *Firmicus sudarios* vocat, qui ex palaestra Veneria sudant lib. III. cap. 7. Ita enim vetustissimus liber legit: *faciet infames, libidinosos et puerorum amatores et ex coitu sudarios. Moeris* tamen *Atticista* in Lexico notat apud Hermippum veteris comoediae poëtam *σωδάριον* reperiri eo sensu, quo *σουδάριον* vulgo tum in Graecia sumebatur: *Σωδάριον, Ἕρμιππος, τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον.* Quae profecto mira sunt.“ *Salmasio* paria scribit *Jo. Ger. Vossius,* Vir inter primos numerandus, in Etymol. v. *Sudarium.* „*Sudarium,* linteum, quo *sudorem* detergimus. Posteriores Graeci itidem *σουδάριον* vocant. Veteres dixere *καψιδρώτιον, ἀπὸ τοῦ κάπτειν ἱδρῶτα.* ***Pollux*** lib. II. sect. 16. *Εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν μέσῃ κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται.* Non refugit *σουδαρίου* vocem *Nonnus* in paraphrasi cap. 11. et 20. Mirum vero, cum *Pollux* clare indicet esse posterioris aevi vocem; *Moerin* tamen *Atticistam* scribere: *Σωδάριον, Ἕρμιππος, τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον.* Ubi si intelligendus *Hermippus,* veteris 349 comoediae poëta, sane necesse sit Latinos *sudarium* ex Graeco *σωδάριον* fecisse. Sed metuo, ne *Moeris* fallat fallaturque. Analogia enim comprobat, a *sudando* vel *sudore* esse

„*sudarium*, ut a *pomo pomarium*, ab *auctu auctarium*, ab „*admissu admissarius*. Similiaque *armarium*, *apiarium*, *rosarium* et alia. Eo minus *Nonno* credendum, qui locis ante „memoratis Syriacam esse vocem „dicit. Scio legi apud Chaldaeum „interpretem Exodi XXXIV. v. „33. 34. et Ruth. III. v. 15. „item apud Syriacum interpretem, Act. cap. XIX. v. 12. Verum eo tempore, ut alia multa, „ita hoc vocabulum etiam Oriens „acceperat a Romanis. De hoc „iudicium ferre non poterat *Nonnus*, quia Latine nesciret." Haec *Vossius*. Praestaret fortassis post *Salmasii* et *Vossii* haesitationem nihil afferre et Glossam intactam silentio praeterire: sed instituti ratio non patitur. Itaque cogitata exponam. Athenienses olim prae ceteris Graecis et victu et dialecto usi sunt e reliquis Graecis et barbaris mixta. Testis locupletissimus *Xenophon* de Republ. Athen. [cap. 2, 8.] p. 696. C. *καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.* Hinc multa in linguam suam receperunt vocabula Persica, multa Aegyptia, multa Macedonica, nonnulla Sicula. De Persicis et Macedonicis insignis locus est *Athenaei* lib. III. p. 121. f. *Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ὁ Κυνοῦλκος πιεῖν ᾔτησε δικόκταν, δεῖν λέγων ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν. πρὸς ὃν ὁ Οὐλπιανὸς σχετλιάσας καὶ τύψας τῇ χειρὶ τὸ προσκεφάλαιον ἔφη, μέχρι ποτε βαρβαρίζοντες οὐ παύεσθε; ἢ ἕως ἂν καταλιπὼν τὸ συμπόσιον οἴχωμαι, φέρειν τοιούτους λόγους οὐ δυνάμενος; καὶ ὅς, ἐν Ῥώμῃ τῇ βασιλευούσῃ διατρίβων τὰ νῦν, ὦ λῷστε, ἐπιχωρίῳ κέχρημαι κατὰ τὴν συνήθειαν φωνῇ. Καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσι τοῖς σφόδρα Ἑλληνίζουσιν, ἔστιν εὑρεῖν καὶ Περσικὰ ὀνόματα κείμενα διὰ τὴν τῆς χρήσεως συνήθειαν, ὡς τοὺς παρασάγγας καὶ τοὺς ἀγγάρους, καὶ τὴν σχοῖνον ἢ τὸν σχοῖνον. μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ὁδοῦ μέχρι νῦν, οὕτω παρὰ πολλοῖς καλούμενον. Μακεδονίζοντάς τ' οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν.* Persicum vocabulum est *κυρβασία*, quo utitur *Aristophanes: Κανδύταλις Menandro* et *Diphilo* usurpatum. Vid. *Pollux* lib. X. sect. 138. *Παράδεισος*. *Pollux* lib. IX. sect. 13. *ἥκει καὶ πατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν Ἑλληνικὴν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν*. Multa peregrina vocabula recenset *Eustathius* ad Od. *Σ*. p. 680. Aegyptia quaedam, quae Athenienses civitate donarunt, *Pol*- 350
lux lib. VII. sect. 71. *καλάσιρις, φῶσων, ἡμιτύβιον* etc. quibus adde, quod paulo ante apud *Moeridem* occurrit, *Στίμμις*. *Βατάνιον* sive *πατάνιον*, vocem Siculam teste *Hesychio*, *Eubulus* adhibuit apud *Athen.* lib. IX. p. 396. A. Sic itaque *Hermippus*, veteris comoediae poëta, vocem usurpare potuit Latinam. Quanquam enim Romani tum temporis non valde frequens cum Graecis aut cum Atheniensibus commercium habuerunt, tamen hoc ipso tempore, quo floruit *Hermippus*, aut paulo antea legatos Athenas

Συρμαίαν[28], Ἀττικῶς. τὰ λεπτὰ λάχανα.
Συγγενήσεσιν[29], ἀντὶ τοῦ συνουσίαις. Πλάτων Νόμοις. παρ' ἄλλῳ οὐχ εὗρον.

miserant legum describendarum causa. *Hermippus* cum ceteris veteris comoediae poëtis floruit Olympiad. LXXXV. et seqq. Unde liquet, vocem Latinam ipsi potuisse innotescere, quam vel per iocum adhibuisse censendus est, vel hominem Siculum aut Doriensem ea utentem introduxisse. In *Epicharmi* certe Siculi, Hermippo antiquioris, fragmentis non paucae reperiuntur voces Latinae. *Νοῦμμοι*, *nummi*, apud *Polluc.* lib. IX. sect. 79. ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς Χύτραις φησίν· Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες, εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νοίμμους, πωλατιᾶς γὰρ ἔντι τᾶς ματρός. καὶ πάλιν· Κᾶρυξ ἰὼν εὐθὺς πριῶ μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν. Ὀγγία, *uncia*, ἡμίνα, λίτρα, ex eodem *Eustathius* laudat, ad Il. X. p. 1389. l. 11. ἡ δὲ ἡμίνα οὐδαμοῦ. ἔστι δ' οὖν παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὀγγίαν λέγει, καὶ λίτραν. Πόλτον, *pultem*, *Athenaeus* lib. XIV. p. 648. B. Καὶ Ἐπίχαρμος δὲ οὕτως λέγει ἐν γᾷ καὶ θαλάσσῃ· πόλτον ἕψειν ὄρθριον. Verum tamen harum vocum omnium origo in Italiane an in vicina Sicilia quaerenda sit, obscurum est: neque eadem omnibus licentia. *Epicharmo* Siculo vocabula Siciliensibus nota licuit usurpare; *Hermippo* Atheniensi vix videtur fuisse licitum, vocem Latinae originis in theatrum Atticum inferre, quam nemo fortassis spectatorum intellexisset. Sed forte hominem, ut dixi, Doriensem in scenam introduxit: hi enim ου mutant in ω, ut notissimum. *Moeris* autem hoc nomen, utpote singulare et rarissimum, annotandum et explicandum sibi sumsit. Haec mea de difficillimo hoc loco sententia est; quam, licet veri specie non carere putem, tamen non negaverim, pluribus et validioribus argumentis indigere. Viderint alii: nos et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus. Coll. Gron. τὸ ἐφ' ἡμην.

28. Συρμαία] Vide *Meursii* Graeciam Feriatam. Hudson. 351

Συρμαία. In Cod. Coisl. legitur συρμαίαν. Ibi quoque desideratur vox Ἑλληνικῶς post τὰ λεπτὰ λάχανα, nec necessaria videtur. Sallier.

Συρμαίαν e Coisl. praetuli ob *Aristophanis* locum, quo respexit *Moeris*, Pac. v. 1253. Ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν. ubi vid. *Scholia*, *Pollux* lib. I. sect. 247. ceterique Grammatici. Συρμαίαν βλέπων e vetere Comico pro ναυτιῶν conservavit *Etymologus* p. 736. l. 34. [cf. *Creuzer.* Commentt. Herodott. p. 79.]

29. Συγγενήσεσιν — συνουσίαις] Ita quoque *Hesychius*: Συγγενήσεις, τὰς συνουσίας. Sallier.

Σήσαμα[30], καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ τόπος, οὗ ἐπωλεῖτο.

Συγγενήσεσιν] *ἀντὶ τοῦ* pro *ἀντὶ* repositum e Coisl. R. Coll. Gron. Dein ex iisdem *Πλάτων Νόμοις*. In Edit. *ὡς Πλάτων ἐν Ν.* Leid. *Πλάτωνος Νόμοις*. In marg. *ὡς Πλάτων Ν.* Locus ***Platonis*** est Legg. lib. XII. p. 987. C. [p. 948. C. St.] *καὶ ἐν ἄλλαις συνουσίαις τε καὶ ἰδιωτικαῖς συγγενήσεσιν ἑκάστων.*

30. *Σήσαμα*] Attici loca iisdem nominibus denominare solebant, quibus res significabantur, quae iis in locis aut magno numero erant aut venibant. Res nota etiam iis, qui nondum aere lavantur. Consulendi ***Is. Vossius*** ad Catull. p. 128. ***L. Kusterus*** ad Suid. v. *Δεῖγμα* et *Τοῦψον*, ad Aristoph. Eq. v. 1372. aliique, quos laudat Cl. *Taylorus* Lectt. Lys. cap. ult. qui et ipse quaedam protulit. [Cf. *Abreschius* ad ***Cattieri*** Gazoph. p. 51. cuius verba, quoniam libellus in rarioribus nunc numeratur, huc transcribam: „Attici saepe loca designant per res, quae in iis plurimum inveniuntur aut venduntur. V. *Meurs.* Lectt. Att. III. cap. ult. *Graev.* Lectt. Hesiod. p. 98. *Kuster* ad ***Suid.*** v. *Δεῖγμα*. *Duport.* ad ***Theophrast.*** Char. p. 326. 377. ***Reiske*** in Miscell. Lips. Nov. Vol. II. p. 107. Sic *τοὔλαιον*, *forum olearium*, *οἱ ἰχθύες*, *forum piscarium.*"] Nos, ne aliis iam dicta repetamus, paucis simus contenti. *Ἰχθύες*, ut alibi saepe, pro *foro piscatorio* occurrunt in *Antiphanis* fragmento apud *Athen.* lib. VII. p. 287. E. *Ἄτοπον γε κηρύττουσιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν Κήρυγμα.* Male *Dalechampius de piscibus*. *Μεμβράδες*, pro *foro*, *ubi membrades*, vilissimum piscium genus, *vendebantur*, *Timocles* ibid. lib. VI. p. 241. B. *Λάχανα*, *Alexis* ib. lib. VIII. p. 338. *E.* — *ὥστε γίγνεται Ἐν τοῖς λαχάνοις τὸ λοιπὸν ἡμῖν ἡ μάχη.* *Dalechamp.* iterum *de oleribus*, imo: *in foro olitorio*. *Οἶνος* in *Aristophanis* versibus apud *Suidam* T. I. p. 156. *Τρέχ᾽ εἰς τὸν οἶνον.* Male Latine vertitur: *curre ad vinum.* Rectius apud *Polluc.* lib. X. sect 75. idem fragmentum fuerunt interpretati. *Κενέβρεια*, *forum*, *ubi morticina venditur.* ***Erotianus***: *Κενέβρεια. τὰ νεκριμαῖα κρέα* 352
οὕτω καλοῦνται, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· Οὐκ ἔσθ᾽ ὃ κενέβρειον ὅταν θύῃς τι καλεῖ με (vid. de hoc versu Cl. *Heringa* Obss. Cr. p. 164. coll. *Schol.* Aristoph. Av. v. 538.). *καὶ ἡ ἀγορὰ δὲ ὅπου πωλεῖται τὰ τοιαῦτα, κενέβρεια καλεῖται.* Similiter *Νίτρον*, *forum*, *ubi nitrum*, *aliaque sicca condimenta venibant.* *Hesychius*: *Τακτονίτου* (leg. *Τἄκ τοῦ νίτρου*). *τὰ τῶν μαγείρων ξηρὰ ἀρτύματα διὰ τὸ ἐνταῦθα καὶ τὸ νίτρον πωλεῖσθαι.* Recte omnino *Scholiastes* interpretatur versum *Euripidae* Med. 68. *Ἤκουσα τοῦ λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν, Πεσσοὺς προσελθὼν, ἔνθα δὴ παλαίτατοι Θάσσουσι. Ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους. πεσσοὺς γὰρ*

Σαπρὸν[31], τὸν παλαιὸν οἶνον, Ἀττικῶς.

νῦν, τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρα. quo loco iam alii fuerunt usi; neque ab ista *Scholiastae* explicatione recedendum. Pro *παλαίτατοι* vero malim *παλαίτεροι* e Tragoed. Christ. Pat. v. 1186. ut *πρεσβύτεροι, γεραίτεροι*. Comparativi enim pro positivis Atticis fuerunt in deliciis. *Hesychius*: *Νεώτερον, οὐ μόνον συγκριτικῶς, ἀλλὰ καὶ νέον Ἀττικοί*. Vid. *Steph.* de D. A. p. 38. Hoc obiter. Verum ex eadem hac Synecdoches specie explicandus alter *Euripidis* locus plane insignis, ab interpretibus non intellectus, Iphigen. Taur. v. 968. seqq. Ὅσαι μὲν οὖν ἕζοντο πεισθεῖσαι δίκῃ, Ψῆφον παρ' αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν. Ὅσαι δ' Ἐριννύων οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ, Δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί. Orestae verba sunt iudicium in Areopago narrantis, in quo ope Minervae victor evaserat. Audiamus interpretem. Ita ille: *Quaecunque igitur Furiarum sedebant, acquiescentes iudicio, Suffragia prope ipsa me pro sancto et pro puro statuerunt habere* etc. Nihil vidi magis. Ψῆφος hic est *locus, ubi suffragia data sunt, aut solent dari*, ὅπου αἱ ψῆφοι τίθενται, *Areopagus*. Debuerat autem ita Latine verti: *Quotquot igitur Furiarum consederunt, victae iudicio, Iuxta* vel *Prope ipsum locum, ubi suffragia data sunt, templum*, sive *sacellum, constituerunt habere*. Ne dubites, en! alterum ipsius *Euripidis* locum, Electr. v. 1270. Δειναὶ μὲν οὖν θεαὶ τῷ δ' ἄχει πεπληγμέναι Πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονὸς, Σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον. Idem liquet ex *Aeschyli* Eumenisin, non uno loco. Diserte *Pausanias* in Atticis [lib. I. cap. 28, 6.] p. 68. postquam de Areopago et Orestae iudicio egisset: Πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνὰς, Ἡσίοδος δὲ Ἐριννῦς ἐν Θεογονίᾳ. Vid. *Meursius* de Areopago cap. 2.

31. Σαπρὸν, τὸν π. οἶνον, *Ἀ.*] Usus est *Moeridis* ob- 353
servatione Illustris *Spanhemius* ad *Aristoph.* Plut. v. 1087. Ἀλλ' ἔστι κομιδῇ τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά. Σαπρὸν Atticis dicitur *vetustum*. Vid. *Phrynichus* p. 166. [p. 377. Lob.] *Suidas* v. *Salmasius* de L. Hellen. p. 110. *Casaubon.* ad Theophr. Charact. p. 249. [p. 141. sq. Fisch.] alii ad Thomam laudati. Conf. *Wetsten.* ad Matth. cap. VII. v. 18. Οἶνος σαπρίας occurrit apud *Hermippum* ap. *Athen.* lib. I. p. 29. F. Sed *Moeridi* illustrando unice accommodatus est *Alexidis* locus e Saltatrice apud eundem *Athen.* lib. X. p. 441. D. Γυναιξὶ δ' ἀρκεῖ πάντ' ἐὰν γ' οἶνος παρῇ Πίνειν διαρκής. ἀλλὰ μὴν νὴ τὼ θεὼ, Ἔσται γ' ὅσον ἂν βουλώμεθ', ἔσται καὶ μάλα Ἡδύς γ'. ὀδόντας οὐκ ἔχων, ἤδη σαπρός. Λέγων γέρων γε δαιμονίως. ἀσπάζομαι. ubi versu ultimo Magnus *Casaubonus* vel Ἄγαν γέρων γε, vel Οἶνον γέροντα legit. Prius praeplacet. Verum versu 4. aliam lectionem conservavit *Eustathius* ad Odyss. B.

Σκυτοτόμον[33], Ἀττικῶς. σκυτέα, Ἑλληνικῶς.
Σαλπικτὴς[33], Ἀττικῶς. σαλπιστὴς, Ἑλληνικῶς.

p. 100. l. 47. Οἶνον δὲ παλαιὸν Ὁμήρου εἰπόντος, οἱ ὕστερον ἀστείως μεταλαβόντες, γερόντα τὸν τοιοῦτον εἶπον. οἷον γέρων Θάσιος οἶνος. ὅπερ ἡδύτερον ὁ Κωμικὸς Ἄλεξις φράζων, φησίν· οἶνος καὶ μάλα Πολύς γε ὀδόντας οὐκ ἔχων. ἤδη σαπρὸς, γέρων δαιμονίως. Τοιοῦτον δέ φασι παλαιὸν ἡδύποτον οἶνον τοῖς κωθωνιζομένοις δίδωσιν Ὅμηρος. εἰκὸς δὲ τὸν εἰρημένον γέροντα καὶ σαπρὸν οἶνον καὶ σαπρίαν ἀρσενικῷ γένει λεχθῆναι. οὗ χρῆσις ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κ. τ. λ. Pro ἡδὺς *Eustathius* praebet πολὺς, quae vox nauci est: sed leviter mutata elegantissimam exhibebit lectionem et Comico dignam: Πολιός γ', ὀδόντας οὐκ ἔχων, aut, si quis ita velit, utraque servata: Ἡδύς γ', ὀδόντας οὐχ ἔχων. ἤδη σαπρός. Πολιὸς, γέρων γε δαιμονίως. *Vinum vetustum* primo ioco dictum οἶνος πολιὸς, dein etiam extra iocum in consuetudine usurpari coepit. Vid. *Eustathius* ibid. p. 101. l. 4. *Firmus* Epist. X. apud *Muratorium* in Anecd. amico mittit στάμνον οἴνου πολιοῦ. Recte *Scaliger* in *Euripidis* Electr. v. 497. pro Παλαιὸν reposuit Πολιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε. Nisi praeferendum: Πολιοῦ τε θ. Διονύσου τόδε.

32. Σκυτοτόμον, Ἀττικῶς.] Recte, cum ea vox usurpetur a *Platone* in Theaet. p. 130. [p. 180. D. St.] παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἅτε σοφωτέρων, ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόμοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες. [add. Sympos. p. 191. A. St.] Atticam igitur esse nemo negaverit. Non ideo tamen nomen σκυτεὺς damnandum est, quo constat usum esse *Aristoph.* Avib. v. 491. Ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον, χαλκῆς, κεραμῆς, σκυτοδέψαι, Σκυ- 354 τῆς. SALLIER.

Σκυτοτόμον. Laudavit *Menagius* ad Diog. Laërt. lib. II. sect. 122. Σκυτοτόμον, Ἀττικοί. σκυτέα, Ἕλληνες. Sic. *Moschopulus* Π. Σ. p. 193. Σκυτοτόμος παρ' Ἀττικοῖς ὁ σκυτεύς. ἤγουν ὁ κοινῶς τζαγκάριος. Utrumque et σκυτοτόμος et σκυτεὺς pro *sutore* satis frequens. Recentiores videntur haec duo distinxisse. In *Hesychio* tamen forte distinctio tollenda et Glossae iungendae: Σκυτοτόμος, λωροτόμος, σκυτεὺς, σκυτοῤῥάφος. Apud *Michaëlem Psellum* est σκυτόμος. Ῥάδαμνος κλάδος καὶ βλαστός. σκυτόμος. λωροτόμος. Sed suus homini error relinquendus est; e versus politici enim dimensione liquet, ipsum non aliter scripsisse.

33. Σαλπικτὴς] Is articulus debetur Codici Coislin. Nec abesse debere illud ostendit, quod eadem doceant *Phrynichus* p. 80. [p. 191. Lob.] et *Thomas M.* SALLIER.

Σαλπικτής. Sic Coisl. Coll. Gron. Σαλπιγκτὴς, quae sincerior scriptura videtur *D'Orvillio* ad Charit. p. 660. [p. 604. ed.

Σάκος[34], Ἀττικῶς. σάκκος, διὰ δύο κ̄, Ἑλληνικῶς.

Σκίμπους[35], Ἀττικῶς. κράβατος, Ἑλληνικῶς.

Σκότος[36], οὐδετέρως, Ἀττικῶς. σκοτία, Ἑλληνικῶς.

Lips.] Conf. *Wesseling.* ad Diod. Sic. T. II. p. 203.

34. *Σάκος, Α. σάκκος διὰ δύο κ̄, Ἑ.*] Sic voces transponunt MSS. C. R. Coll. Gron. In *Hudsoni* edit. est: σάκκος, Ἑλληνικῶς, διὰ δύο κ̄. *Aristoph.* Acharn. v. 822. *Κλάων Μεγαρικεῦ*· οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον. ubi vid. *Schol.* et ad Lys. v. 1213. *Eustath.* ad Il. *Ε.* p. 447. l. 27. καὶ μὴν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸν σάκκον φασὶ καὶ δι' ἑνὸς γράφεσθαι κ̄. Add. not. ad Thom. et Cl. *Heringam* Obss. p. 170.

35. *Σκίμπους*] *Aristoph.* Nub. v. 253. Coll. Gron. σκίμπη. *Κράβατος* C. Reg. Coll. Gron. Schl. non κράββατος, ut supra in Ἀσκάντης. Vid. *Phrynich.* p. 20. [p. 62. Lob.] et *Thom. M.*

36. *Σκότος*] At *Thomas Magister* masculinum et neutrum in usu fuisse ait: ὁ σκότος καὶ τὸ σκότος. τὸ δὲ σκοτία οὐκ ἐν χρήσει. Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις· σκότον δεδορκώς. *Photius* Lex. MS. *Σκότος* καὶ σκότον ἑκατέρως. οὕτως Ἀμειψίας. ubi scribendum: ὁ σκότος, καὶ τὸ σκότος ἑκατέρως· οὕτως Ἀμει-
355 ψίας. Nusquam enim τὸ σκότον reperias. Nec dubitandi locum relinquit *Eustathii* locus ad Homer. [Il. N.] p. 953. [v. 40. ed. Rom.] e quo praeterea discimus, scriptores illos, qui post *Homerum* vixerunt, masculino et neutro genere promiscue usos: ὅρα δὲ ὡς καὶ νῦν ἀρσενικῶς ὁ σκότος ἐγράφη. οὕτω γὰρ οἶδεν Ὅμηρος, εἰ καὶ παρὰ τοῖς ὕστερον διαφορεῖται, ὁμοίως τῷ ὁ ὄνειδος καὶ τὸ ὄνειδος. Aliter tamen *Ael. Dionys.* teste eodem *Eustathio* [ad Od. A.] p. 1390. [v. 56. ed. Rom.] qui solum masculinum genus ab Atticis usurpari solitum ostendit: illudque ab *Aeschylo, Sophocle* et *Euripide* constanter observatum, plurimis exemplis ostendi posset. Neutrum tamen semel occurrit in *Eurip.* fragmento [Peleo III. p. 577. ed. Musgr.] p. 489. Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος. sed ibi legendum videtur τοιοῦτος. Praeterquam enim, quod nullum eiusce nominis neutro genere sumti exemplum in illius tragoediis legitur, *Dionysio* tutius, quam *Moeridi* et *Thomae* creditur. Sallier.

Σκότος. Utroque genere, et neutro et masculino, apud scriptores Atticos et tragicos etiam legi notavit Cl. *Valckenaerius* ad Euripid. Phoen. v. 380. ubi *Athenaei* locum excitavit lib. IX. p. 498. A. Conf. *Eustathius* ad Il. *Α.* p. 55. l. 35. seqq. *Πολύ τι σκότος* apud *Demosth.* de Coron. p. 336. A. [p. 281. Reisk. p. 250, 159. Bekk.] Contra Eubul. p. 537. A. [p. 1301. Reisk. p. 506, 10. Bekk.] τὸ σκότος ἤδη

Σμώμενος [37], Ἀττικῶς. σμηχόμενος, Ἑλληνικῶς.
Συβωτεῖν [38], Ἀττικῶς. ὑοβοσκεῖν, Ἑλληνικῶς.
Σαίρειν [39], Ἀττικῶς. σαροῦν, Ἑλληνικῶς.
Σμικρὸν [40], Ἀττικῶς. μικρὸν, κοινόν.
Σφαδάζειν [41], Ἀττικῶς. δυσθανατᾷν, Ἑλληνικῶς.

εἶναι. In MSS. etiam saepe variatum, ut apud *Thucydidem* lib. II. [cap. 4.] p. 99. l. 71. pro σκότῳ MS. σκότει. σκότους apud eundem lib. III. [cap. 23.] p. 181. l. 78. et alios scriptores Atticos. Σκότος et σκότον in accusativo dixit *Ameipsias* apud *Photium*: Σκότος καὶ σκότον ἑκατέρως. οὕτως Ἀμειψίας. ubi nihil mutandum.

37. Σμώμενος] *Hesychius*: Σμώμενος, σμηχόμενος. *Aristophanes* Lemniis apud *Pollucem* lib. VII. sect. 166. Ἀλλ' ἀρτίως κατέλιπον αὐτὴν σμωμένην Ἐν τῇ πυέλῳ. In *Antiphanis* fragmento apud *Clementem Alexandr.*, quod supra v. Ῥύπτεσθαι emaculavi, legitur quidem Σμήχεται, κτενίζετ', ἐκβέβηκε, τρίβεται. et verbum σμήχεσθαι alibi in scriptoribus Atticis occurrit: sed, nisi cum *Grotio* multa transponere velimus, reponendum Σμᾶται, cuius alterum glossema est. Diphthongum enim αι ante consonam non posse corripi, nemo paulo humanior est, qui hodie dubitet.

38. Συβοτεῖν] Coisl. Leid. Coll. Gron. per ω Συβωτεῖν, ut
356 apud *Thomam* v. *Etymol.* p. 81. l. 23. Passim in hac voce ο et ω variari notavit Cl. *Oudendorpius* ad Thom. Verbum συβωτεῖν apud veterum reperi neminem, συβώτην apud *Platon.* [Theaeteto] p. 128. A. [p. 174. D. St.]

39. Σαίρειν, Ἀ. σαροῦν, Ἑ.] In MS. σαίρειν. Hudson.

Similiter Leid. Verum C. R. Coll. Gron. Schl. σαροῦν. Σαίρειν reperias apud *Euripidem*, praeterquam Hecuba a *Thoma* laudata, Androm. v. 166. Cyclop. v. 29. 33. Ione v. 795. *Sophocl.* Antigon. v. 415. Adi et *Wetsten.* ad Matth. cap. XII. v. 44.

40. *Σμικρὸν, Ἀ.] Vid. personatus *Kusterus* ad *Xenoph.* Oecon. cap. 8. p. 109. sq.

41. Σφαδάζειν, Ἀ. δυσθανατεῖν, Ἑ.] Cod. Coisl. habet δυσθανατᾷν, quod est fortasse praeferendum: δυσθανατέω enim in censum vocum Atticarum venire debet, cum ea utatur *Plato* Reipubl. lib. III. p. 406. B. Equidem verbum δυσθανατάω nusquam reperire contigit. Verum cum simplex θανατάω saepissime occurrat, compositum δυσθανατάω locum habere posse quis dubitet? Sallier.

Σφαδάζειν. Multis hoc verbum ornarunt *Stephanus* in Thes. T. III. p. 1155. *J. Tollius* ad Longin. cap. 25. p. 150. et Amicissimus *Ruhnkenius* ad Tim. p. 173. [p. 242. sq.] Eo autem sensu, quo *Moeris* hic explicat, pro *moribundum palpitare, calcitrare,*

Στέμφυλα [42], Ἀττικῶς. στρέμφυλα, Ἑλληνικῶς. Στύρακα [43], θηλυκῶς, Ἀττικῶς. ἀρσενικῶς, Ἕλληνες.

non admodum frequens est. Eam autem vim habet in composito ἀσφάδαστος apud *Sophocl.* Ai. v. 849. et *Aeschyl.* Agam. v. 1302. Saepissime hoc sensu σπαίρειν et Attice ἀσπαίρειν occurrunt. Utrumque ἀσπαίρειν et σφαδάζειν coniunxit *Eustathius* ad Il. *N*. p. 922. l. 48. καί τις ἀσπαίρων σφαδάζει. Atque hoc quidem loco nefas ducerem, si ingeniosissimam *Valckenaerii*, Viri supra meas laudes positi, correctionem negligerem in *Euripidis* Electr. v. 842. de Aegistho ab Oresta percusso: — Πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω Ἤσπαιρεν, ἠλάλαζε δυσθνῆσκον φόνῳ. Pro ἠλάλαζε Vir Cl. reponendum censet ἐσφάδαζε, qua coniectura nihil excogitari potest elegantius. — *Δυσθανατᾷν* pro δυσθανατεῖν recepi e Coisl. et Coll. Schl. Hanc enim verbi formam agnoscit *Etymologus* in Θανατῶ, *Auctor Vetus* apud *Suidam* v. Δυσθα-
357 νατῶντα, *Agathias* apud *Jungerm.* ad Polluc. lib. III. sect. 106. Δυσθανατεῖν *Philostrat.* V. A. lib. V. cap. 16. Δυσθανατοῦν *Hesychius* in Σφαδάζει, δυσθανατοῖ. nisi velis δυσθανατεῖ.

42. Στέμφυλα, τὰ τῶν ἐλαιῶν, Ἀ. στέμφυλα, τὰ τῶν βοτρύων, Ἑ.] In MS. στρόμφυλα. Hudson.

Στέμφυλα. Quae *Hudsonus* interseruit τὰ τῶν ἐλαιῶν et τὰ τῶν βοτρύων, e *Phrynicho* p. 180. [p. 405. Lob.] aut *Thoma Magistro* sunt petita. MS. Leid. praebet: Στέμφυλα, Ἀττικῶς. στράμφολα, Ἑλληνικῶς. In marg. σταφυλαί. Coislin. autem, Reg. Coll. Gronov. et Schlaeg. Στέμφυλα, Ἀττικῶς. στρέμφυλα, Ἑλλ. quam lectionem confirmat *Moschopulus* Π. Σ. p. 198. Στέμφυλα, τὰ κοινῶς στρέμφυλα. ἤγουν τὰ τῶν ἐλαῶν ἀποπιέσματα, καὶ τὰ τῶν βοτρύων ἀποπιέσματα. Pari ratione recentiores Graeci pro σταχύδιον corrupta pronunciatione dixere στραχύδιον. Vide *Meursii* Glossar. De στεμφύλοις *Ruhnken.* ad Tim. v. [p. 239.]

43. Στύρακα] Ibi sermo est de lacrima styracis arboris, quam masculino genere *Moeris* efferri negat, in ea re minime audiendus, cum *Aristoteles* masculinam fecerit Hist. Anim. lib. IV. [cap. 8.] p. 106. ed. Sylburg. καὶ ἐλαφείου κέρατος θυμιωμένου τὰ πλεῖστα φεύγει τῶν τοιούτων. μάλιστα δὲ φεύγουσι θυμιωμένου τοῦ στύρακος. *Aristotelem* vero secuti omnes, quos legisse contigit, v. g. *Dioscorides* lib. I. cap. 7. *Galenus* lib. IV. Meth. cap. 4. Meminit quoque styracis *Theophr.* Hist. Plant. lib. I. cap. 9. sed cum ibi nec articulus nec adiectivum occurrat, quid senserit, divinare non ita facile est. Sallier.

Στύραξ. Vid. *Ammonius* p. 132. et Cl. *Valckenaerius*.

Σκευωρία[44] *καὶ σκευωρήματα, Ἀττικῶς. συσκευή, Ἕλληνες.*

Συνέριθοι[45], *Ἀττικῶς. συνυφαίνουσαι, Ἑλληνικῶς.*

Στρωματόδεσμος[46], *Ἀττικῶς. στρωματεύς, Ἑλληνικῶς.*

44. *Σκευωρία. — συσκευή, Ἑ.*] Aliis *κατασκευή*. Hudson.

Σκευωρία καὶ σκευωρήματα. Coisl. Reg. et Coll. Gron. habent *σκαιωρήματα*, ut apud *Suidam*: *Σκαιωρία, ἡ κακὴ βουλή.* Praestat autem cum Cel. *Oudendorpio* ad Thomam legere *σκευώρημα* in singulari: quod pro *do-*
358 *losa machinatione*, ut et alterum *σκευωρία*, legitur apud *Demosthenem* locis a *Budaeo* Comm. p. 582. excitatis, quem vide et *Tib. Hemsterhusium* ad Poll. lib. IX. sect. 133. Post *συσκευή* in Ed. et Leid. erat *δὲ*, quam voculam praeeuntibus C. R. et Coll. Gron. delevi. Noster enim non opponit vocem *συσκευὴν* nominibus *σκευωρία* et *σκευώρημα*, sed per eam explicat. *Ἕλληνες* et hic et saepe. Sed in Codd. haec vox compendio est scripta *Ἑλλην.* et sic Coll. Gron. hoc loco.

45. *Συνέριθοι*] Leid. *Σκυέριθοι* et *συνηφαίνουσαι*. *Hesychius*: *Συνέριθοι, συνυφαίνουσαι, συνεργοί.* Posterioris significationis e *Platone* aliisque scriptoribus Atticis exempla dedit Cl. *Ruhnkenius* ad Timaeum v. [p. 242.] Prioris, quam propriam esse scribit *Eustathius* ad Odyss. *Z.* p. 244. apud Atticos exempla nondum reperi. Verum occurrit hoc sensu in *Leonidae* Epigrammate, quod inter Iensiana est CXXIII. v. 3. *Καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν συνέριθον ἄτρακτον Ἥεισεν.* Sic leg. pro *σευερίθον*. Simili ratione *Theocritus* Idyll. XXVIII. v. 1. *colum φιλέριθον* dixit, *Antipater* Anthol. lib. I. cap. LXXVIII. epigr. 1. v. 3. *συνεργὸν ἠλακάτην*. *Incertus* Anthol. lib. VI. cap. VIII. epigr. 6. v. 1. *Κερκίδα — φιλοεργόν.* Ita forte etiam *συνέριθος* intelligendum in *Callimachi* Epigr. XVII. v. 3. *Ἡδίσταν συνέριθον, ἀεὶ λάλον.* et in alio apud *Gruterum* Inscriptt. p. 1031. X. *Βιττὼ καὶ Φαινὶς φίλη ἡμέρη αἱ συνέριθοι Αἱ πενιχραὶ γραῖαι τῇδ' ἐκλίθημεν ὁμοῦ.* Verum in *Philippi* Epigrammate Anthol. lib. I. cap. LXXIV. 1. v. 3. *συνέριθοι* sunt *mulieres, quae una spicas legebant.* *Λιμὸν ὀϊζυρὴν ἀπαμυνομένη πολυγήρως Νικὼ σὺν κούραις ἠκρολόγει στάχυας. Ὤλετο δ' ἐκ θάλπους· τῇδ' ἐκ καλάμης συνέριθοι Νῆσαν πυρκαϊὴν ἄξυλον ἐκ σταχυῶν.*

46. *Στρωματόδεσμος, Ἀ. στρωματεύς, Ἑλλ.*] Hancce vocem tamen reperias apud *Theophrastum* Hist. Plant. lib. IV. cap. 2. *ἐξ οὗ τοὺς κρίκους διατορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους.* Sallier.

Στρωματόδεσμος. Vid. *Phrynichus* p. 178. [p. 401. Lob.] *Thomas M.* v. et notae. *Pollux*

Στασιώτης[47], Ἀττικῶς. στασιαστὴς, Ἑλληνικῶς.
Στερίφη[48], Ἀττικῶς. ἡ στεῖρα, στεῤῥὰ, Ἑλληνικῶς.

lib. VII. sect. 79. et X. 138. καὶ στρωματεῖς δὲ Ἀπολλόδωρός
359 τε ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι ἔφη· μάχαιρα, λόγχη, στρωματεύς. ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος Καρύστιος ἐν Ἀντευεργετοῦντι· Τοὺς στρωματεῖς ἔλυον. κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἀποκαρτεροῦντι. ubi consule Cl. *Hemsterhusium*. Στρωματόδεσμον συσκευάσασθαι *Plato* Theaet. p. 129. A. [p. 175. E. St. add. *Aeschines* de Falsa Leg. p. 41. Steph. p. 347, 99. Bekk.]

47. Στασιώτης, Ἀ. στασιαστὴς, Ἑλληνικῶς.] Quod longe verisimillimum est; nullum enim illius exemplum in Atticorum scriptis legisse meminimus, quin et apud Lexicographos frustra conquiras, tametsi illud nomen interdum occurrat. Utitur v. g. *Josephus* [Antiqq. Iud. lib. XIV. cap. 1, 3.] p. 469. Φίλος δέ τις Ὑρκανοῦ Ἰδουμαῖος Ἀντίπατρος λεγόμενος, πολλῶν μὲν εὐπορῶν χρημάτων, δραστήριος δὲ τὴν φύσιν ὢν καὶ στασιαστής. Utitur et *Ptolemaeus* in Tetrab. p. 165. Sallier.

Στασιώτης. *Herodot.* lib. I. cap. 13. cap. 59. etc. Apud *Platonem* Theaet. p. 132. D. [p. 181. A. St.] οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται philosophi sunt, *qui universum stabile ponunt.* Utitur *Moeride Wetstenius* ad Marc. cap. XV. v. 7. ubi συστασιασταί.

48. Στερίφη, Ἀττικῶς. στεῤῥὰ, Ἑλληνικῶς] Ita Cod. Coislin. quae lectio defendi potest. Etenim vocis στέριφος duae sunt significationes, *firmus* nempe et *sterilis*. Cum autem *Moeris* alteram supra attingit, de priore ibi agere voluisse verosimile est. At, inquiet aliquis, vox στεῤῥὸς ab *Aeschylo* et *Euripide* saepenumero usurpatur; non igitur a *Moeride* inter voces parum Atticas amandari potuit. Sed cui compertum non est, ad eum lapidem Grammaticos saepe offendere? Deinde vero eadem est ratio nominis στεῖρα, utpote quae ab *Onomacrito* Atheniensi cive usurpata deprehendatur. Sic enim ille, ubi de Ostrita v. 115. Τοῖον γαῖα βρότοισιν ἀρηγόνα τίκτεν ὀρείτην Ὅστε καὶ οὐταμένοις ἄκος ἡρώεσσι κομίζει Καὶ στείρησι γυναιξὶ τεκεῖν φίλα τέκνα δίδωσι. Accedit *Euripides* Andromach. v. 711. Ἡ στεῖρος οὖσα μόσχος οὐκ ἀνέξεται. Sallier.

Στερίφη, Ἀ. ἡ στεῖρα, στεῤῥὰ, Ἑλλ. Ed. et Leid. pro στεῤῥὰ habent στερὰ, quam vocem una litura sanandam censet Cel. *Ruhnkenius* ad Tim. v. Στερίφαι [p. 238. sq.]. cuius sententia non videtur adspernanda. Verum Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. exhibent utrumque στεῖρα et στεῤῥά. Respicit *Moeris Aristophanis* Thesmoph. v. 648. Στερίφη γάρ εἰμι, κοὐκ ἐκύησα πώποτε. *Moschopulus* Π. Σ. p. 198. Στερίφη, 360
ἡ στεῖρα. Γῆ ἄγονος et στερίφη *Aelian.* H. A. lib. II. cap. 49. *pecudes* στερίφαι. lib. III. cap. 33. Plura dabit modo laudatus *Ruhnkenius*.

Σκιμαλίσαι[49], *Ἀττικῶς. καταδακτυλίσαι, Ἑλληνικῶς.*
Σιτίζειν[50] *τὸ παιδίον, Ἀττικῶς. ψωμίζειν, Ἑλληνικῶς.*
Σχινδαλμὸς[51], *ἐν τῷ χ̄, Ἀττικῶς. σκινδαλμὸς, Ἕλληνες.*

49. *Σκιμαλίσαι, Ἀ. καταδακτυλίσαι, Ἑ.*] *Hesychius: Σκιμαλίσαι, καταδακτυλίσαι. Aristoph.* Acharn. v. 443. *Ὅπως ἂν αὐτοὺς ῥηματίοις σκιμαλίσω.* ubi vid. *Scholia* et *Suidam* v. Pace v. 548. *Καὶ τὸν δορυξόον οἷον ἐσκιμάλισεν.* ubi etiam adi *Schol.* et *Menag.* ad Diogen. Laërt. lib. VII. cap. 17. *Hesych. Σιφνιάζειν.*

50. *Σιτίζειν τὸ παιδίον*] Is articulus debetur Codici Coisl. (et Coll. Gron.) Sed pro *ψωνίζειν* scribendum est *ψωμίζειν.* et ita *Thomas Mag. Σιτίζειν, Ἀττικοὶ, οὐ σιτεύειν, οὐδὲ ψωμίζειν.* Sallier.

Σιτίζειν. Aristophan. Eq. v. 713. *Κᾆθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς. Xenophon* Conviv. [cap. 4, 9.] p. 882. B. *ὥσπερ ἔνιοι τοὺς ἀλεκτρυόνας σκόροδα σιτίσαντες συμβάλλουσι. Herodot.* lib. VI. cap. 52. *Moschopulus Π. Σ.* p. 54. *Σιτίζω τὸ παιδίον, ἀντὶ τοῦ ψωμίζω. Hesychius: Σιτήσας, θρέψας.* Leg. *Σιτίσας.* Conf. not. ad *Thom.* v.

51. *Σχινδαλμός*] Aliis *Σχινδάλαμος.* Minus recte forsan apud *Aristophanem σκινδαλμὸς* cum κ̄. Vid. *Lamb. Bosium* in Observv. Critt. p. 186. Hudson.

Σχινδαλμός. Apud *Aristophanem* tamen *σκινδαλμὸς* scriptum semper reperias. Ita quoque *Lucianus* [Disc. cum Hes. 5.] T. II. p. 602. [T. III. p. 243. l. 77.] Hinc non iniuria quis suspicetur, *Moeridem* scripsisse: *Σκινδαλμὸς, ἐν τῷ κ̄, Ἀττικῶς. σχινδαλμὸς, Ἕλληνες.* Sallier.

Σχινδαλμός. De ipsa voce, quam *Scholiasta* Aristophanis et *Suidas* aliique satis explicuerunt, nihil dicam; pauca de diversa scribendi ratione. *Hesychius: Σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ τοῦ χ̄, σχινδάλαμος. ἄλλοι σκινδαλμός.* Apud *Aristophanem* bis per κ̄ scriptum Nub. v. 130. Ran. v. 835. sed *Moeridis* auctoritate χ̄ pro κ̄ ponenda est. 361
[cf. *Matthaei* Lectt. Mosq. T. II. p. 87.] Atticis enim in quibusdam verbis et nominibus placuit post sibilum σ̄ litteras κ̄ et π̄ mutare in χ̄ et φ̄. Ita *Λίσφος* dixerunt pro *Λίσπος,* quod supra e *Tzetze* monuimus. *Ἀσφάραγος* pro *Ἀσπάραγος.* Vid. not. ad *Phrynich.* p. 40. [p. 110. Lob.] *Σφόνδυλος* pro *σπόνδυλος. Σχελίδες* pro *Σκελίδες,* uti ad *Euripidis* Phoeniss. v. 1422. monuit Cl. *Valckenaerius,* ubi *Moeridem* etiam excitavit. Eadem varietas in *Σφονδύλη* et *Σπονδύλη, Σχέραφος* et *Σκέραφος* apud *Hesychium.* Pro *ἀνασκινδυλευθῆναι* apud *Platonem Timaeus* et *Phrynichus*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Τ.

Ταινία[1], Ἀττικῶς. στηθοδεσμὶς, Ἑλληνικῶς.
Τεύτλιον[2], Ἀττικῶς. σεῦτλον, Ἑλληνικῶς.

Ruhnkenio nostro laudatus repererunt *ἀνασχινδυλευθῆναι* per χ. *Σφόγγος* pro *σπόγγος* apud *Etymologum*. Levi emendatione succurrendum *Corintho* de D. A. [p. 148. ed. Schaef.] *Τὸν πνεύμονα πλεύμονα λέγουσι καὶ τὸ νίτρον λίτρον, καὶ τὴν σπογγίαν σπογγιάν.* Lege *σφογγίαν*. *Ἀποσχαλιδώματα* *Xenophontis* Cyneg. [cap. 10, 7.] p. 992. per κ scribuntur apud *Hesychium* *Ἀποσκαλιδώματα*. *Stercus caprinum* ceteri Graeci dixere *σπυράθους, σπυράδας*, *Aristophanes* Pace v. 790. per φ, *σφυράδας*, et similiter *Eupolis* in *Scholiis* citatus. *Hesychius*: *Σφυράδες, τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων, οἱ δὲ σπυρίας.* Leg. *σπυράδας*.

1. *Ταινία*] Ea voce ibi significantur *zonae* sive *fasciae pectorales*. Aliter *Etymologus*, quem audire iuvat: *Ταινίας. ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων πεζετία, στέμματα, στεφάνη, ζώνη. ἐπὶ δὲ ξύλων τὰ κυμάτια. ἐτυμολογεῖται δὲ τὸ ταίνω. ὃ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν γίνεται τιταίνω. ἢ παρὰ τὸ τανίω. σημαίνει γὰρ, φασὶ, τὸ στηθοδέσμιον, ἣν οἱ πολλοὶ ἀδοκίμως φασκίαν λέγουσι. — καὶ ταινίον Ἀττικῶς τὴν στηθοδέσμην, τουτέστι περιτραχήλιον κόσμον.* Itaque, si fides *Etymologo*, *ταινία* apud Atticos de *monili* dicitur, ubi fortasse *στηθοδεσμὶς* legendum est: eo enim sensu usurpatur a *Chrysostomo* in Matth. p. 490. Alias sic appellatur *fascia pectoralis*. Sallier.

Ταινία. *Eubulus* apud *Athen.* lib. XV. p. 668. D. *Εἶεν γυναῖκες νῦν ὅπως τὴν νύχθ' ὅλην Ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεύσετε, Θήσω δὲ νικητήριον τρεῖς ταινίας, Καὶ μῆλα πέντε καὶ φιλήματ' ἐννέα.* *Anacreon* Od. XX. v. 20. *Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν.* Conf. *Cuperus* Obss. lib. I. cap. 6. et *Salmasius* ad Ach. Tat. p. 543. ubi *Moeridis* meminit. Apud *Hesychium* male est 362
Τηνία. Pro *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς* in *Montef.* Bibl. Coisl. est *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες*. Sed e libris meis nihil varietatis enotatum, et praestat *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς*, adeo ut paene poeniteat, me aliquando *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες* recepisse.

2. *Τεύτλιον, καὶ τεῦτλον*] Duae illae voces in Cod. Coisl. desiderantur. *Τεῦτλον* etiam tamen reperias apud *Thomam Mag.*, qui *Moeridem* secutus nomen *σεῦτλον* damnare non dubitavit. Utrique accedit *Etymologus*: *Ἀττικοὶ δὲ μεταβαλόντες τὸ σ εἰς τ, ὡς σεῦτλον τεῦτλον, τῆτες λέγουσι.* Atque hanc illorum sententiam libenter amplecteremur, nisi vox *σεῦτλον* in *Theophrasti* scriptis occurreret. Vid. lib. II. de Caus. Plant. cap. 23. *ἐπεὶ*, inquit, *καὶ σευτλίων*

Τάγηνον [3], *Ἀττικῶς. τήγανον, Ἑλληνικῶς.*

ἐνία φασι τῷ ὕστερον ἔτει διαφύεσθαι καὶ διαβλαστάνειν. Sed ibi fortasse *τευτλίων* scribendum: *σεύτλιον* enim semel, *τεύτλιον* vero compluribus in locis apud *Theophr.* legitur. Adde, quod postremum illud nomen ab Atticis scriptoribus semper usurpatum reperias. Hinc *Lucianus* [Iud. Voc. 9.] T. I. p. 53. [T. I. p. 94.] de illa voce sic disputat: *ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν, καὶ πᾶσαν ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλασσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σεύτλων.* Sallier.

Τεύτλιον. Duas voces ab *Hudsono* additas, *καὶ τεῦτλον*, MSSti non agnoscunt. Conf. *Thom. Alexis* apud *Athenaeum* lib. XIV. p. 621. E. *Καὶ πάλιν, ἐὰν μὲν σεύτλιον, παρείδομεν. Ἔαν δὲ τεύτλιον, ἀσμένως ἠκούσαμεν. Ὡς οὐ τὸ σεῦτλον ταὐτὸν ὂν τῷ τευτλίῳ.*

3. *Τάγηνον*] Is articulus debetur Cod. Coisl. Nec *Moeridi* omittendus fuit, cum illud nomen ab aliis aliter scribi solitum ostendunt haec *Photii* in Lex. MS. *Τάγηνον, τοῦτο Ἰώνων τινὲς τήγανον λέγουσι.* qua in re tamen non omnino ipsi cum *Etymologo* convenit, utpote qui *τίγανον* Ionum fuisse contendat: *τάγηνον, τοῦτο Ἰωνικῶς τινες τίγανον λέγουσι.* nisi *τίγανον* mutes in *τήγανον.* Neque *τήγανον* nobis probari potest; *ἤγανον* enim apud utrumque legi debere suspicamur, *Athenaei* inprimis testimonio freti, qui hocce nomen laudat auctore *Anacreonte*, et inter Ionicas voces numerat. Sic autem *Athenaeus* lib. VI. p. 229. *χωρὶς δὲ τοῦ τ στοιχείου Ἴωνες ἤγανον λέγουσιν, ὡς Ἀνακρέων. χεῖρα τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν.* Non audiendus igitur *Eustath.* qui Comm. [ad Hom. Od. T.] p. 1862. [v. 11. ed. Rom.] *ἤγανον* vocem Doricam esse 363
ait. Nam quis credat, ab *Anacreonte* voces Dorum peculiares usurpatas? Certe apud nos plus semper valebit *Athenaei* auctoritas; e quo praeterea nomen *τάγηνον* magis quam *τήγανον* obvium fuisse discimus. Nihil enim aliud ex his illius verbis colligas lib. VI. p. 228. *ζητῶ δὲ καὶ εἰ δούλων πλῆθός τινες ἐκέκτηντο, ὥσπερ καὶ οἱ νῦν, καὶ εἰ τὸ τήγανον εἴρηται, καὶ μὴ μόνως τάγηνον.* Ibi vero complura veterum Comicorum testimonia reperiuntur, quibus fretus nomen *τήγανον*, licet contra dicente *Moeride*, non immerito asseras. Sallier.

Τάγηνον. Restitui Glossam e Coisl. Coll. Schl. et Ward. in qua *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες*. Sic et Bibl. Coisl. Respicit *Moeris* ad *Aristophanis* Equit. v. 925. *Τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων Ἐφεστάναι σίζον. Scholiasta: τάγηνον δὲ τήγανον.* Eleganter *Eupolis* apud *Plutarch.* de Ad. et Am. discrim. T. II. p. 54. B. parasitos appellat *τοὺς περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλους.* Utuntur et alii plures apud *Athenaeum*, qui *τήγανον* etiam ab Atticis fuisse usurpatum docet lib. VI. p. 228. E. quem locum laudat

Τιμώρια [4], *Ἀττικῶς. παροξυτόνως, Ἑλληνικῶς.*
Τήμερον [5] *εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις·*
— *κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι.*
τὸ σήμερον ἔχον, Ἑλληνικῶς.
Τήμερον [6], *Ἀττικῶς. σήμερον, Ἑλληνικῶς.*

Cl. *Sallierius*. Comparandus *Pollux* lib. X. sect. 98. et ad eum ὁ θαυμάσιος *Hemsterhusius*. In Comicorum autem fragmentis apud *Athenaeum* saepe alterum alterius locum occupavit. Ita in *Alexidis* fragmento lib. VII. p. 324. C. scribendum: Ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπεισιὼν φέρω, pro ἐπὶ τὸ τήγανον. Contra in eiusdem versibus e Pannychide vehementer depravatis lib. XII. p. 516. E. pro Πυὸν μέλιτος ὀξύβαφον ἀπὸ ταγήνου τυροῦ. Τροφάλια χλωρὰ κυθνίου παρατεμών. metro iubente reponendum est ἀπὸ τηγάνου. Pro μέλιτος forte μελίτιον. Τυροῦ autem ad sequentem versum reiiciendum est: Τυροῦ τροφάλια χλωρὰ Κυθνίου παρατεμών.

4. *Τιμώρια*] Hac etiam particula locupletior est Grammaticus noster, ope Cod. Coisl. et Coll. Ward. in qua tamen iterum Ἀττικοὶ et Ἕλληνες, et sic *Montefalc.* in Bibl. Coisl. ubique. Conf. supra Κάταντες, Μάντεων.

5. *Τήμερον εἶναι, Ἀ. σήμερον. Ἑ.*] Is articulus sic
364 legitur in Cod. Coisl. Τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις· κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι. σήμερον, Ἕλληνες. Locus autem, qui *Moeridi* laudatur, reperitur in Nub. *Aristoph.* v. 1512. ubi scribitur ἡμῖν, non εἶναι. Sallier.

Τήμερον. Coisl. et Reg. in Coll. *Stoeberi* praebent: Τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις· κεχόρευται γὰρ μετρίως ἡμῖν τοῦ τήμερον εἶναι. τὸ σήμερον ἔχον, Ἑλληνικῶς. Similiter Bibl. Coisl. et Coll. Ward. ubi pro ἔχον, ἔχει, et Ἀττικοὶ, Ἕλληνες. In Coll. Gron. versus *Aristophaneus* sic scriptus est: Κεχόρευται γὰρ μετρίου ἡμῖν τὸ τ. ἑ. quem leviter ex *Aristophanis* editione emendavi. Huic vero e *Moeride* reddendum εἶναι pro ἡμῖν. Eandem loquendi formulam adhibet *Plato* Cratyl. p. 273. C. [p. 396. D. St.] Δοκεῖ οὖν μοι χρῆναι οὑτωσὶ ἡμᾶς ποιῆσαι, τὸ μὲν τήμερον εἶναι, χρήσασθαι αὐτῇ. *Aristides* T. I. p. 275. laudatus *Thomae Mag.* *Alciphron.* lib. I. ep. 1. et lib. III. ep. 39. ἡ νηστεία δὲ τὸ τήμερον εἶναι ἑορτάζεται.

6. *Τήμερον*] Glossulam addidi ex Coisl. et Regio. Τήμερον per τ saepissime reperias apud *Aristophanem*, per σ σήμερον Equit. v. 67. et alibi. Sed hanc inconstantiam potius librariis quam ipsi Comico tribuendam censeo. Apud *tragicos*, *Thucydidem*, *Platonem* per σ legitur et hoc et similia, in quibus Comici τ po-

Ταχίον[7] οὐ λέγεται παρ᾽ Ἀττικοῖς, ἀλλὰ θᾶττον.
Τερθρεία[8], Ἀττικῶς. τερατεία, Ἑλληνικῶς.
Τειχίον[9], τὸ τῆς οἰκίας, Ἀττικῶς. τεῖχος, τὸ τῆς πόλεως, Ἑλληνικῶς.

suerunt. Insignis est *Aelii Dionysii* locus apud *Eustath.* ad Il. K. p. 736. l. 26. qui perlegi meretur. Conf. *Mattair.* de Dial. p. 5. aliosque ipsi citatos.

7. *Ταχίον*] *Phrynichus* p. 26. [p. 76. Lob.] *Thomas M.* v. *Θᾶττον*. *Herodianus* Philetaero, ubi paucula notabo.

8. *Τερθρεία, Ἀ. τερατεία, Ἑλληνικῶς.*] Distinguit haec bina *Thomas Magister*, τερατείαν per θαυματοποιΐαν explicans, τερθρείαν per τὸν μετὰ φλυαρίας τερατώδη λόγον. Sed utroque significatu utrumque apud scriptores Atticos occurrit. In *Isocratis* Helenae Encom. T. II. p. 116. [p. 231, 4. Bekk.] in nova editione expressum est τερθρείας, pro quo in *Stephani* ed. p. 209. A. est τερατείας, quo orator
365 etiam utitur Panathen. initio. Τερθρείαν qui adhibuerint, plures scriptores laudat Cl. *Ruhnkenius* ad Tim. v. [p. 252.] et *Sallierius* ad Thomam. *Sophron* de haeresibus apud *Fabricium* B. G. Vol. VII. p. 485. Δίδυμος καὶ Εὐάγριος οἱ τῆς Ὠριγενιανῆς τερθρείας μυστηριάρχαι παμμίαροι. *Eustathius* ad Il. I. p. 643. f. τὸ δὲ ταφὼν Ἰωνικὴν ἔχει τερθρείαν τοιαύτην, *mirificam mutationem*. *Pherecratis* auctoritate hanc vocem confirmat *Orus* apud *Etymol.* p. 753. init. Sed *Moeris* τερθρείαν videtur scriptum reperisse in *Aristophanis* Nubib. v. 317. uti in nostris editionibus τερατείαν circumfertur. Quod genus vitiorum saepissime perdifficile est in scriptoribus detegere; verum late patet et, ut ita dicam, dominatur, praesertim si explicatio litterarum ductibus prope accedat ad vocem glossematicam.

9. *Τειχίον*] Melius *Thomas*, quem vide. Sallier.

Τειχίον. Pro οἰκίας Coll. Gron. οἰκείας. Usus est hoc loco Cl. *Wetstenius* ad Act. cap. IX. v. 25. nihil vitii suspicatus. Mihi illud Ἑλληνικῶς a mala manu Grammatico nostro invito videtur obtrusum: quo deleto amice conspirabit cum *Ammonio*: Τείχη καὶ Τειχία διαφέρει. Τείχη μὲν γάρ ἐστι τὰ τῶν πόλεων. Τειχία δὲ τὰ τῶν οἰκιῶν. Paulo aliter *Hesychius*: Τειχίον Ἀττικοὶ τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις. ὁ δὲ Ὅμηρος, τεῖχος μὲν τὸ τῆς πόλεως, τειχίον δὲ τὸ τῆς οἰκίας. Pro *agrorum sepe* τειχίον occurrit apud *Xenophontem* Cyneget. [imo de re equestri cap. 3, 7.] loco a *Steph.* Thes. laudato, de equo, τειχίον ὑπερβαίνειν. Sed et pro *pariete* in *Aristoph.* Eccl. v. 494. ubi male Interpres *parvum parietem* dedit. Atque ita apud alios saepissime: eamque differentiam observarunt, quotquot recte scripsere. Eadem autem ratione loquitur Noster supra in Ζώνιον, τὸ γυναικεῖον, Ἀττικῶς.

Τετρεμαίνειν [10], Ἀττικῶς. τρέμειν, Ἑλληνικῶς.
Τριχίδες [11], Ἀττικῶς. τριχίαι, Ἕλληνες.
Τέρα [12], Ἀττικῶς. τέρατα, Ἑλληνικῶς.
Τυφῶ [13], Ἀττικῶς. τυφῶνα, Ἑλληνικῶς.
Τωθάζειν [14], Ἀττικῶς. σκώπτειν, Ἑλληνικῶς.

ζώνη, ἡ τοῦ ἀνδρός. Κλισιάδες. αἱ δίθυροι πύλαι, Ἀττικῶς. κλίσια δὲ, ὅπου τὰ ζεύγη ἵσταται. et in Μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, Ἀττικῶς. μείρακας, τὰς θηλείας. ubi eadem, ut videtur, manus stulte sedula Ἕλληνες appinxit. Utroque Ἀττικῶς et Ἑλληνικῶς omisso infra: Χάραξ, ἡ μὲν πρὸς ταῖς ἀμπέλοις, θηλυκῶς. ὁ δὲ ἐν τοῖς στρατοπέδοις, ἀρσενικῶς. Sic MSS. Conf. Κάλλη, Κόπτει.

10. *Τετρεμαίνειν*] Cod.
366 Coisl. habet τερεμαίνειν. Male. Cum autem verbum τρέμω a *Moeride* tanquam minus Atticum repudiatur, quis in eo Grammatici nostri incuriam non reprehendat? Sallier.

Τετρεμαίνειν. *Aristoph.* Nub. v. 293. οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι. v. 373. τοῦτό με ποιεῖ τετρεμαίνειν. *Xenarchus* apud *Athen.* lib. XIII. p. 569. C. Ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον.

11. *Τριχίδες, Ἀ. τριχίαι, Ἕ.*] Alii θρίσσαι. In MS. τριχέαι. Hudson.

Τριχίδες. *Aristoph.* Eq. v. 659. Ach. v. 530. Eccles. v. 56. et apud *Athen.* lib. VII. p. 328. E. p. 329. B. *Alexis* ibid. 301. B. 303. A. Pro τριχίαι MS. omnes τριχέαι, Coll. Gron. τριχέας. Sed per ι et alibi scribitur et apud *Polluc.* lib. II. sect. 24.

12. *Τέρα*] Sic recte Cod. Coisl. in serie *Ruhnk.* In edit. et Leid. est Τέρας. Vid. infra Τέρα καὶ τερῶν.

13. *Τυφὼ, Ἀ. τυφῶν, Ε.*] Ita in MS. Forsan: Τυφῶ, Ἀττ. τυφῶν, Ἑλλ. in casu accus. aut Τυφῶς, Ἀττ. τυφῶν, Ἑλλ. in casu recto. Vide *Graevium* ad Luciani Soloecistam p. 45. 47. Hudson.

Τυφὼ, Ἀ. τυφών, Ἑ. In Cod. Coisl. legitur τυφῶνα. Sallier.

Τυφῶ, Ἀ. τυφῶνα, Ἑ. Sic Coisl. Reg. Coll. Schl. Gronov. in Leid. Τυφῶ, Ἀ. τυφων, Ἑ. Cl. *Oudendorpius* ad Thomam legendum censet: Τυφῶ, Ἀ. τυφὼν, Ἑ. Malim MSStorum auctoritatem sequi. Τυφῶ accusat. est in *Aristoph.* Eq. v. 508. Τυφῶνα in *Aeschyl.* Prometh. v. 354. Conf. *Etymol.* p. 749. l. 17.

14. *Τωθάζειν*] Utraque vox in usu apud Atticos, praecipue vero σκώπτειν. Sallier.

Τωθάζειν. *Aristoph.* Vesp. v. 1353. ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς. et v. 1359. Οὐ δεινὰ τωθάζειν σε. Forte ex eodem *Comico* derivatum est, quod habet *Suidas:* Τὴν γλαῦκα τωθάζουσι τήνδε. ἀντὶ τοῦ ταύτην. Plura huius verbi exempla dedit *Ruhnkenius* ad Timaeum v. [p. 261.] In *Aeliani* fragmento apud *Suidam* v. Λιπαρία. pro ὁ δὲ

Τιμήσεται[15], *Ἀττικῶς. τιμηθήσεται, Ἑλληνικῶς.*

ἐτωθάζετο τοῦ θεοῦ τοὺς θεραπευτῆρας, praetulerim *ἐτώθαζε* vel *ἐπετώθαζε*, ut est in v. *Χλευα-*
367 *σία.* Utrumque *σκώπτειν* et *τωθάζειν* coniungit *Libanius* T. I. p. 406. D. *σκωπτόμενος καὶ τωθαζόμενος.* et p. 416. *Κατατωθάζειν* usurpat idem T. I. p. 179. A. *Ἀντιτωθάζειν Conon* Narr. XLIX. p. 299. *Μηδεία δὲ σὺν ταῖς ἀμφ' αὐτὴν γυναιξὶν, αἳ δῶρον ἦσαν γάμων τῶν Ἰάσονος, παίζουσαι μετὰ μέθην, ἔσκωπτον τοὺς ἥρωας ἐν τῇ παννυχίδι. οἱ δὲ ἀντετώθαζον τὰς γυναῖκας. κ. τ. λ.* quocum loco comparandus *Apollonius Rh.* lib. IV. v. 1725. *Τὰς δ' αἰσχροῖς ἥρωες ἐπεστοβέεσκον ἔπεσσι, Χλεύῃ γηθόσυνοι. κ. τ. λ.*

15. *Τιμήσεται, Ἀ. τιμηθήσεται, Ἑλλ.*] Cave *Moeridi* credas. Plurimis enim exemplis futura passiva in usu apud Atticos fuisse ostendi potest; verum satis nobis esse videtur hicce *Platonis* locus de Rep. lib. II. p. 361. E. *ἐροῦσι δὲ τάδε. ὅτι οὕτω διακείμενος ὁ δίκαιος μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ.* ubi vides, nullo discrimine futurum medium et passivum a viro Atticarum venustatum inprimis studioso usurpari. SALLIER.

Τιμήσεται. Negari nequit, futura passiva etiam ab ipsis scriptoribus Atticis fuisse usurpata, neque illud ipse *Moeris* negaverit. Sed solent media futura ita saepissime adhiberi, quae a Grammaticis per futura passiva explicantur. Vide *Suidam* in *Εὑρήσομαι*, *Ζητήσεται. Moerin* in *Γυμνάσεται* et *Ἀπαλλάξονται. Τιμήσεται* legitur in *Sophocl.* Antigon. v. 216. *Platon.* Phaedr. [imo Hipp. mai.] p. 1247. B. [p. 284. B. St.] alibi *τιμήσομαι, τιμήσονται.* Consulendus omnino Magnus *Hemsterhusius* ad Thom. v. *Τιμήσεται.* Levis menda eximenda e *Joanne Grammatico*: *πολλάκις ἐναλλάσσοντες, τὸ μισηθήσεται, μισήσεται λέγουσι, καὶ τὸ ζητηθήσεται, ζητήσεται, καὶ τμηθήσεται, τμήσεται, καὶ τὰ ὅμοια.* Reponendum *τιμηθήσεται, τιμήσεται.* Alia exempla dedit Cl. *Kusterus* de Verb. Med. p. 161. *Hemsterhusio* citatus; quibus facile esset plurima addere. Verum quisque attentus lector semel monitus talia in scriptoribus legendis poterit observare. Librarii saepe passivum futurum substituere, ut pro *ζημιώσεται* in *Thucyd.* lib. III. [cap. 40.] p. 192. l. 63. MS. *ζημιωθήσεται.* Perperam Interpres in *Lysiae* Or. contra Agorat. p. 243. f. [p. 132. Steph. p. 269, 33. Bekk.] et de Aristoph. bon. p. 341. f. [p. 154. Steph. p. 314, 27. Bekk.] *ἀναγνώσεται* Latine reddit *scriba praeleget*: est enim pro *ἀναγνωσθήσεται.* Recte *Bachins* V. Cl. in *Xenophontis* Apologia Socr. sect. 26. edidit *μαρτυρήσεται*, quod etiam probavit *Ernestius* in litteris ad ipsum datis. Sed iuvat 368
taedii Grammatici minuendi causa elegantissimum *Eubuli* Comici fragmentum adscribere, in quo *πωλήσεται* est pro *πωληθήσεται*, ut turpi liberem macula. Conser-

Τέως[16], Ἀττικῶς. ἕως ἢ μέχρι, Ἑλληνικῶς.
Ταὐτὸν[17], Ἀττικῶς. τὸ αὐτὸ, Ἕλληνες.
Τίνι κηδεύομεν[18], Ἀττικῶς. παρὰ τινὸς γυναῖκα λαμβάνομεν, Ἑλληνικῶς.
Τάριχος[19], οὐδετέρως, Ἀττικῶς. ἀρσενικῶς, Ἕλληνες.

vavit illud *Athenaeus* lib. XIV. p. 640. B. Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πανθ' ὁμοῦ πωλήσεται, Ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκλητῆρες, βότρυς, Γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα, Μέσπιλα, χόρια, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι κ.τ.λ. Versui 2. *Casaubonus*, Vir Illustris, succurrere tentabat scribendo οὐχὶ κλητῆρες vel οὐ καλητῆρες. Et optime quidem suspicatus est latere κλητῆρας. Perstringit enim poëta Atheniensium τὸ φιλόδικον. Verum in litteris *ΟΥΚ Α* alia latet lectio, quam sic restituimus: Ἐν ταῖς Ἀθήναις, ΣΥ˜ΚΑ, κλητῆρες, βότρυς. *Ficuum* mentionem a poëta fuisse iniectam, quis dubitet? *ΟΥ* autem et *CΥ* creberrime in libris permutantur. Vid. *D'Orvill.* ad Charit. p. 679. f. [p. 365. ed. Lips.]

16. *Τέως*] Vide not. ad *Herodiani* Philetaerum. μέχρι pro μέχρις Coisl. Reg. Coll. Gronov.

17. *Ταὐτόν*] In serie Cod. Coisl. quam *Ruhnkenio* debemus, est *Ταὐτό*. Utroque modo scribi praeter alios Grammaticos observat *Thomas M.* quem vide. Pro Ἕλληνες Coll. Gron. Ἕλλην. abbreviate pro Ἑλληνικῶς.

18. *Τίνι κηδεύομεν*] In Leid. sine τίνι legitur Κηδεύομεν, uti in suo Codice etiam reperisse videtur *Hudsonus*, qui supra in litttera *K.* hanc glossam posuerat. Nos autem ductu MSS. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. eam illic delevimus et loco suo restituimus. Κηδεύειν cum dativo hoc sensu legitur in *Euripidis* Hippol. v. 634. Ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε κηδείσας καλοῖς Γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος. Ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς Λαβὼν, πιέζει τ' ἀγαθῷ τὸ δυστυχές. ubi γαμβροὶ observante *Scholiasta* sunt πενθεροὶ, *soceri*. et in *Thyesta* v.3. Πλούτου δ' ἀποῤῥυέντος, ἀσθενεῖς γάμοι. Τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ, Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν. 369
In Hecuba v. 1202. Κηδεύσων τινα utraque ratione explicari potest, vel per: *ducturus alicuius filiam*, vel: *filiam alicui uxorem daturus*. Med. v. 367. οἱ κηδεύσαντες *soceri* sunt. Κηδεύειν saepe pro *affinitatem contrahere*. Vid. *Stephanum* in Thesauro.

19. *Τάριχος*] *Aristoph.* Ran. v. 566. Τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐκ εἴρηκά πω. *Schol.* οὕτως ἔλεγον Ἀττικοὶ οὐδετέρως. Equit. v. 1244. Ach. v. 966. 1100. Vesp. v. 489. Conf. *Thomam M.* et ibidem laudatos *Polluc.* lib. VI. sect. 48. et *Athenaeum* lib. III.

Τελευταῖον[20] *μόνως· τελευταιότατον οὐδεὶς τῶν παλαιῶν.*

Τριπλᾶ[21], *τετραπλᾶ, περισπωμένως καὶ μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς.*

Τέρα[22] *καὶ τερῶν, Ἀττικῶς. τέρατα καὶ τεράτων, Ἑλληνικῶς.*

Τροφαλὶς[23], *Ἀττικῶς. τυραπάλη, Ἑλληνικῶς.*

p. 119. B. *Eustathius* ad Il. A. p. 55. l. 35. *Κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν καὶ τάριχος ἑκατέρως λέγεται τὸ τάριχος καὶ ὁ τάριχος. κ. τ. λ.* Neutrum solis Atticis fuit proprium, masculinum ipsis cum ceteris Graecis, Ionibus, Doriensibus commune.

20. *Τελευταῖον*] Leid. *τελευταῖαν. Τὸ τελευταῖον Aristoph.* Nub. v. 942. Conf. *Phrynich.* p. 22. 102. [p. 69. Lob.] *Graevium* ad *Luciani* Soloecist. [5.] T. III. p. 565. *Hesych. Τελεύτατον, ἄκρον, ἔσχατον.* Forte *Τελευταῖον. Ἀττικοὶ* abest a MSS.

21. *Τριπλᾶ*] *Suidas* v. *Διπλαῖ. Ὅτι τὸ ἁπλᾶ καὶ διπλᾶ, καὶ πολλαπλᾶ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα περισπῶσιν οἱ Ἀττικοί. ἀργυρᾶ, χρυσᾶ, κεραμεᾶ, ἀπὸ τοῦ κεραμεοῦν. καὶ φοινικᾶ, ἀπὸ τοῦ φοινικοῦν.*

22. *Τέρα*] *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς* e Coisl. et Reg. pro *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες.* In Leid. et Coll. Gron. est *τέρατα τεράτων* sine *καί.* Leid. *Ἀττικοί.* Utuntur *Moeridis* observatione *Albertius* ad Glossar. N. T. p. 114. et *Wetstenius* ad Matth. cap. XXIV. v. 24. Ultima in *τέρα* producitur, ut in *γέρα*, *Soph.* El. v. 445. *Timocl.* apud *Athen.* lib. VI. p. 237. F. quae in *κρέα* per systolen corripitur. Vid. *Schol.* Aristoph. ad Pac. v. 191.

23. *Τροφαλὶς, Ἀ. τυρόγαλα, Ἕλληνες.*] Ita ex coniectura. In MS. *τυροπάλη.* Hud- 370
son.

Τροφαλὶς, Ἀ. τυρόγαλα, Ἑλλ. In MSS. *Moeridis* Codicibus legitur *τυροπάλη.* Clar. *Hudsonus* malit *τυρόγαλα*, quam vocem nobis prorsus incognitam non diffitemur. Melius igitur, nostro quidem iudicio, legeretur *τυρὸς ἁπαλός.* Atque nostrae huic coniecturae favent inprimis haec *Eustathii* [ad Hom. Il. *Ω.*] p. 1339. [p. 1467, 34. ed. Bas.] *ὅτι δὲ τὸ τρέφεσθαι καὶ ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου νοεῖται, δῆλον ἐξ οὗ καὶ τρόφι κῦμα εἴρηται. καὶ τροφαλὶς δὲ κατὰ Ἡρωδιανὸν ἐπὶ τυροῦ. ἧς χρῆσις καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ Ἀντιφάνει ἐν τᾷ, τροφαλίδας τε λινοσάρκους, μανθάνεις; τύρον λέγω, ἵνα εἴη αἰνιγματωδῶς λέγων λινοσάρκους, ἤγουν λεπτὰς καὶ ἁπαλὰς τροφαλίδας τὸν τοιοῦτον τυρόν. Τροφαλὶς* itaque est *τυρὸς ἁπαλός,* in eo diversus a ceteris casei generibus. Eiusmodi caseorum fit mentio apud *Diogen. Laërt.* [lib. IV. cap. 7. §. 47.] p. 108. *οὐχ οἷόν τε, εἰπεῖν*, inquit, *ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι*, id

Τεῦχος[24], τὸ ἀγγεῖον, Ἀττικῶς. τὸ δὲ βιβλίον λέγουσιν Ἕλληνες.

Τρωὰς[25], Ἀττικῶς. Τρωάδας, Ἑλληνικῶς.

est τροφαλίδα. Τροφαλὶς autem non immerito in Atticarum vocum numero reponitur, utpote qua praeter *Antiphanem* usus est etiam *Aristophanes*. Hinc *Scholiasta* Theocriti ad Idyll. XI. v. 20. ait: τυροῦ πεπηγότος, ὃν οἱ Ἀττικοὶ τροφαλίδα καλοῦσιν. Quod si cui tamen a nobis proposita *Moeridis* emendatio displicet, is scribere poterit τυρὸς πακτὸς, ex *Theocrito* Idyll. IX. v. 20. Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός. Sallier.

Τροφαλίς. Recte Grammatici derivant a τρέφειν, *lac coagulare*, ut apud *Theocrit.* Idyll. XXV. v. 106. ἄλλος τρέφε πίονα τυρόν. et alibi. *Hesychius* habet Τράφαλλος, ὁ χλωρὸς τυρός. οἱ δὲ τραφαλλίδα καὶ τροφαλλίδα. Sic τραφαλλὶς pro τροφαλλὶς in MS. Falckenb. apud *Pollucem* lib. VI. sect. 48. Τροφαλλὶς *Hesych.* interpretatur τυρὸς μακρός. Τρυφαλίδες ἢ τροφαλίδες, τὰ τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ. Similiter per υ legitur in *Luciani* Lexiph. [13.] T. II. p. 336. l. 40. et *Philostrat.* Imagg. lib. I. cap. 31. p. 809. f. καὶ τρυφαλὶς ἐφ' ἑτέρου φύλλου νεοπαγής. Mihi τροφαλὶς per ο et simplex λ unice probandum videtur. *Aristoph.* Vesp. v. 834. Τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε. *Eupolis* Χρυσῷ γένει apud *Scholiast.* ad Vesp. v. 930. Λοιπὸς γὰρ οὐδείς. τροφαλὶς ἐκείνη (excidit vox quaepiam) Ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκίῤῥον ἠμφιεσμένη. Vetus *Comicus* apud *Etymologum* p. 94. l. Μαστοὺς (forte Ναστοὺς), τροφαλίδας, ἀμφιφῶντας, ἴτρια. Τροφάλια *Alexis* apud *Athen.* lib. XII. p. 516. E. In explicando nomine Grammatici non consentiunt, quorum loca excitavit *H. Stephanus* Thesauro. Plerique tamen *caseos molles* et *recens pressos* fuisse tradunt. Τυρόγαλα, quod reposuit *Hudsonus*, *serum* est. *Moschopulus*: Ὀῤῥος, τὸ κοινῶς λεγόμενον τυρόγαλον. Τυρόγαλα ex *Hesychio* profert *H. Stephanus*, 371
quanquam locus Lexicographi mihi ad manum non est. Verum Coisl. et Reg. pro τυροπάλη praebent τυραπάλη, quae forte recentioris vox Graecismi est, ex τυρὸς ἁπαλὸς depravata.

24. Τεῦχος — τὸ δὲ βιβλίον λέγε Ἑλληνικῶς.] In MS. λέγει. Hudson.

Similiter Leid. In Coll. Gron. λεγ'. Verum Coisl. et R. λέγουσιν Ἕλληνες. Ceteroquin deleto λέγει maluissem: Τεῦχος, τὸ ἀγγεῖον, Ἀττικῶς. τὸ δὲ βιβλίον, Ἑλληνικῶς. Vid. Ἐμπολή. Εὐηθες. Cl. *Oudendorpio* ad *Thom.* placebat λέγεται. Τεῦχος simplex pro *libro* legisse me non recordor, praeterquam in *Symmachi* versione Ps. cap. XXXIX. v. 8. Es. cap. VIII. v. 1. eaque significatio obtinet in compositis Πεντάτευχος, Ὀκτάτευχος.

25. Τρωάς] Scribe Τρῷας; est enim nomen adiectivum. Hinc

Τραυλίζειν[26], *Ἀττικῶς. ψελλίζειν*, *Ἑλληνικῶς.* *Ταμίαν*[27], *τὸν κατ' ἀγροὺς οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον*, *Ἀττικῶς. οἰκονόμον*, *Ἕλληνες.*

Etymologus: Τρῶας, τὸ μὲν Τρῶαι, σημαίνει τὰς Τρωϊκὰς, ἢ ἵππους, ἢ γυναῖκας. Moeris autem non est audiendus, cum vocem *Τρωάδες* tanquam minus Atticam repudiat. Hanc enim illius opinionem penitus evertunt haec *Euripidae* Hecub. v. 486. *Ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρωάδες κόραι.* Alia complura, si res postularet, exempla ex eodem tragico adduci possent. SALLIER.

Τρωάς. Τρωὰς ἵππους, γυναῖκας habet *Homerus.* Ad similem scriptoris Attici locum respiciens *Moeris Τρωὰς* interpretatur *Τρωάδας.* Conf. *Etymol.* p. 770. l. 30. *Stephanus Byzantinus* v. *Τροία. Τὸ θηλυκὸν Τρωῒς καὶ Τρωϊὰς* (leg. *Τρωὰς*) *ἢ παρὰ τὸ Τρώϊος, Τρωϊὰς, ὡς Λέσβιος, Λεσβιάς. Ἔστι καὶ Τρωὰ θηλυκῶς, καὶ Τρωῒς καὶ Τρωϊάς.* ubi recte *Holstenius Τρωὰ* defendit: sed ultima *καὶ Τρωῒς καὶ Τρωϊὰς* male repetita una litura videntur sananda. Levi macula liberandus Hymnus in Venerem, qui vulgo *Homero* solet tribui, v. 114. *Τρωὸς γὰρ μεγάρῳ με τροφὸς τρέφεν.* In omnibus, quas vidi, editionibus circumfertur *Τρωός. Troiani* interpres dedit. Legendum *Τρωὰς* vel *Τρωῒς, Troiana nutrix.*

26. *Τραυλίζειν, Ἀ. ψελ-*
372 *λίζειν, Ἑλλ.*] *Aristoph.* Nub.
v. 860. 1384. Vesp. v. 45. 47.

27. *Ταμίαν, τὸν κατ' εἶδος οἰκονόμον*] Ita ex coniectura. In MS. *κατ' ἄγους.* Unde forsan aliquis mallet *κατ' ἀγῶνας οἰκ.*, vel *κατ' ἄλλους οἰκ.*, vel denique *κατ' οἴκους ἐπίτροπον,* caeteris omissis. HUDSON.

Thom. M. Ταμίαν, Ἀττικοί· οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον, Ἕλληνες. Unde mihi *Moeris* videtur esse ita corrigendus: *Ταμίαν, Ἀττικῶς. οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον, Ἕλληνες.* aut *κατ' ἄλλους* legendum pro *κατ' εἶδος.* FISCHER.

Ταμίαν, τὸν κατ' εἶδος οἰκονόμον. In Cod. Coisl. legitur *κατ' ἀγροὺς*, recte. *Villicum* appellat. SALLIER.

Ταμίαν. Leid. *κατ' ἄγους* et in fine *σικονόμον.* Cl. *Stoebero* ad Thom. v. placebat *κατ' ἄλλους.* Veriorem lectionem praebet Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. *τὸν κατ' ἀγροὺς οἰκονόμον,* merito a *Sallierio* probatam. *Glossae Philoxeni: Villicus, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, ὁ κατὰ ἀγρὸν οἰκονομῶν.* Ita *οἰκονόμος* usurpatur a *Charitone* lib. II. [cap. 1. init.] p. 24. l. 9. ad quem locum vide *D'Orvillii* Animadvv. p. 157. [p. 276. ed. Lips.] Conf. id. p. 372. [p. 426. ed. Lips.] *Villicus, qui ruri est in praefectura sua, Plauto* Casin. A. I. v. 11. *Ταμίας* ita videtur positum a *Xenophonte* H. Gr. lib. II. [imo lib. III. cap. 1, 24.] p. 485. C. *ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν, ἐκάλει ὁ Δερκυλλίδας τοὺς ταμίας.* ubi *Leunclavius* dedit *quaestores.* Malim

Τίφυν[28], Ἀττικῶς. ἐφιάλτην, ἢ ἐπιάλτην, Ἑλληνικῶς.

Τυπτήσειν[29], Ἀττικῶς. παίσειν, Ἑλληνικῶς.

Τροπίαν[30] καὶ ἐκτροπίαν, Ἑλληνικῶς.

villicos vel *dispensatores*. Conf. *Is. Vossium* ad Catull. p. 141. *Aristophanis* locus Vesp. v. 611. huc non videtur pertinere. De figurato huius nominis usu alia fortasse occasione quaedam dicemus.

28. *Τίφυν, Ἀ. ἐφιάλτην — Ἑλληνικῶς.*] Aliter omnino *Eustathius* Comm. [in Hom. Il. *E.*] p. 561. [p. 426, 13. ed. Bas.] ἐν δὲ ῥητορικῷ Λεξικῷ φέρεται, ὅτι ἐπιάλτην Ἀττικοί φασι δαίμονά τινα, διὰ δὲ τοῦ φ ἐφιάλτην, ἀνδρὸς ὄνομα. ἑτέρωθι δὲ ὅτι ἐπιάλτης, ὁ πνιγαλίων ὑπό τινων, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἠπιάλος. ἐν δὲ τοῖς Ἡρωδιανοῦ κεῖται καὶ ἠπιάλης, ἠπιάλητος, οὗ χρῆσις παρὰ Σώφρονι. A nonnullis quoque dictus daemon ille εὐόπας, teste Aristophanis *Scholiaste* Vesp. v. 1033. Δίδυμος δέ φησι, δαιμόνιον ἠπιάλην καὶ τίφην, καὶ εὐόπαν καλοῦσι. Scribe τίφυν. Nam praeter *Moeridem* et *Hesychium* id nominis habuisse constat etiam ex *Photio* in Lex. MS. Τίφυς, ὁ καλούμενος
373 ἐπιάλτης. Sic enim legendum, non ἐπίαλτος. Sallier.

Τίφυν. Hesychius: Τῖφυς, ὁ ἐφιάλτης νεᾶλυς, καὶ ὁ τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης. Forte pro νεᾶλυς scribendum ἠπιάλης. Idem: Ἐπιαλής. ὁ Ἐφιάλτης. ὃν Αἰολεῖς Ἐφέλην, ἄλλοι Ἐπιάλλην, καὶ Ἐπεφέλην καλοῦσιν. Et: Εφέλης, ἐπίαλτος. Leg. ἐπιάλτης. Vid. *Vossium* de Idolol. lib. III. cap. 35. f.

29. *Τυπτήσειν*] *Aristophan.* Plut. v. 21. Nub. v. 1445. *Plato* Hipp. Mai. p. 1252. E. [p. 292. B. St.] *Liban.* Opp. T. I. p. 923. D. Similia sunt κλαιήσειν, παιήσειν.

30. *Τροπίαν κ. ἐ. Ἀττικῶς. οἶνον τετραμμένον ἢ ἔκλυτον, Ἑλλ.*] Locum sic restituisse videtur *Hudsonus* ex *Hesychio* et *Suida*. Fischer.

Haec omnia desiderantur in Cod. Coisl. Vocis autem τροπίας nullum apud Lexicographos exemplum occurrit, quam tamen legisse nobis videmur in scriptis *Gregorii Nyss.* T. I. p. 301. D. sed nunc liber non est in manibus. [Locus sic se habet: ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ σεσηπότων ἢ ὀμφακιζόντων τῶν βοτρύων ἀποῤῥυῇ ὁ οἶνος, τροπίας εὐθὺς καὶ ἄποτος γίνεται κ. τ. λ.] Sallier.

Τροπίαν. In MSS. nulla lectionis varietas. Suspicor tamen, pro καὶ reponi debere Ἀττικῶς. Quanquam enim *Pollux* lib. I. sect. 248. et VI. 17. utrumque recenset, τροπίαν puto rarius fuisse. *Moeris* autem ob oculos habuisse videtur *Aristophanis* versum, quem conservavit *Suidas* v. Τροπίας οἶνος. ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς. καὶ ἐκτροπίας. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι· Τάγυνον πότον, καὶ μὴ τροπίαν

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Υ.

Ὕαλος[1], ἐν τῷ α̅, Ἀττικῶς. ἐν τῷ ε̅, Ἑλληνικῶς. Ὑπόστρωμα[2], Ἀττικῶς. περίστρωμα, Ἑλληνικῶς.

οἶνον φέρε. ubi e *Photii* Lexico MS. legendum: *Ταχὺ νῦν πέτου*. Vid. Cel. *Albertium* Miscell. Critt. p. 293. *Οἶνον ἐκτροπίαν* praebet *Alciphron* lib. I. ep. 20. p. 76. *οἱ μὲν Χαλυβώνιον ἔπινον· ἐκτροπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην*. ubi notat *Berglerus*. Conf. *Kusterum* ad Hesych. v. *Ἐντροπίας*.

1. *Ὕαλος, ἐν τῷ α̅, Ἀ. ἐν τῷ ε̅, Ἑ.*] Inverte. Ita tamen et in *σίαλος*. Bergler. in marg.

Ὕαλος, ἐν τῷ α̅. In eadem cum *Moeride* sententia sunt *Dionysius*, magni quondam nominis
374 grammaticus, apud *Eustath.* [in Hom. Od. A.] p. 1390. [v. 35. ed. Rom.] *Arist. Schol.* Nub. v. 766. *Phrynichus, Thomas Mag. Etymologus* et *Photius* in Lex. MS. quem ea de re disserentem audire iuvat: *Ὕαλος, οὐχὶ ὕελος. καὶ θηλυκῶς ἡ ὕαλος καὶ ὑάλιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· ἐξ ὑαλινῶν ποτηρίων καὶ χρυσίδων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ α̅ λέγεται.* Quam ob rem si illorum iudicio standum est, vox *ὕελος* est repudianda: quibus tamen ne assensum praebeamus, facit auctoritas *Theophrasti*, in cuius scriptis *ὕελος* semper, *ὕαλος* nunquam reperias. Sic lib. de Lapid. cap. 59. *εἰ δὲ καὶ ὁ ὕελος ἐκ τῆς ὑελίδος, ὥς τινές φασι, καὶ αὐτῇ πυκνώσει γίνεται.* ubi praeterea illud est animadvertendum, nomen illud masculino genere efferri: alibi tamen, libro nempe de Igne cap. 122. femininum facit. Unde colligas, Atticos nulla lege constrictos, quam ipsis sequi necesse foret. Femininum tamen magis obvium. Ita *Lucianus*, qui, ut et *Theophrastus*, *ὕελος* [Amor. 26.] T. I. p. 1044. [T. II. p. 427.] scribere non dubitavit. *τὸ δ' ἄλλο σῶμα*, inquit, *μηδ' ἀκαρῆ τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης ἠλέκτρου φασὶν, ἢ Σιδωνίας ὑέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει.* Quod si *ὕαλος* etiam in eiusdem scriptis occurrit, ex eo illud tantum sequitur, nomen *ὕαλος* et *ὕελος* nullo discrimine ab Atticis usurpatum. Sallier.

Ὕαλος. Vid. omnino *Ti. Hemsterhusius* ad Thom. v. ubi hoc et similia, in quibus eadem litterarum α̅ et ε̅ permutatio, multis illustrat.

2. *Ὑπόστρωμα*] Si *Moeridi* fides, idem erit *ὑπόστρωμα* ac *περίστρωμα*, id est, *stragulum, quod subiici solet;* attamen *περίστρωμα* illud dicitur, *quod circum insternitur. Moeridi* accedunt *Hesychius* et *Thomas Mag.*, e quorum mente statuendum, *stragulum* ab iis, qui minus Attice loquerentur, *περίστρωμα* appellatum esse, cuius significationis nulla exempla hactenus se nobis obtulerunt, quae in controversiam vocari non possint. Non incommode tamen sic exponeretur locus *Diogenis Laërtii* [lib. V. cap. 4.

Ὑγιᾶ [3], Ἀττικῶς. ὑγιῆ, Ἑλληνικῶς.
Ὑφηναμένη [4], Ἀττικῶς. ὑφάνασα, Ἕλληνες,

§. 73.] p. 132. δίδωμι δὲ Σύρῳ, inquit, ἐλευθέρῳ ὄντι τέτταρας μνᾶς, καὶ τὴν Μηνοδώραν δίδωμι, καὶ εἴ τι ὀφείλει ἐμοὶ, ἀφίημι αὐτῷ. καὶ Ἱλάρᾳ πέντε μνᾶς, καὶ ἀμφίταπον, καὶ δύο προσκεφάλαια, καὶ περίστρωμα, καὶ κλίνην, ἣν ἂν βούληται. ubi vides *pulvinaria*, περιστρώματα, et *lectum* coniungi; περιστρώματα nempe *quae substernerentur*.
375 Ad vocem ὑπόστρωμα quod attinet, in Atticorum scriptis illam legisse non meminimus, et antiquiorem, a quo sit usurpata, *Dioscoride* novimus neminem. Occurrit lib. I. p. 70. ὠνόμασται δὲ ἁγνὸς, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. Eam quoque reperias apud *Achmet.* Oneir. [cap. 225.] p. 197. [ed. Rigalt.] SALLIER.

Ὑπόστρωμα. Vid. not. ad Thomam. Ὑποστρώματα leguntur in *Alciphronis* Epist. ined. apud *D'Orvillium* ad Charit. p. 656. [p. 601. ed. Lips.] ἀλλ' ὑπὸ ταῖς μυῤῥίναις ἣν ἰδοῦ τὸ χωρίον ὡς ἔνδροσόν ἐστιν ἐν κύκλῳ καὶ ἄνθεσι ποικίλον. ἐπὶ αὐτῆς βουλοίμην ἂν τῆς πόας κατακλιθῆναι, ἢ ἐπὶ τῶν ταπητίων ἐκείνων καὶ τῶν μαλθακῶν ὑποστρωμάτων. Sic leg. pro ἣν ἰδοῦ. Frustra *D'Orvillius* ὄν. Vid. *Ti. Hemsterh.* ad Luciani D. M. X. [10.] T. I. p. 374.

3. Ὑγιᾶ] Consule *Thomam* v. *Eustath.* ad Odyss. *Δ*. p. 196. l. 11. *Etymol.* p. 152. l. 23. etc. In *Platonis* libris utramque formam reperias. Apud *Herodotum* ἀκλεᾶ, ἐνδεᾶ, καταδεᾶ. etc. Ὑγιέα lib. I. cap. 8. quod dubito, an non sit castigandum.

4. Ὑφηναμένη, Ἀ. ὑφαίνασα, Ἑλληνικῶς.] Scribe ὑφήνασα. *Moeridem* sequitur *Thomas Mag.* Ὑφανάμην κρεῖττον ἢ ὕφανα. Legendum Ὑφηνάμην. Uterque autem fallitur, cum ὑφήνασα et ὕφηνα voces esse parum Atticas audacter pronuntiant, quibus uti *Euripides* non dubitavit. Prior legitur Iphig. in Taur. v. 814. Ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς. Altera vero eiusdem tragoediae v. 817. Ὕφηνα καὶ τόδ' εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς. Ne quid autem scrupuli restet, adducemus locum e solutae orationis scriptore depromtum, *Luciano* scil., cuius haec verba [Amor. 34.] T. I. p. 151. [T. II. p. 434.] τὴν δὲ ἀπὸ τούτων μίμησιν, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεὶ μετάγοντες, ὕφηναν μὲν ἑαυτοῖς χλανίδας, οἴκους δὲ ᾠκίσαντο. SALLIER.

Ὑφηναμένη, Ἀ. ὑφαίνασα, Ἑ. MSS. Coisl. Reg. et Coll. Schlaeg. ὑφάνασα. Recte *Plato* Phaedon. p. 65. E. [p. 87. B. St.] αὐτὸς ὑφηνάμενος. *Xenophon* Memorab. lib. III. [cap. 11, 6.] p. 784. B. ἀράχνια γὰρ δήπου λεπτὰ ὑφηναμέναι, ὅ τι ἂν ἐνταῦθα ἐμπέσῃ, τούτῳ τροφῇ χρῶνται. Utuntur et poëtae. *Incertus* Anthol. lib. I. cap. 33. epigr. 24. v. 1. Λεπτὸν ὑφηναμένα ῥαδι-

Ὕσπληξ [5], θηλυκῶς, Ἀττικῶς. ἀρσενικῶς, Ἕλληνες.
Ὑπνομαχεῖν [6], Ξενοφῶν παιδείας β΄. μόνος.

νοῖς ὑπὸ ποσσὶν ἀράχνη. *Alcaeus* lib. III. cap. 25. epigr. 1. v. 2. *Eunomianus* Epigr. Jens. 49. v. 2. et *Leonidas* Epigr.
376 124. v. 4. Ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη. Sic MS. Voss. pro ὑφαινομένη. Itaque forma media immerito viro cuidam eruditissimo fuit suspecta. In Ἕλληνες conspirant MSS. ut et voce seq. Leid. Ὑφωαμένη.

5. Ὕσπληξ] Vide notam praecedentem (infra ad Ὑπόγυιον). Hudson.

De voc. ὕσπληξ vario usu v. *Eustath.* ad Dionys. Perieg. 121. Fischer.

Ὕσπληξ. — Σημειωτέον ὅτι ὕσπληξ. Haec et sequentia desunt in Cod. Coisl. Neque priorem huiusce articuli partem *Moeridi* tribuendam esse censemus, cum in voce Βαλβίδες vocem ὕσπληξ tanquam minus Atticam repudiet. Sallier.

Ὕσπληξ, θηλυκῶς, Ἀ. ἀρσενικῶς, Ἑλλ. Ita Codex Coisl. In margine autem Cod. Regii et Coll. Gronov. scripta sunt sequentia: ὅτι ὕσπληξ οὐχ ὁ τόπος μόνον λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁ σιδηροῦς (male in ed. Huds. et Leid. σιδηρεύς) ὀχεὺς, ὃν νῦν λάγυναν (*Huds.* MS. λάγαιναν, Leid. λάγεναν) φασίν. In *Hudsoni* MS. et Leid. glossema irrepsit in Ὑπόγυιον, ubi vide *Hudsoni* notam. Magnus *Salmasius* Exerc. Plin. p. m. 925. A. novae ed. 649. locum laudans exhibet ὃ νῦν μάγγανόν φασιν, quod vocabulum ibidem illustrat, atque inde recepisse videtur *Hudsonus*. Cel. *Oudendorpius* vero ad Thom. v. pro μάγγανον reponendum censet μάνδαλον, et similiter in *Scholiasta* Luciani ad [Tim. 20.] T. I. p. 130. μόχλον, ἣν ἀρτίως λάμναν φασι, ὕσπληγα καλεῖ. e quo *Scholiastae* loco, vel potius ad [de Cal. non tem. cred. 12.] T. III. p. 141. *Moeris* interpolatus est in Codice Regio. Mihi λάμνα, recentioris vox Graecismi pro *lamina*, ut ῥῆγλα pro *regula*, φίβλα pro *fibula*, non videtur mutanda in *Scholiasta*. Λάγαινα vel Λάγενα vel Λάγυνα inde corruptum. Ὕσπληξ in fem. occurrit apud *Lucianum* l. c. Inde derivatum Laconicum ὕσπλαγις. Pro ὑσπλάτιδος enim in *Aristophanis* Lys. v. 999. reponendum ὑσπλάγιδος. Γυναῖκες, ἅπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάγιδος. *Schol.* ἀφέσεως. βαλβίδος, ἀπὸ μιᾶς ἀφετηρίας. *T* male scripta pro *Γ*, ut supra in Σιγηλός.

6. Ὑπνομαχῶν, Ξενοφῶν μόνος] Imo et *Synesius*, ut dicit *Thomas Magister*. Hudson.

Ὑπνομαχῶν, Ξ. μ. In Cod. Coisl. legitur, Ξενοφῶν παιδείας γ΄. μόνος. Scribe παιδείας β΄. Locus enim, de quo ibi *Moeris* agit, occurrit Cyropaed. lib. II. [cap. 4, 17.] p. 61. A. ἀλλὰ νῦν ἐάσαι χρὴ τοὺς ἄνδρας το μέ- 377
τριον ἀποκοιμηθῆναι, ὡς ἂν δύνωνται ὑπνομαχεῖν. ubi videas ad marginem ὕπνου τυχεῖν. Sed

Ὕδερος[7] καὶ ὑδρᾷν, Ἀττικῶς. ὕδρωψ καὶ ὑδρωπιᾷν, Ἑλληνικῶς.

Ὑπόγυιον[8] δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος. σημαίνει δὲ ἑκατέρως πρόσφατον.

ὑπνομαχεῖν veram esse lectionem, *Moeris*, et illum secutus *Suidas*, persuadent. Sallier.

Ὑπνομαχῶν. MS. sic: Ὑπνομαχεῖν Ξενοφῶν, παιδαγωγεῖν μόνος. Ita scribendum putavi pro παδαγωγεῖν, quod habet V. C. Angl. Videtur enim respici ad *Cyropaed. Xenoph.*, ubi ὑπνομαχεῖν — non ὑπνομαχῶν legitur lib. II. [cap. 4, 17.] fin. p. 36. ed. Steph. poster., nisi malis ὕπνου τυχεῖν, quod MS. *Xenoph. Stephano* propinavit. Quid si παιδαγωγιῶν legeremus? Ward. in coll.

Verba sunt manifeste corrupta. Delendum videtur παιδαγωγεῖν, quod forsitan vel pro ὑπαγρυπνεῖν e *Suida*, vel pro ὕπνου κρατεῖν e *Thoma M.* irrepsit. Fischer.

Ὑπνομαχεῖν erat in serie *Ruhnkenii*, quod praetuli. Sic et in *Montefalc.* Bibl. Coisl. in qua etiam παιδαγωγεῖν. In collationibus *Stoeberi* παιδίας γʹ. In Coll. Gron. παιδ Γʹ. Leg. βʹ. *Moschopulus II. Σ.* p. 138. Ὑπνομαχῶ, τὸ τὸν ὕπνον ἀποστρέφομαι.

7. Ὕδερος καὶ ὑδερᾷν] In MS. ὑδρᾷν. Hudson.

— ὕδρωψ, Ἑλληνικῶς, καὶ ὑδρωπιᾷν. Ea tamen voce utitur *Theophrastus* [Char.] cap. 9. ὥσπερ τοῖς ὑδρωπιῶσι τοῖς ἐπὶ καθέδρας, ὧν τὰ γόνατα καὶ οἱ πόδες οἰδοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ὅλοι, ὅταν ὑγρανθῇ καὶ βαρυνθῇ τὸ σῶμα. Sallier.

Ὕδερος καὶ ὑδρᾷν. Sic MSS. omnes. *Hesychius*: Ὑδρῶν, ὑδρωπιῶν. ubi tamen ordo litterarum postulat ὑδερῶν, ut est apud *Suidam* et in *Lexico* B. Coisl. p. 476. Ὑδέρων, ὑδρωπιῶν. In *Pollucis* lib. IV. sect. 187. ὑδερᾷν. Ὑδεριᾷν ubique emendandum censet *Oudendorpius* V. Cl. ad Thomam: a qua sententia uti non abhorreo, ita invitis libris nihil mutare sustinui. Ὕδερος legitur et apud *Philostrat.* V. A. lib. I. cap. 6. 9. lib. III. cap. 44. ὑδεριᾷν apud *Aristid.* T. II. p. 408. In fine voces ὕδρωψ, Ἑλληνικῶς καὶ ὑδρωπιᾷν, cum Coisl. Reg. et Coll. Gron. transposui.

8. Ὑπόγυιον — σημαίνει δὲ ἐγγύτερον, πρόσφατον] In MS. omnia perturbata erant et corrupta hoc modo: Ὑπόγηον. δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ὅτι ὕσπληξ οὐχ ὁ τόπος μόνον λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁ σιδηρεὺς ὀχεὺς ὃν νῦν λάγαινάν φασιν, οὐκ ἐπὶ τοῦ παραληλυθότος. σημαίνει δὲ ἐμα- 378
τερ. πρόσφατον. Hudson.

Ὑπόγυιον δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος. Contra *Plato* in Menexeno ἐξ ὑπογυίου αἵρεσις γέγονεν. p. 235. C. de re praeterita. Bergler. in marg.

Ὑπόγυιον. Codex Coisl. habet

ὑπόγηον. In ceteris cum editis consentit, si ἐγγύτερον excipias, cuius loco ἑκάτερον legitur, utrumque male; ὑπόγυιον enim et ἐγγύτερον scribendum est. Ad ὑπόγυιον quod attinet, temere nimium et *Thomas Mag.* pronuntiat, eam vocem in praeteritum non cadere, cum longe aliter sese rem habere argumento sunt haec *Platonis* in Menex. p. 235. C. νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν. ἐξ ὑπογυίου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν. Sic quoque *Lucianus* [Amor. 5.] T. I. p. 1022. [T. II. p. 402.] ἔγωγε οὖν ἐξ ὑπογυίου τῆς ἐπιχειρήσεως ἠψάμην. SALLIER.

63. *Φερέγγυος καὶ Ἀξιόχρεως, ἀμφοτέρως*] E Coll. *Stoeb.* et Ruhnk. Utrumque eadem significatione pro *ἀξιοπίστῳ*, *idoneo, sufficiente, fideiussore*
470 *locuplete,* apud scriptores Atticos satis frequens. *Ἀξιόχρεως* apud *Platon.* Apolog. p. 29. B. [p. 38. B. St.] *ἐγγυηταὶ δ' ὑμῖν ἔσονται τοῦ ἀργυρίου ἀξιόχρεω.* de Legg. lib. IX. p. 934. C. [p. 871. E. St.] lib. X. [imo lib. XI.] p. 964. D. [p. 914. D. St.] *Φερέγγυος Sophocl.* El. v. 948. *Thom.* v.

**) *ἀμφοτέρως*] Cod. Paris. ap. *Bachm.* *ἀμφότερον.*

***) *ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν*] Cod. Paris. ap. *Bachm.* *στρατιωτικῶν.*

64. *ἀνασύρασθαι*] *ἀνασύρεσθαι* in nostro Cod. legitur. [et Cod. Paris. ap. *Bachm.*] Recte. SALLIER. et in Reg. Ruhnk. ac Coll. *Stoeb.* [Probat quoque *Lobeckius* p. 462.]

65. *Λῆμα*] Revocavi e Reg. Ruhnk. et Coll. *Stoeber.* Pro *λήσω* perperam in *Stoeb.* *θελήσω.* Dein Reg. *Λῆμμα ἐπὶ τοῦ λαμβάνειν, καὶ γ.*

66. *Προσγελῶ*] Hocce verbum promiscue cum dat. et accusat. ab Atticis efferri solitum, testis *Priscianus* lib. XVIII. p. 1203. Illi (Attici) *προσγελᾷ με*

σκαίνω[67] *αὐτὸν, οὐχὶ αὐτῷ· σημαίνει δὲ τὸ διαβάλλειν καὶ ἐξαπατᾷν, οὐ τὸ φθονεῖν.**)

471 *Ἐπίδοξος*[68], *οὐχὶ ὁ ἔνδοξος, ἀλλ' ὁ προσδοκώμενος.*

Ὄφλημα[69] *καὶ ὀφείλημα διαφέρει· Ὄφλημα*

καὶ προσγελᾷ μοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος [cf. p. 66. ed. Steph. p. 410, 87. Bekk.]· *ὁ μὲν Ἀμύντας προσγελῶν τοῖς Φωκικοῖς ξένοις.* Nec aliud idem de verbo *βασκαίνειν* statuit p. 1169. Attici *βασκαίνειν αὐτόν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος* [pro Cor. p. 291. Reisk. p. 269, 189. Bekk.]· *ὁ δὲ σιγήσας, ἡνίκα ἔδει λέγειν, ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει.* Huic exemplo aliud e *Demosthene* adiungere possumus. Legitur p. 78. [p. 94. Reisk. p. 86, 19. Bekk.] *χρὴ μὰ Δί', οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν, καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι.* Sallier.

67. *Βασκαίνω αὐτὸν, οὐχὶ αὐτῷ*] Ita e Coll. *Stoeberi* et Reg. Ruhnk. restitui pro *βασκαίνω αὐτῷ, οὐχὶ αὐτόν. Βασκαίνειν* enim, cum *calumniari* significat, accusativum adsciscit; cum *invidere*, dativum. Vid. *Thom.* p. 148. In *Suida* etiam, ubi *Harpocrationem* expilavit, *Βασκαίνει δοτικῇ. ἀντὶ τοῦ αἰτιᾶται, καὶ μέμφεται, καὶ συκοφαντεῖ*, vel delendum *δοτικῇ*, quod vocabulum neque apud *Harpocrationem*, neque apud *Etymologum* p. 190. l. 28. legitur, vel
471 ad sequentia reiiciendum sic: *Βασκαίνω σοι ἀεὶ δοτικῇ. ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ. τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι. Grammaticus* Vetus de Syntaxi, Bibl. Coisl. p. 496. [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 130, 15.] *Βασκαίνω αἰτιατικῇ. Δημοσθένης ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν Χεῤῥονήσῳ μάχης* (p. 37. B. [p. 94. Reisk. p. 86, 19. Bekk.])· *χρὴ οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται δύναμιν τῇ πόλει παρασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι. ἐκ τῆς* (leg. *τοῦ*) *πρὸς Λεπτίνην* (p. 365. A. [p. 464. Reisk. p. 419, 24. Bekk.])· *οἱ* (*εἰ*) *μὲν γάρ τις ἔχει πολλὰ, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τούτῳ βασκαίνειν.* Priori loco est *criminari*, *διαβάλλειν, μέμφεσθαι*, posteriori *invidere*, *φθονεῖν.* Usus est depravata *Herodiani* lectione *Wetstenius* ad Gal. cap. III. v. 1.

*) *οὐ τὸ φθονεῖν*] Margini Cod. Paris. ap. *Bachm.* haec vides addita: *βασκαίνειν, τὸ φθονεῖν, δοτικῇ. βασκαίνω, τὸ διαβάλλω, αἰτιατικῇ.*

68. *Ἐπίδοξος*] Similiter *Ammonius* p. 53. *Phrynichus* p. 53. [p. 152. Lob.] *Thom M.* p. 343. ad quos vid. Comment. Solus Regius Ruhnk. hanc nobis praebuit particulam.

69. *Ὄφλημα*] *Pollux* lib. III. sect. 84. *καὶ τοῦ χρέους δανείσματα, ὀφειλήματα — τὰ γὰρ ὀφλήματα, καὶ τὸ ὄφλειν, ἐπὶ τῶν καταδικασθέντων εἰς ἀργύ-*

γὰρ τὸ ἐκ καταδίκης λέγεται. ὀφείλημα δὲ, ὃ ἐδανείσατό τις.

Ἐπιλήσμων[70], *ὁ ἐπιλανθανόμενος· Λήθαργος δὲ, κύων**) *ὁ κρύφα δάκνων.*

472 *Τῇ ἐπιούσῃ*[71] *ἐρεῖς, μὴ προστιθεὶς τὴν ἡμέραν, τῆς δὲ ἐπιούσης ἡμέρας.*

ριον. quem locum ad *Thom.* excitavit quoque Cl. *Oudendorpius.* Quemadmodum ὄφλειν et ὀφείλειν saepissime a librariis fuerunt confusa, ita ὄφλημα et ὀφείλημα etiam frequenter permutata videntur. [Vid. *Fischer.* ad Platon. Apolog. p. 140.] In *Ammonio* etiam, vix dubitamus, mendam haerere p. 107. Ὄφλημα καὶ Χρέος διαφέρει. Ὄφλημα μὲν γὰρ καὶ Ὀφείλημα, τὸ ἐκ καταδίκης τῷ δημοσίῳ ὀφειλόμενον. Χρέος δὲ, τὸ ἰδιωτικὸν δάνειον, et voces καὶ ὀφείλημα vel deleri debere, vel post Χρέος poni: Χρέος καὶ ὀφείλημα, τὸ ἰδιωτικὸν δάνειον.

70. Ἐπιλήσμων] *Phrynichus* p. 182. [p. 416. Lob.] Λήθαργος· οὕτω Μένανδρος. οἱ δ' ἀρχαῖοι Ἀθηναῖοι ἐπιλήσμονα καλοῦσιν, οἷς πιστέον. Ἐπιλήσμων usurpat *Plato* Ion. p. 367. E. [p. 539. E. St.] ἢ οὕτως ἐπιλήσμων εἶ [Sympos. p. 194. A. ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην.] et alii scriptores Attici. Λήθαργος sive Λαίθαργος veteribus *canem* significabat *adulantem et mox clam*
472 *mordentem,* ceterasque bestias. Vid. *Hesych.* v. *Eustath.* ad Odyss. Δ. p. 164. l. 19. *Moschopul.* Π. Σ. p. 73. Ita a *Philostrato* adhiberi scio; sed locus iam non succurrit. Post *Menandrum* alii λήθαργον pro *homine oblivioso* posuerunt, ut *Etymologus* in Ἐνεός. *Meleager* in Anthologia inedita [in *Brunckii* Anal. I. 17. sive carm. LIII. p. 25. ed. Mans.]: Ψυχὴ δυσδάκρυτε, τί σοι τὸ πεπανθὲν ἔρωτος Τραῦμα διὰ σπλάγχνων αὖθις ἀναφλέγεται. Μὴ μὴ πρός σε Διὸς, μὴ πρὸς Διὸς, ὦ φιλάβουλε Κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑπολαμπόμενον. Αὐτίκα γὰρ, λήθαργε κακῶν, πάλιν εἴ σε φυγοῦσαν Λήψετ' ἔρως, εὑρὼν δράπετιν αἰκίσεται. Idem Epigramma protulit Celeb. *D'Orvillius* ad Charit. p. 201. [p. 322. ed. Lips.] sed versum quartum intactum silentio praeteriit: in quo pro ὑπολαμπόμενον scribendum est ὑποθαλπόμενον. Ita idem *Meleager* in alio epigrammate [in *Brunck.* Anal. 4. ap. *Mans.* V. v. 3. p 7.]: Ἡρπάσατ' ἄλλον ἔρωτ' ἄρνες λύκον, οἷα κορώνη Σκορπίον, ὡς τέφρη πῦρ ὑποθαλπόμενον.

*) Λήθαργος δὲ, κύων] Cod. Paris. ap. *Bachm.* λήθαργος ὁ κύων.

71. Τῇ ἐπιούσῃ] Minus recte, ut ostendunt haec *Xenophontis* [Anab. lib. I. cap. 7, 2.] p. 260. μετὰ δὲ τὴν ἐξέτασιν ἅμα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ αὐτομόλοι παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἥκοντες ἀπήγγελλον Κύρῳ περὶ τῆς βασιλέως στρατιᾶς. Idem

473 *Σιτευτοὺς*[72] *ὄρνιθας, οὓς νῦν σιτιστοὺς λέγουσι.*

Πάρεδροι, οἳ νῦν συγκάθεδροι.

Μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, οὐχὶ[73] *μέση ἡμέρα.*

Διήγησιν[74] *λέγουσιν, οὐχὶ Διήγημα.*

[Anab. lib. IV. cap. 5, 21.] p. 332. *τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Ξενοφῶν λαβὼν τὸν κωμάρχην, πρὸς τὸν Χειρίσοφον ἐπορεύετο.* Sallier.

Consulendi homines eruditi ad Thom. M. qui *Herodiani* observationem suam fecit p. 352. *Τῇ ἐπιούσῃ* mirifice depravatum est in mulierem Diopithusam apud *Plutarchum* de Flum. T. II. p. 1149. f. 1150. A. *Γάγγης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. Ἰνδῷ τις Καλαυρία νύμφη ἐγέννησεν υἱὸν κάλλει περίβλεπτον, τοὔνομα Γάγγην. οὗτος καρηβαρήσας, τῇ μητρὶ κατ᾽ ἄγνοιαν συνεγένετο τῇ Διοπιθούσῃ. ὁ δὲ μεθ᾽ ἡμέρας παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, διὰ λύπης ὑπερβολὴν, ἑαυτὸν ἔῤῥιψεν εἰς ποταμὸν Χλιαρὸν καλούμενον.* Scribendum: *τῇ μητρὶ κατ᾽ ἄγνοιαν συνεγένετο. τῇ δὲ ἐπιούσῃ παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν.* Pulcherrimum inventum debes Viro acutissimo et nobis amicissimo *A. Heringae*, qui illa *ὁ δὲ μεθ᾽ ἡμέρας* ab interpolatore profecta existimabat, vel sic castiganda: *τῇ δὲ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν*, qua loquendi formula praeter *Timaeum* apud *Athen.* lib. II. p. 37. C. medicorum princeps *Hippocrates* aliquoties usus est. Plurimas similes in Graecis Latinisque scriptoribus emendationes observationesque pulcherrimas in eruditis, a qui- 473
bus nunquam, nisi doctior, recedo, colloquiis mecum communicavit Vir Eximius; quas ut ne diutius Orbi litterato invideat, saepius privatim ipsum obtestatus sum et nunc publice etiam atque etiam obtestor.

72. *Σιτευτοὺς ὄρνιθας*] E Reg. Ruhnk. Vid. *Thom.* v. p. 794. et *Wetsten.* ad Matth. cap. XXII. v. 4.

73. *οὐχὶ μέση ἡμέρα*] Levem maculam, *οὐχ ἡ μέση ἡμέρα*, delevi cum Reg. Ruhnk. [affirmante Cod. Paris. ap. *Bachm.*] Vide vocem sequentem. Conf. not. ad Thom. p. 609.

74. *Διήγησιν*] Adi *Hemsterhusium* aliosque ad Thom. p. 234. et de sequentibus ibidem p. 382. [Desunt verba *διήγησιν — διήγημα* in Cod. Paris. ap. *Bachm.*] *Εὐθενεία* in veterum Atticorum scriptis non occurrit. *Εὐετηρία* apud *Xenoph.* H. Gr. lib. V. [cap. 2, 4.] p. 552. B. Hierone [cap. 5, 5.] p. 910. D. et alibi. [add. *Platon.* Conviv. p. 188. A. Utrumque, *εὐθηνίαν* et *εὐετηρίαν*, coniunxit *Philo* de Congr. Erud. Grat. §. 30. p. 544. Vit. Mos. lib. I. §. 35. p. 111. ed. Mang. Iniuria autem v. *εὐθενίη Theaeteto* poëtae apud *Diogen.*

*Εὐθενεῖσθαι λέγοντες, εὐθενείαν οὐ λέγουσιν, ἀλλ' εὐετηρίαν.**)

Ὑποτίθησι[75] *μὲν δανειζόμενος τὰ ἐνέχυρα. Ὑποτίθεται δ' ὁ λαμβάνων.*

474 *Σοφώτατος τῆς ἡλικίας, ἀντὶ τοῦ τῶν ἡλικιωτῶν.*

Laërt. lib. IV. cap. 5. sect. 25. p. 279. a nupero eius eodemque nobis amicissimo editore oblatum vidimus. *Hermannum* et ibi verum vidisse verissimum est.] Elegans est *Alciphronis* locus lib. I. ep. 24. p. 98. ab aliis quoque ad *Thom.* laudatus: *ἔστι δέ σοι ὡς ἀκούω τῆς πέρυσι εὐετηρίας λείψανα. δάνεισον οὖν μοι μεδίμνους εἴκοσι, ὡς ἂν ἔχοιμι σώζεσθαι αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία. καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης, ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον, καὶ λῷον ἐάν τις εὐθηνία γένηται.* ubi Codex Regius, quem Cl. *Ruhnkenius* Parisiis evolvit, pro *εὐθηνία* praebet *ἀφθονία.*

*) *ἀλλ' εὐετηρίαν*] His adscripta sunt in margine Cod. Paris. ap. *Bachm.* *ἤγουν καιρὸν ἐπιτηδῆ εἰς φορὰν ὠνίων.*

75. *Ὑποτίθησι*] *Qui mutuo accipit, ὑποτίθησι, opponit pignori. Qui accipit pignus, ὑποτίθεται,* ut ad hunc locum monuit Illustris *Scaliger. Herodianum* sequitur *Thomas M.* Conf. *Polluc.* lib. III. sect. 84. *ὑποθήκην θεὶς, ὁ δανειζόμενος. ὑποθήκην θέμενος, ὁ δανείζων χρέα.* et lib. VIII. sect. 142. *Θεῖναι μὲν οἰκίαν, τὸ δοῦναι εἰς ὑποθήκην. θέσθαι δὲ τὸ λαβεῖν εἰς ὑποθήκην. καὶ τὸ μὲν ἔθηκε, τὸ δὲ ἔθετο. ὁμοίως ὑπέθηκε, καὶ ὑπέθετο. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἔφη, ὑποτιθέμενος* (sic leg. cum *Salmas.* pro 474
ἀποδιδόμενος) *ἀντὶ τοῦ ὑποθείς. Ὑποτιθέναι* pro *pignori opponere* saepe apud *Demosthenem,* ceterosque oratores Atticos. Vid. *H. Stephan.* Thes. L. Gr. T. III. p. 1519. G. Ipsa *pignora* dicuntur *τὰ ὑποκείμενα* et *ὑποτεθειμένα. Demosthen.* adv. Aphob. Or. I. p. 548. C. [p. 816. Reisk. p. 106, 9. Bekk.] p. 550. B. [p. 820. Reisk. p. 110, 24. Bekk.] p. 551. A. [p. 822. Reisk. p. 112, 28. Bekk.] etc. *Qui pignus accipit, ὁ ὑποτιθέμενος* apud *Demosthen.* adv. Aphobum. Rectissime *Berglerus,* Vir eruditissimus, hoc verbum *Alciphroni* restituendum coniecit, lib. I. ep. 26. *πόσων ἤρετο ταλάντων; ἐμοῦ δὲ θαυμάσαντος τὴν ὑπερβολὴν, διέπτυεν εὐθέως. καὶ δῆλος ἦν δυσχεραίνων· ὅμως ἐδίδου, καὶ ἀπήτει γραμματεῖον. καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρὺν, καὶ τὴν οὐσίαν ὑποθέσει μηνὸς εἰσέτι μοι.* Pro ultimis *Berglerus* scribendum coniicit: *καὶ τὴν οὐσίαν ὑποθέμενος εἰσέτι μοι,* optime ad sensum. Sed cur non propius ad litterarum ductus? *καὶ τὴν οὐσίαν ὑποτεθειμένος ἥ ἐστι μοι.* Posterius hoc debetur Codici Regio, qui reliqua sic exhibet: *καὶ πρὸς τῷ ἀρχαίῳ καὶ τόκον βαρὺν, κ. τ. ὁ. ὑποθήσει μηνὸς ἥ ἐστι μοι.*

Εὐστομεῖν[76] *ἀντὶ τοῦ εὐφημεῖν. καὶ Ἡρόδοτος· εὔστομα κείσθω.*
Ὀλίγης[77] *ἐστι διδασκαλίας, ἀντὶ τοῦ, ὀλίγων δεῖται πρὸς μάθησιν.*
Ἀφηλικέστερος, ὁ[78] *τὴν ἡλικίαν προβεβηκώς.*
Μῆλα Μηδικὰ, τὰ νῦν κίτρα.

Perfectum passivum et aoristus medius eodem sensu usurpantur, ut *δεδανεισμένος* et *δανεισάμενος*. Idem verbum reddendum *Polyaeno* lib. VII. cap. 31. *Κερσοβλέπτης ἀποστάντων αὐτοῦ συγγενῶν πολλὰ χρήματα ὑπεκτεθειμένων, διαλυσάμενος πρὸς αὐτοὺς, κατέστησε πόλεων ἄρχοντας, διαστήσας ἀπ' ἀλλήλων. ἐπεὶ δὲ χρόνου διαγενομένου τὰ ὑποκείμενα χρήματα μετεπέμψατο, συλλαβὼν αὐτοὺς, τῶν πόλεων ἐξήλασε, καὶ τῶν χρημάτων αὐτὸς ἐκράτησε.* Interpres *ὑπεκτίθεσθαι clam efferre* vertit. Sed e sequentibus clarissimum in modum apparet, *Polyaenum* dedisse *ὑποτεθειμένων. Cum cognati Cersobleptis, qui magnas divitias*, vel, *multa bona pignori ceperant, ab ipso defecissent, facta pace, civitatium eis praefecturas attribuit, eosque ab se invicem disiunxit. Cum autem interiecto tempore bona pignori opposita repeteret, comprehensos eos urbibus eiecit* etc. Emendationis veritas magis patebit, si aliunde historiae quaedam lux accedat.

76. *Εὐστομεῖν, ἀντὶ τοῦ εὐφημεῖν*] *Aristoph.* Nub. v. 831. ubi notat *Spanhemius. Aristides* T. I. p. 507. *καὶ τοὺς μὲν παῖδας κελεύομεν εὐστομεῖν, silere.* Conf. *Oudendorp.* ad Thom. p. 394. *Suidas*: *Εὖ ἔχειν στόμα, τὸ εὐφημεῖν. οὕτως Εὔπολις.* quod proxime accedit ad *Sophocleum εὔστομ'* vel *εὖ στόμ', ἔχε,* Philoct. v. 201. ubi *Scholiasta Herodoti* locum e lib. II. cap. 171. quoque laudat. *Herodotum* imitati *Synesius* de Provid. p. 124. A. *τὰ δὲ ἐντεῦθεν εὔστομα κείσθω, φησί τις. Themistius* Or. II. p. 27. C. *ἐμοὶ δὲ περὶ μὲν θεῶν εὔστομα κείσθω, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον.* Or. XIII. p. 176. A. *καί μοι εὔστομα κείσθω τὰ ἀμφὶ Κλεῖτον καὶ Παρμενίωνα.*

77. *Ὀλίγης ἐστι διδασκαλίας*] Sic etiam Reg. Ruhnk. *Stoeberus* legit *ὀλίγος*. Mihi neutrius phraseos exempla ad manum sunt, nec ratio satis perspecta est. [Vulgatam esse sanissimam docet *Lobeckius* p. 469. allato *Eveni* fr. III. *ῥάστης εἰσὶ διδασκαλίας.*]

78. *ὁ τὴν ἡλικίαν προβεβηκώς*] Sic quoque MS. Frequentior hic dativus. *Machon* apud *Athen.* lib. XIII. p. 580. C. *ἐπεὶ δὲ προὔβη τοῖς ἔτεσ' ἡ Γνάθαινα. Etymol.* p. 221. l. 10. *Γέρων σημαίνει τὸν προβεβηκότα τῇ ἡλικίᾳ. Lysias* Or. XXIV. p. 412. [p. 169. Steph. p. 346, 16. Bekk.] et ubique. Aliquando tamen Accusativus verbo *προβαίνειν* iungitur. *Etymolog.* p. 687. l. 12. *πρεσβύτης γὰρ ὁ γηραιὸς,*

Τὸν Λάρυγγα[79], ἀρσενικῶς· τὴν Φάρυγγα, θηλυκῶς.

Ἐνεύναιον, ἱμάτιον καὶ ἐπιβόλαιον τὸ ἐν τῇ εὐνῇ.

Πολίτης, δημότης, φυλέτης[80], ἡλικιώτης,
476 ἄνευ τῆς σύν· Συνέφηβος δὲ καὶ συνθιασώτης
καὶ συμπότης μετὰ τῆς σύν· ὅτι καὶ πρόσκαιρος αὐτῶν ἡ κοινωνία. ἐπὶ δὲ τῶν προτέρων οὐχ ὁμοίως.

Γέλως[81] πλατὺς, οὐχὶ πολὺς ἐρεῖς.

Δίκη[82], ἡ ἰδία· Γραφὴ δὲ, ἡ δημοσία.

παρὰ τὸ προβεβηκέναι τὴν ἥβην. Conf. *Markland.* ad Lys. l. c. Sic προήκειν τὴν ἡλικίαν *Aelian.* H. A. lib. IX. cap. 1. et lib. XV. cap. 25. In *Luciani* Alex. [56.] T. II. p. 261. Ἔτη ἑξήκοντα, ὡς ὁρᾷς, ἀνεπίληπτον βίον καὶ ὅσιον προβεβιωκὼς, praetulerim cum Editore alteri lectioni προβεβηκώς. Intelligitur in προβαίνειν τὴν ἡλικίαν praepositio κατὰ, quam aliquando additam reperias. Vid. *Wetsten.* ad Luc. cap. I. v. 7. De ἀφηλικέστερος vid. ad *Moerin.*

79. Τὸν λάρυγγα] Vid. *Phryn.* p. 22. [p. 65. Lob.] *Thom.* p. 570. et not. Ad praecedentem et sequentem vocem *Nunnes. Hesych.* in Ἐνεύναιον.

80. ἡλικιώτης] Hanc vocem cum Regio Ruhnk. inseruimus [suffragante Cod. Paris. ap. *Bachm.*], quam *Thomas* quoque
476 in Δημότης p. 207. sine σὺν ab
Atticis adhiberi observat; in Πολίτης p. 729. eandem omisit, ubi cetera exscripsit. Videndi ad utrumque locum interpretes et ibidem laudatus *Graevius* ad Luciani Soloec. [5.] T. III. p. 562. aliique, quos nominare longum foret. In fine pro οὐχ ὁμοίως, quemadmodum *Thom.* quoque, MS. Reg. οὐδαμῶς, perperam. Συνέφηβος *Charito* lib. VIII. [cap. 6.] p. 140. [p. 187. v. 7. ed. Lips.] et ibidem *D'Orvillius* p. 704. [p. 631. ed. Lips.] Animadvv.

81. Γέλως πλατὺς, οὐχὶ πολύς] Ea loquendi ratio ab *Epicharmo* quondam usurpata. Sic enim ille fragm. p. 411. [ap. *Athen.* lib. X. p. 411. B. sive in *Grotii* Excerptt. ex Trag. et Com. Gr. p. 471.] Τηνικάδε χαριείς τ' εἰμὶ, καὶ ποιέω πολὺν γέλωτα. nec ideo reprehendendus est, cum apud *Xenophontem* occurrat; sed locus nunc in manibus non est. [v. *Sturz.* Lex Xenoph. T. I. p. 575. b. Alia bene multa dedit *Lobeckius* p. 471. sq.] Sallier.

Γέλως πλατύς. *Aristoph.* Ach. v. 1125. *Liban.* T. I. p. 794. D. *Synesius* Ep. L. p. 188. C. etc. γέλως πολὺς ubique.

82. Δίκη, ἡ ἰδία] Edit. Δίκη, ἡ ἰδία, κυρίως δ' ἐπὶ τῶν σωματικῶν καὶ πραγματικῶν.

Τὸ Δυσωπεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὑφορᾶσθαι, οὐκ ἐπὶ τοῦ αἰσχύνεσθαι.

Τοῖς[83] Δύο μᾶλλον· ὅσα γὰρ μὴ συνεμφαίνει γένος, οὐδὲ πτῶσιν δέχεται, ὥσπερ οἱ τρεῖς, τῶν τριῶν, τοῖς τρισὶ, ἔχει τὴν κλίσιν. παράκειται γὰρ οὐδέτερον αὐτοῖς τὰ τρία, ὁμοίως τοῖς τέτρασιν.*) ἀπὸ δὲ τῶν κλινομένων καὶ ἄχρι τῶν ἀκλίτων οἱ ἀριθμοί.

477 Ἐξίστασθαι[84] λέγουσι**). τὸ δὲ Περιΐστασθαι, οὐχ ὅμοιον τῷ ἐκστῆναι. τὸ γὰρ Περιστῆναί ἐστι πέριξ στῆναι.

Τεχνήσασθαι[85], τὸ μετὰ τέχνης τι κατασκευάσαι. Τεχνάσασθαι δὲ, τὸ κακουργῆσαι.

Ἀσύμβολος παιδείας, ὁ ἀπαίδευτος. οὐκ[86] ἀσύμβολος δὲ, ὁ πεπαιδευμένος.

Εἰς[87] τάχος γράφειν τὸν ταχυγράφον, καὶ

γραφὴ δὲ ἡ δημοσία, καὶ ἐπὶ ἐγκλημάτων ψυχικῶν. Coll. *Stoeb.* et Reg. Ruhnk. ita, ut edidi. [Cod. Paris. ap. *Bachm.* δίκη, ἰδία. γραφὴ δὲ, δημοσία. Cf. *Fischer.* ad Plat. Euthyphr. p. 7.] Adeundae ad *Thom.* p. 239. et seq. notae.

83. Τοῖς δύο] Coll. *Stoeb.* et Reg. Ruhnk. hanc nobis restituerunt observationem, quam ma-
477 gnam partem expilavit *Thomas M.* p. 253. Pro συνεμφαίνει Reg. [et Cod. Paris. ap. *Bachm.*] συνεκφαίνει. Post παράκειται deest γάρ. [Cod. Paris. ap. *Bachm.* παράκειται τὸ οὐδέτερον.] Vid. *Etymol.* p. 290. l. 94.

*) ὁμοίως τοῖς τέτρασιν] Cod. Paris. ap. *Bachm.* ὁμοίως καὶ τοῖς τετρ.

84. Ἐξίστασθαι] Ex iisdem Codd. recepi. In fine Reg. Ruhnk. ἐπὶ τοῦ pro ἐστι. Quid velit *Herodianus*, non satis perspicio. De verbo περιΐστασθαι *Thom. M.* Conf. *Ti. Hemsterh.* ad Schol. Aristoph. Plut. v. 953.

**) λέγουσι] Cod. Paris. ap. *Bachm.* λέγε. et in fine ἐπὶ τοῦ πέριξ στῆναι.

85. Τεχνήσασθαι] In ed. ultima est observatio. Reg. Ruhnk. hoc loco ponit. [Desunt in Cod. Paris. ap. *Bachm.*] Vid. *Nunnes.* et *Thom.* p. 844. et not.

86. οὐκ ἀσύμβολος] et ἐπήβολος, ut apud *Aeschyl.* Prometh. v. 443. φρενῶν ἐπηβόλους. Vid. *Eustath.* ad Od. *B.* p. 99. l. 26.

87. Εἰς τάχος γράφειν] E Regio Ruhnk. et Coll. *Stoeb.* Vid. *Phrynich.* p. 48. [p. 122. Lob.] *Thom. M.* p. 274. et interpretes.

εἰς κάλλος γράφειν) τὸν καλλιγράφον διαιροῦσιν οἱ Ἀττικοί.*

Λευκὴν[88] *ἡμέραν διαγαγεῖν, τὴν ἡδεῖαν καὶ ἱλαράν.*

Τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν οὐ λέγουσιν, ἀλλὰ τὸν[89] *ἕτερον πόδα.*

478 *Αὐτοχειρίᾳ πράττειν, ἐπὶ παντὸς αὐτουργοῦντος.*

Βασανιστὴς[90] *μὲν, ὁ ἐπὶ τῆς βασάνου· Δημόκοινος δὲ, ὁ στρεβλῶν καὶ βασανίζων· Δήμιος δὲ, ὁ*[91] *ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ.**)*

*) *γράφειν*] Omissum hoc verbum in Cod. Paris. ap. *Bachm.*

88. *Λευκὴν ἡμέραν διαγαγεῖν*] In *Hesychio* v. *Λευκαὶ φρένες, μαινόμεναι, λαμπραὶ, ἀγαθαὶ ἡμέραι.* excidit *Λευκαὶ, λαμπραὶ, ἀγαθαὶ ἡμέραι.* Frustra *Junius* legit *ἵμεροι.* *Themist.* Or. XIII. p. 178. D. *μετένδυνε οὖν ἤδη, — τὴν λευκὴν ἐσθῆτα ἐπὶ λευκῇ βασιλείᾳ, καὶ λευκαῖς ἡμέραις.* *Firmus* in Anecdot. Muratorii Ep. XII. *Ἐκ χειμῶνος καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον, καὶ ἡμέραν (τὸ τοῦ λόγου) λευκήν.* Ep. XXXIV. *Ἐδιπλασίασας ἡμῖν τὸν τῆς ἑορτῆς χρόνον, ἀνανεωσάμενος αὐτὴν τοῖς τῆς φιλίας συμβόλοις· καὶ λευκὴν ἀτεχνῶς ἠγάγομεν ἡμέραν, τῶν τῆς θεοσεβείας σου γραμμάτων ἐπιτυχόντες.*

89. *Τὸν ἕτερον πόδα*]
478 Ita *Dinarchus* p. 46. [p. 100. Steph. p. 169, 82. Bekk.] *ἐπειδὴ δὲ πρεσβεύειν ἔδει περὶ τῆς εἰρήνης, οὐκ ἂν ἔφασκεν ἐκ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα.* Sallier.

90. *Βασανιστής*] *Βασανίζειν*, ut monet ad hunc locum *Nunnesius*, Attice non significat *torquere, cruciare*, sed *veritatem solis verbis exquirere.* Hinc *Βασανιστὴς*, *iudex qui torturae praeest*, vel *veritatem inquirit.* Vid. *Hesych.* v. In N. F. et alibi *Βασανισταὶ* sunt *tortores*, *δημόκοινοι.* Differentiam inter *δημόκοινον* et *δήμιον* etiam annotavit *Ammonius* p. 40. ubi vid. Cl. Editor. *Thom.* p. 206.

91. *ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ*] Ita unice legendum e Coll. *Stoeb.* et Reg. Ruhnk. pro *ἐπάγων.* Vid. Act. XII. 19. et ubique. Eximendum hoc verbum e *Xenophonte* Hist. Gr. lib. V. [cap. 4, 24.] p. 570. C. *οἱ δ' ἔφοροι ἀνεκάλεσάν τε τὸν Σφοδρίαν, καὶ ἀπῆγον θανάτου.* Interpres recte ad sensum: *capitis in eum iudicium constituerunt.* Sequitur enim *ἀπέφυγε*, *absolutus est.* Littera mutata scribendum: *ὑπῆγον θανάτου*, qua loquendi formula alibi utitur *Xenophon.* [v. Lex. Xen. T. IV. p. 359. c. 1, 3).]. Est autem elliptica pro *ὑπάγειν εἰς δίκην θανάτου.* Conf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 188. [p. 264.]

**) *τὴν ἐπὶ θανάτῳ*] *τὴν* abest a Cod. Paris. ap. *Bachm.*

Κώμας[92], τοὺς στενωποὺς, ἀφ᾽ οὗ Ἐγκώμιον.*) Ἐγκώμιον δὲ καὶ ἔπαινος εἰς ἀνθρώπους λέγεται· καί ἐστι μὲν ἔπαινος ἐν βραχεῖ· τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐκφέρεται κατὰ τέχνην. Ὑμνὸς δὲ, ἐπὶ θεῶν.

479 Τίθη[93] λέγεται ἡ μάμμη. Τίτθη, ἡ βυζάστρια. Τιθήνη, ἡ τροφός.

Τὸ[94] Μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται

92. *Κώμας*] E MS. hunc locum protulit Cl. *Oudendorpius* ad Thom. p. 561. Nos e Coll. *Stoeb.* et Reg. Ruhnk. restituimus. In Reg. pro *θεῶν* est *θεοῦ*. Conf. praeter *Thomam* l. c. *Suidas* in *Ἐγκώμιον*, et *Ammonius* in *Ὕμνος* p. 139. Ceterum hic in Coll. *Stoeberi* et Regio sequitur: *Πλάτωνος χρεία. ὡς χάριεν ἂν ἦν σου Διόγενες τὸ ἄπλαστον, εἰ μὴ πλαστὸν ἦν.* Reg. *πλασθέν.* quae Platonis Chria aliunde ab homine inepte sedulo adsuta videtur; ut statim post *Τὸ μὴ* proverbia quaedam, quae omnia apud *Zenobium* exstant:
479 *Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. Ἤτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα. Ἢ κρίνον, ἢ κολοκύντην. Θᾶττον τόκος τρέχει Περιναίου Ἡρακλείτου. Ἱστία θύει. Κωφότερος* [*Κωφότεροι* Cod. Paris. ap. *Bachm.*] *τοῦ Τορωνέων λιμένος. Ὄρτυξ ἔσωσε Ἡρακλέα τὸν καρτερόν. Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγωόν. Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. Οὐδὲ τὰ τρία τοῦ Στησιχόρου γινώσκεις. Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη.* Sic sine ulla explicatione; quae in notis exhibere malui, quam in ipso textu. Ab *Herodiano* enim profecta non sunt. Cum *Platonis* dicto comparandus *Diogenes Laërtius* lib. VI. sect. 26.

*) *ἀφ᾽ οὗ Ἐγκώμιον*] Cod. Paris. ap. *Bachm.* *ἀφ οὗ καὶ ἐγκώμια.*

93. *Τίθη*] E Coll. *Stoeb.* et Reg. Ruhnk. Similiter *Moschopulus*, e quo pro *ἡ βυτάστρια*, ut *Stoeb.*, et *ἡ βυζώστρια*, ut Reg., reposui *βυζάστρια*. Vid. *Meursium* Glossar. p. 97. Videndi *Ammonius* p. 135. 138. *Thomas*, alii. Hic iam in Coll. *Stoeb.* sequuntur proverbia, quae supra exhibui.

94. *Τὸ Μή*] In Regio Ruhnk. sic leguntur: *Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, ὑποτακτικῷ δέ* (alia manus in margine correxerat *ἀορίστῳ δέ*). *οἷον μὴ ποιῇς οὐκ εἴποις· μὴ ποίησε δέ. Ἢ τρὶς, ἢ ἕξ κύβοι*, reliquaque proverbia. *Μὴ ποιῇς κ. τ. λ.* Collatio *Stoeberiana* nihil horum praebet, quae tamen ab *Herodiano* potuerunt proficisci. Sic autem videntur castiganda: *Τὸ Μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, ἀορίστῳ δέ. οἷον μὴ ποιῇς οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μὴ ποίει. μὴ ποιήσῃς δὲ ἐρεῖς, καὶ μὴ ποίησον οὐκ ἐρεῖς. τὸ δὲ, μὴ ψεῦσον, καινόν.* Vid. *Thomam M.* in *Μή.* p. 611. *Etymol.* p. 586. *Μὴ ψεῦ-*

ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, ὑποτακτικῷ δέ. οἷον, μὴ ποιῇς, οὐκ εἴποις. μὴ ποίησε δέ.*)

Μὴ ποιῇς**) οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μὴ ποίει. μὴ ποίησε δὲ ἐρεῖς, καὶ μὴ ποίησον οὐκ ἐρεῖς. τὸ δὲ, μὴ ψεῦσον, καινόν.

Ἐπαγγέλλω[95], τὸ αἰτῶ. Ἐπαγγέλλομαι δὲ, τὸ ὑπισχνοῦμαι.

σον, aliaque similia apud *Aristophanem* et *Sophoclem* reperias.

*) *Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν κ. τ. λ.*] Tota haec observatio in Cod. Paris. ap. *Bachm.* sic se habet: Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ σὺν τῷ ὑποτακτικῷ ἐνεστῶτι, ἀορίστῳ δέ· οἷον, μὴ ποιῇς, οὐκ εἴποις, μὴ ποιήσῃς δέ.

**) *Μὴ ποιῇς κ. τ. λ.*] Cod. Paris. ap. *Bachm.* Μὴ ποῇς οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μὴ ποίει· μὴ ποιήσῃς δὲ ἐρεῖς etc.

95. *Ἐπαγγέλλω*] Vid. *Ammon.* p. 56. *Thom. M.* p. 329. In *Polyaeno* lib. VII. cap. 14, 3, pro ὥστε καὶ τῷ Αὐτοφραδάτῃ 480
τοῦτο ἐπηγγέλλετο e MS. Flor. reponendum ἐξηγγέλλετο. Hanc *Herodiani* observationem e sola Collatione *Stoeberiana* restituimus. Plures fortasse post nos restituent alii, quibus meliores Codices aut maius *Herodiani* opus, e quo haec tantum excerpta sint, evolvendi erit copia.

INDEX
AUCTORUM A MOERIDE CITATORUM.

AUCTORES
AB HERODIANO CITATI.

INDEX
VOCUM ATTICARUM
A MOERIDE EXPLICITARUM, ALIARUMQUE, QUAE VULGO *Ἑλληνικαὶ* APPELLANTUR.*)

*) In his, quae asterisco notatae sunt voces, a Moeride obiter tantum memorantur, quae crucis signo, suspicionis aliquid habent.

B.

Γ.

Δ.

Z.

Η.

Θ.

Ι.

K.

Λ.

M.

Π.

Ρ.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

INDEX
VOCABULORUM
AB
HERODIANO EXPLICITORUM.

E.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX
SCRIPTORUM VETERUM, QUI IN ANNOTATIONE ILLUSTRANTUR, EXPLICANTUR, EMENDANTUR.

F.

G.

H.

I.

L.

S.

T.

INDEX
VERBORUM, QUAE IN NOTIS OBITER EXPLICANTUR.

A.

Γ.

Δ.

Ξ.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Cetera facili opera in superioribus Indicibus possunt reperiri.

INDEX LATINUS.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

U.

V.

X.

JOANNIS PIERSONI

VERISIMILIUM

LIBRI DUO.

LIPSIAE

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXXI.

JOANNIS PIERSONI

VERISIMILIUM

LIBRI DUO.

L. S.

Quas in vetustos auctores, praecipue Graecos, publici juris facimus animadversiones, exemplo Jani Guilielmii, Lucae Fruterii, Gasparis Scioppii, aliorumque, *Verisimilium* nomine insignivimus. Nec injuria, opinor. Nam multae quidem hujus generis emendationes ad eum probabilitatis gradum perduci possunt, ut cuilibet, qui aliquem literarum gustum habet, adsensum extorqueant. Verumtamen sunt multo plures, quae sola verisimilitudine commendantur, et de quibus nihil certi ante pronuncies, quam veterum membranarum auctoritate confirmentur. Ac sufficit nobis illa veri species. Nam mathematicam certitudinem quis sanus in hoc studiorum genere requirat?

Natus autem hic libellus est ex non indiligenti auctorum veterum Graecorum, inprimis poëtarum lectione: quos dum accuratius examino, variae super variis ortae sunt conjecturae et observationes. Harum multas probare potui Viro ingenii, doctrinae, omniumque virtutum laude ornatissimo, L. C. Valckenaerio, cujus maxima in me sunt merita, nec unquam animo meo excident. Quem praeceptorem optimum si de omnibus consulere licuisset, rariores haud dubie nostrae forent aberrationes. Sed has, si ita libuerit, corrigant alii, ea, quae literatos homines decet, humanitate et libertate usi. *Nos*, (ut nostra faciamus verba Ciceronis Tusc. Disp. II. 2.) *qui sequimur probabilia, nec ultra quam id quod verisimile occurrit progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus.* Vale, erudite lector, nostroque huic tyrocinio fave.

JOANNIS PIERSONI
VERISIMILIUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Euripidis Ion aliquot locis corrigitur. Φανὸς sive πανός. Iolaus Hydrae capita exussit. Sophocles emendatur. Φήνη genus avis rapacis. Ovidius et Antoninus Liberalis restituuntur. Euripidis Iphigenia Taurica leviter correcta. λατρεία et θητεία. λῆς. alia.

Merito *Euripides* inter tres aetatis suae viros sapientissimos
numeratus est, et ab omni antiquitate in praecipuo habitus
honore. Nam in ejus tragoediis et fragmentis, quae temporis
reliqua fecit injuria, graves eminent sententiae, eximia prae- (2)
cepta, salutaria monita, admirabilis in excitandis praecipue
commiserationis adfectibus dexteritas. Praeterea ejus tanta
est perspicuitas et facilitas, qua ipsum *Sophoclem* superavit,
ut homines non tantum coram loquentes audire, sed ipsis
prope oculis cernere videaris. Itaque dolendum et indignan-
dum paene est, tot tam foedos errores, tot lectionum mon-
stra, veluti totidem naevos in pulcherrimo corpore, super-
esse; et, qui istis eluendis serio manum adhibuerit, adhuc
repertum fuisse neminem. Unum excipias *G. Canterum*,
felicem tragicorum sospitatorem, qui reliquis omnibus, qui
se in hoc stadio exercuerunt, palmam facile praeripuit. Ve-
rum praeter *Canteri* eximias correctiones, ne de *Striblinis*,
Ae. Portis, hominibus ab ea parte, qua judicamus, non pa-
ratissimis dicam, quid demum egregii *Euripidi* accessit in
editione *Barnesiana?* Sunt quidem pauca ex Euripide *Hein-
sio-Scaligerano* depromta, in quibus divinum *Scaligeri* elu-
cet ingenium, sed alia summo viro plane indigna, quaeque
alium auctorem habere frustraque tanto nomine gloriari vi-
deantur. Quae e margine Euripidis *Duportei* protulit *Bar-
nesius*, satius fuisset ceris relinqui, utpote quae vir doctus
in suos tantum usus, et uti, quicquid in mentem venerit,
ad oram libri ponere solemus, adnotaverat. Ipse *Barnesius*,
homo mediocriter Graece doctus, *Euripidi* non minus, quam

Homero edendo, si quis alius, impar fuit. Quod latius demonstrarem, nisi cum viris eruditissimis hac in parte mihi conveniret: inter quos dudum constat, *Barnesium* in tragoediis pauca, in fragmentis nihil praestitisse, imo illa lacerasse, secasse, ussisse. Certe indigna est haec editio laude, quam re minime explorata, arbitri parum idonei larga manu
(3) in eam contulerunt. E recentioribus, (praeter Kingium, qui tres primas tragoedias ope codicum feliciter pluribus locis sanavit,) quod jure quis miretur, nullus *Euripidi* vel explicando vel emendando studium dicavit. Itaque rem doctis non ingratam me facturum opinor, si nonnulla ab interpretibus male intellecta explicuero, plura a librariis corrupta pristinae restituero sanitati. Ipse magnum satis me operae pretium tulisse existimabo, si viri, qui majori ingenio et doctrina valent, ad strenuam huic poëtae operam navandam exemplo meo excitentur. Nec tamen anxie tragoediarum ordinem, qui in editionibus obtinet, sequemur, sed ab Ione incipiemus. Ita Ion, picturas templi Delphici choro mulierum Atheniensium ostendens, loquitur v. 190—200.

Ἰδοὺ τάνδ' ἄθρησον,
Λερναῖον ὕδραν ἐναίρει
Χρυσέαις ἅρπαις ὁ Διὸς παῖς.
Φίλα πρόσιδ' ὄσσοισιν.
Χο. *Ὁρῶ. Ἴων. καὶ πέλας ἄλλος αὐτοῦ*
Π τ α ν ὸ ν πυρίφλεκτον αἴρει.
Χο. *Τίς ἄρ' ὃς ἐμαῖς μυθεύεται*
Παρὰ πήναισιν;
Ἴων. *Ἀσπιστὰς Ἰόλαος, ὃς*
Κοινοὺς αἰρόμενος πόνους,
Δίῳ παιδὶ συναντλεῖ.

Versum 195. reddit interpres: *et prope eum alius volucrem ardentem interficit.* Quae versio, ut et ipsa lectio, tam perspicue erat absurda, ut ne *Barnesium* quidem latuerit, cujus haec nota est: „Novum est, quod *Euripides alas* af-„fingit Hydrae, *πυρίφλεκτον* recte vocat, quia quae illius ca-„pita amputabat Hercules, illico Iolaus ambussit, ne diutius
(4) „multiplicarentur. Quid si legendum, *πυρσὸν πυρίφλεκτον* „*αἴρει. facem igne flagrantem tollit*, ut nempe in pictura, „amburendi causa.“ Addo *πτανὸς* sive *πτηνὸς* in singulari nunquam *avem* apud *Euripidem* denotare: *αἴρειν* aut nunquam aut rarissime *interficere.* Et sensui quidem optime accommodata est *Barnesii* conjectura, longe tamen minori, seu potius nulla mutatione scribendum:

— καὶ πέλας ἄλλος αὐτοῦ
Π α ν ὸ ν πυρίφλεκτον αἴρει.

Φανὸς sive *πανὸς* recentioribus *lucernam* seu *laternam*, Atticis *facem* significat. Vid. Phrynichus p. 12.*) et Ammonius in V. *Λυχνοῦχος*, ubi consulendus praeceptor meus Celeb. *L. C. Valckenaerius.* In Aeschyli Agam. v. 292. hodie legitur *φανός*, verum Athenaei tempore scriptum fuisse *πανὸς***) notat *Stanlejus.* Eximie in rem nostram Eustathius ad Il. Σ. p. 1189. l. 10. *οἱ πυρσοὶ καὶ φανοὶ λέγονται καὶ πανοὶ διὰ τοῦ Π. Julius Pollux* Onom. lib. X. segm. 117. *Πανὸς μέντοι καὶ φανὸς ἡ λαμπάς, ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης. Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν.* ita recte MSS. pro *φανόν*, quod *Barnesius* in fragm. Euripideis retinet. Addit Pollux paulo post: *τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ κάμακας εἴρηκεν ἐν Ξαντρίαις Αἰσχύλος· Κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι.* unde non parum roboris acquirit emendatio nostra. Ceterum de Iolao Hydrae capita, quae Hercules falcato ense absciderat, exurente videndi, quos citat *N. Heinsius* ad *Ov.* Metam. l. IX. v. 74. Consulantur praeterea *Apollodor.* Biblioth. l. II. p. 111. ed. *Fabri.* et *Palaephatus* de Incredib. c. 39., qui fabulam pro more historice explicat. Sed insignis plane est Q. *Calabri* locus l. VI. v. 211. ubi clypeum Eurypyli, in quo ingentia Alcidae facinora ab arti- (5)
fice erant sculpta, describit:

Ἄγχι δέ οἱ πεπόνητο μένος πολυδείραδος Ὕδρης,
Αἰνὸν λιχμώωσα, καρήατα δ' ἀλγινόεντα
Ἄλλα μέν οἱ δέδμητο κατὰ χθονός, ἄλλα δ' ἄεξεν
Ἐξ ὀλίγων μάλα πολλά, πόνος δ' ἔχεν Ἡρακλῆα,
Θαρσαλέον τ' Ἰόλαον. ἐπεὶ κρατερὰ φρονέοντε
Ἄμφω, ὁ μὲν τέμνεσκε καρήατα μαιμώωντα
Ἅρπῃ ὑπ' ἀγκυλόδοντι θοῶς· ὁ δὲ καῖε σιδήρῳ
Αἰθομένῳ· κρατερὴ δὲ κατήνυτο θηρὸς ὁμοκλή.

Nonnus Dionys. l. XXV. p. 652. ed. Wech. de hac ipsa re, v. 33. 34.

Ἀρτιφύτων Ἰόλαον ἀλοιητῆρα καρήνων,
Δαλὸν ἀερτάζοντα σελασφόρον. —

Conf. idem p. 654. v. 10. Similiter fere in *Sophoclis* Ajace Lorario peccarunt librarii, ubi vocabulum *πτηνὸς* locum etiam, quem minime debet, occupavit v. 133 — 139. (verba sunt Chori.)

Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου
Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου,
Σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.
Σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διός, ἢ ζαμενὴς
Λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,

---

*) pag. 59. ed. Lobeck.
**) Ita jam dedit Wellauerus cum aliis.

Μέγαν ὄκνον ἔχω, καὶ πεφόβημαι
Πτηνῆς ὡς ὄμμα Πελείας.

Summus *Jos. Scaliger* in eximia versione ita reddit:

(6) *Telamoniada, qui fundamina*
Salaminis habes firma marinae,
Bene cum tibi fit, bene laetor.
Cum te inimico languere Jove
Differt Danaûm fama maligna,
Mens mihi refugit, totusque tremo
Trepida ut terrore columba.

Ultima, uti ad priorum gravitatem non accedunt, ita minus recte Graeca exprimunt. Nihil expediunt *Scholiastes* et *Triclinius*, quorum prior *πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας* explicat, *ἐπεὶ περιδεὲς τὸ ζῶον. ὄμμα δὲ πελείας περιφραστικῶς ἡ πέλεια.* Posterior mire philosophatur; *τοῦτο γὰρ*, inquit, *τὸ ζῶον πάνυ δειλόν. εἰκότως δὲ εἶπε τὸ ὄμμα, ὁπόταν γὰρ αἰσθομένη τινὸς ψόφου καμμύῃ τοὺς ὀφθαλμούς, παλλομένην ἐστὶν αὐτῆς τὴν καρδίαν φράσαι.* Quae vera quidem sunt, verum huic loco non congrua. Epitheton *πτηνῆς* uterque intactum reliquit, quod columbae alibi optime posse tribui equidem non negaverim; sed videndum, num huic loco satis aptum sit. Si epitheton addere voluisset *Sophocles*, desumsisset a formidine columbae, vel simile. Quid multa? Corrigendum censeo:

— *καὶ πεφόβημαι*
*Φήνης ὡς ὄμμα Πελειάς.**)

et timeo, veluti aquilam sive *phanam columba*, vel *Scaligeri* versione leviter mutata:

— — *totusque tremo*
Phana ut veniente columba.

Πελειὰς frequentius est *Sophocli* altero *πέλεια.* Sed hoc leve
(7) est. *Φήνη* genus est avis rapacis, aquilae similis. *Hesychius: Φήνη· ἀετοῦ εἶδος. Suidas: Φήνη· εἶδος ὀρνέου, ἴσον ἀετοῦ. Scholiastes Homeri* ad Od. I. v. 372. *Φήνη· εἶδος ὀρνέου, ὅμοιον ἀετῷ.* Conf. *Eustathius* ad eund. *Hom.* loc. Fuit autem *φήνη* s. *φίνις*, (utroque enim modo scribitur,) uxor Periphantis, quae cum Periphas in aquilam a Jove mutaretur, in sui cognominem avem *φήνην* abiit, secundum fabulas. Quod ex *Ovidio* et *Antonino Liberali* secum collatis clarissime liquet.

Ovidius Metam. I. VII. v. 399 sq.

Palladias arces: quae te, iustissima Phini,
Teque, senex Peripha, pariter videre volantes.

*) Vide Hermann. ad h. l. v. 140.

Antoninus Met. c. 6. *Ζεὺς δὲ νεμεσήσας ἐβούλετο μὲν σύμπασαν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν κεραυνῷ συμφλέξαι· δεηθέντος δ' Ἀπόλλωνος μὴ αὐτὸν ἀπολέσθαι πανώλεθρον, ἐπείπερ ἴσος αὐτὸν ἐτίμα,* (l. *ἐπεὶ Περίφας αὐτὸν ἐτ.* ita c. 18. *Ἀπόλλων δὲ οἰκτείρας, ἐπεὶ αὐτὸν Εὔμηλος ἐτίμα.) τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσι. Ζεὺς δ' ἐλθὼν εἰς τὰ οἴκια τοῦ Περίφαντος καὶ καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, δεηθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σύννομον τῷ Περίφαντι, ἐποίησε φήνην.* Eximiam in loco *Ovidii* emendationem, pro *justissime Phineu*, debere me profiteor *Jo. Schradero*, qui hanc aliquando mecum communicavit observationem, quae mihi non parum profuit ad locum Sophocleum emendandum. Haec autem correctio cum simplici veritatis nota et sua se specie commendet, haud necesse est pluribus confirmari: excitabo tamen, ne ullum supersit dubium, nonnulla poëtarum loca. Ipse *Sophocles* v. 167. huj. trag.

> *Ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν,* (8)
> *Παταγοῦσιν, ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι*
> *Μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες.*

Homerus Od. *Γ.* v. 372.

> *Φήνῃ εἰδομένη. θάμβος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας.*

Idem Il. X. v. 139—141.

> *Ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν,*
> *Ῥηϊδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν,*
> *Ἡ δέ θ' ὕπαιθα φοβεῖται. —*

Euripides Androm. v. 1140. —

> *Οἱ δ' ὅπως πελειάδες*
> *Ἱέρακ' ἰδοῦσαι, πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν.*

Apollon. Rhod. l. I. v. 1049. sq.

> *Οἱ δ' ἄλλοι εἴξαντες ὑπέτρεσαν, ἠΰτε κίρκους*
> *Ὠκυπέτας ἀγεληδὸν ὑποτρέσσωσι πέλειαι.*

Ovidius Met. l. I. v. 506.

> *— Sic agna lupum, sic cerva leonem,*
> *Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae.*

l. V. v. 605.

> *Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,*
> *Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.*

Art. Am. l. I. v. 117.

> *Ut fugiunt aquilas, timidissima turba, columbae,*
> *Utque fugit visos agna novella lupos.*

Silius Italicus Punic. l. V. v. 279—282.

> *Tum vero adspiceres pavitantem, et condere sese* (9)
> *Nitentem sociis iuvenem: ceu tigride cerva*

Hircana cum pressa tremit; vel territa pennas
Colligit, accipitrem cernens in nube columba.

Plura si adderem, vererer, ne doctis fastidium crearem. Revertor ad *Euripidem.*

Ion. v. 244 — 246.

Τί ποτε μερίμνης εἰς τόδ' ἦλθες ὦ γύναι;
Ὃ πάντες ἄλλοι, γύαλα λεύσσοντες θεοῦ,
Χαίρουσιν, ἐνταῦθ' ὄμμα σὸν δακρυῤῥοεῖ.

Leve vitium fraudi fuit interpreti, qui posteriores duos versiculos ita vertit: *quia omnes alii, penetralia Dei cernentes, laetantur, hic* vero *tuus oculus lacrymas fundit.* Peius multo *Barnesius* ὃ per Aeolicam apocopen poni censet pro ὅτι, qualis apocopes nullum e poëta Attico protulit exemplum. Facile fuerat corrigere:

Οὗ πάντες ἄλλοι, γύαλα λεύσσοντες θεοῦ,
Χαίρουσιν, ἐνταῦθ' ὄμμα σὸν δακρυῤῥοεῖ.
Ubi omnes alii, penetralia Dei videntes,
Gaudent; ibi ex oculis tuis lacrymae stillant.

Eodem modo refingendus alius *Euripidis* locus, Iph. Taur. v. 358 — 360.

Τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ,
Οἵ μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι,
Ἔσφαζον· ἱερεὺς δ' ἦν ὁ γεννήσας πατήρ.

(10) Ubi gravius offendit interpres, cuius errores si castigare vellem, in immensum cresceret hic libellus. Verum illud nunc non ago. Legendum:

Οὗ μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι,
Ἔσφαζον. — — — —

Ion. v. 576. 577.

Ἀλλ' ἐκλιπὼν θεοῦ δάπεδ' ἀλητείαν τε σὴν,
Εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρί.

Qua specie interpres, *ἀλητείαν exilium* vertens, defendi queat, non video. Certum videtur tragicum reliquisse, vel:

Ἀλλ' ἐκλιπὼν θεοῦ δάπεδα, λατρείαν τε σὴν,
Εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρί.

vel: *Ἀλλ' ἐκλιπὼν θεοῦ δάπεδα, θητείαν τε σήν.*

Ion enim servus erat et minister Apollinis. Ita v. 111. *Φοίβου νάους θεραπεύω.* v. 129. *Φοῖβέ σοι πρὸ δόμων λατρεύσω.* v. 1343. *Ὁ θεός σ' ἐβούλετ' ἐν δόμοις ἔχειν λάτριν.* Conf. v. 123. 132. 152. 182. 309. 327. 1373. etc. Similiter Phoeniss. v.
(11) 229. *Φοίβῳ λάτρις ἐγενόμαν.* et v. 233. *Φοιβείαισι λατρείαις.*

Posterius praeferebat fere Cl. *Valckenaerius*, cujus judicium hac in causa maximi facio. *Orpheus* Argon. v. 21.

Θητείαν τε Ζηνὸς, ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
Μητρός. — — — — —

Ion. v. 616. 617.

Ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων
Γυναῖκες εὗρον ἄνδρασιν διαφθοράς.

Secunda in *θανάσιμος* semper ab *Euripide* corripitur, adeoque illud vocabulum hic locum tueri nequit. Metro consuletur, si scribamus:

Ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανατηφόρων.

Alterum facile e glossemate oriri potuit.

Ion. v. 1134 — 1136.

— Ἡλίου φλογὸς
Καλῶς φυλάξας οὔτε πρὸς μέσας βολὰς
Ἀκτῖνος, οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας βίον.

Recepi *Scaligeri* emendationem *ἀκτῖνος* pro *ἀκτῖνας* corrigentis. In ultimis cum nove dictum sit radios solares *τελευτᾶν βίον*, macula superest. Vir D. in Obs. Misc. vol. II. p. 96. eluere tentabat scribendo, *τελευτώσας βίαν.* Verum ne sic quidem omnis tollitur difficultas. Locus ita distinguendus et scribendus:

— — Ἡλίου φλογὸς (12)
Καλῶς φυλάξας, οὔτε πρὸς μέσας βολὰς
Ἀκτῖνος, οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας, βίαν.

Vim solis flagrantis diligenter cavens, neque ad meridiem, nec ad occidentem.

Verbum *φυλάσσειν* quartum casum adsciscit. *Τελευτῶσαι βολαὶ* ut v. 1148.

Ἵππους μὲν ἤλαυν' εἰς τελευταίαν φλόγα
Ἥλιος. — — — — — —

Ion. v. 1336.

Λέγοις ἂν εὔνους δ' οὖσ' ἐρεῖς, ὅσ' ἂν λέγῃς.

Misere balbutit interpres. Sensus loci requirit ut scribamus:

Λέγοις ἄν. εὔνους δ' οὖσ' ἐρεῖς, ὅσ' ἄν γε λῇς.

Dicas: cum enim benevola sis, dices quaecunque volueris. Etymologus M. p. 564. l. 22. *τὸ λῇς ἀντὶ τοῦ θέλεις, μετὰ τοῦ ῑ Εὐριπίδης.* cujus auctoritate nixus Scaliger idem restituit Heraclid. v. 164. Si tamen quis hoc ab Attico proficisci potuisse negaverit; is reponat in nostro loco *θέλῃς.*

Ion. v. 1426. et seq. ita Ion et Creusa introducuntur loquentes.

Ἴων. Ἔστιν τι πρὸς τῷ γ', ἢ μόνῳ τῷδ' εὐτυχεῖς.
Κρ. Δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένυ.
Ἴων. Δώρημ' Ἀθάνας, ἢ τέκν' ἐντρέφειν λέγει;
Κρ. Ἐριχθονίου γε τοῦ πάλαι μιμήματα.

Primum v. 1426. omnino reponendum est: (13)

Ἔστιν τι πρὸς τῷ γ', ἢ μόνῳ τῷδ' εὐστοχεῖς.

Estne aliquid praeterea in vase, an hoc solum bene conjicis.

Dein tres versiculi, male in personas distincti, uni Creusae tribuendi et ita jungendi erant:

Δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένυ
Δώρημ' Ἀθάνας, ἣ τέκν' ἐντρέφειν λέγει,
Ἐριχθονίου γε τοῦ πάλαι μιμήματα.

Ion quippe, Delphis in templo Apollinis educatus, de rebus et moribus Atheniensium nihil aut parum noverat. Error inde videtur natus, quod Ion et Creusa singuli singulis versibus respondeant, hic autem tres continui Creusae tribuantur, ut postea 1433. et seqq.

Ion. v. 1513.

Καὶ δυστυχῆσαι, καὖθις εὖ πρᾶξαι καλῶς.

Nemo semel monitus dubitabit, quin corrigendum sit:

Καὶ δυστυχῆσαι, καὖθις αὖ πρᾶξαι καλῶς.

CAPUT II. (14)

Euripidis Iphigenia Taurica saepius castigatur. Κυανέα Συμπληγάς. Ἄκραι ῥηγμῖνες. Apollonius Rhodius bis leviter corrigitur. χερὶ σπᾶν. Εὔπηνοι ὑφαί. Οὔτις et αὖτις. Homeridae Hymnus in Apollinem et Orpheus in Argonaut. emendantur. Δεινός, κλεινός, κεινός confusa. Orphei Argonautica correcta. Locus Euripidis vexatissimus constitutus. Ναῦς εὔσελμος. Iphigenia in Aulide emaculatur. λευκαίνειν ἅλα. Ἐπείγεσθαι et ἐπείχεσθαι. Theognidi medela allata. τεῦξαι ναόν.

Prae ceteris *Euripidae* tragoediis frequentibus gravissimisque corruptelis infecta est Iphigenia ejus posterior, sive Taurica. Cujus cum lectione valde delectarer, plures mihi videor e pulchro corpore feliciter eluisse maculas. Ita, ut inde ordiar, v. 241. 242.

Ἥκουσιν εἰς γῆν Κυανεᾶν Συμπληγάδων
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

Criticorum princeps *Bentlejus* in aurea ad Millium epistola p. 41. *Joannis Malalae,* ex hoc loco terram Cyaneam fingentis, errorem salse perstringit: sed simul doricum *κυανεᾶν* hic non posse ferri, et praeterea soloecam esse orationem observans, duplici modo Euripidi succurrere tentabat, legendo, vel *κυανέας Συμπληγάδας*, vel *κυανέαν Συμπληγάδων Πέτραν.* (15)
Utraque lectio quin sensui optime conveniat non est dubitandum minori tamen mutatione res poterat expediri. Reponendum:

Ἥκουσιν εἰς γῆν, Κυανέαν Συμπληγάδα
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

Ita Androm. v. 793—95.

Καὶ γὰρ ἐπ' Ἀργῴου δορὸς
Ἄξεινον ὑγρὰν ἐκπερᾶσαι
Ποντίαν Ξυμπληγάδα.

et hujus tr. v. 746.

Κἀγώ σε σώσω κυανέας ἔξω πέτρας.

Ubi male interpres, *Cyaneas extra petras* reddit, cum debuisset *Cyaneam petram.* Versu etiam 889. pro *στενοπόρους* malim:

Διὰ Κυανέας Μὴν στενοπόρου
Πέτρας. — — — —

Hinc etiam facile ratio reddi potest, quid *Malalam* in errorem induxerit: quum enim *κυανέαν* cum *συμπληγάδα* construere debuisset, illud, quo erat stupore, ad *γῆν* retulit.

Iphig. Taur. v. 253.

Ἀκταῖσιν ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.

Rich. Dawesius Miscell. Crit. p. 161. vitium recte animadvertens, corrigebat: *Αὐταῖς ἐπὶ ῥηγμῖσιν, ad ipsa littora:* proxime vero. Scribendum:

(16) *Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.*

In extremo littore ponti Euxini.

Numenius apud *Athen.* l. VII. p. 305. A.

— *ἐπ' ἄκρῃ κύματος ἀγῇ.*

Oraculum apud *Steph. Byzant.* Voc. *Βυζάντιον.*

Ἀκτῆς Θρηϊκίης, ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα πόντου.

Q. Calaber. l. III. v. 738.

Ἀκτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ παρὰ βένθεσιν Ἑλλησπόντου.

Oppian. Hal. II. v. 260.

— *Τάχα δ' εἴσιδε πούλυπον, ἀκτῆς*
Ἄκρα διερπύζοντα.

Eundem errorem errarunt *Apollonii Rhodii* exscriptores. lib. II. v. 354.

Ἀκτή τε προβλὴς Ἀχερουσιὰς ὑψόθι τείνει.

et v. 808.

Νόσφι δὲ Τυνδαρίδαις Ἀχερουσίδος ὑψόθεν ἀκτῆς
Εἴσομαι ἱερὸν αἰπύ. — — —

Corrigendum *ἄκρῃ* et *ἄκρης*, quod non tantum e doctissimi scholiastae verbis ad utrumque locum, sed et ex ipso poëta v. 730. 752. et 846. liquet. In *Euripide* recte me restituisse *Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν*, testari poterit *Plutarchus* Tom. II. p. 632. [p. 1068. ed. Steph.] de Exilio: qui narrat Diogenem Cynicum, cum ipsi objiceretur, *Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν*, reposuisse, *ἐγὼ δὲ ἐκείνων ἐν Πόντῳ μονὴν, Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου πόντου.* Saepius vero
(17) *Plutarchus* meliores lectiones conservavit, quod infra forte uno alterove exemplo demonstrabimus.

Iph. Taur. v. 296. 297.

Σιγῇ καθήμεθ'. ὁ δὲ περισπάσας ξίφος
Μόσχους ὀρούσας εἰς μέσας λέων ὅπως.

Ex hoc loco lexicorum conditores receperunt verbum *περισπᾶν*, significatu *gladium stringendi:* cum alias semper *circum detrahere*, *spoliare* notet. Sed decepti fuerant corrupta lectione, pro qua restitui debet:

— *ὁ δὲ χερὶ σπάσας ξίφος.*

Ita v. 322.

Κάλλισθ', ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί.

Iph. Aul. v. 1566.

— *Χειρὶ φάσγανον σπάσας.*

Hecub. v. 876

— *φάσγανον χερὶ Λαβοῦσα.*

Orest. v. 1460.

Ξίφη σπάσαντες ἐν χεροῖν.

Iph. Taur. v. 310 — 312.

— *Ἄτερος δὲ τοῖν ξενοῖν,*
Ἀφρόν τ' ἀπέψα, σώματός τ' ἐτημέλει,
Πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπήκτοις ὕφαῖς.

Non opus est multis, ut recepta lectio absurdi convincatur; hinc tamen bonus ille interpres *bene compactum textum* fabricavit. Lepide! Unice emendandum:

Πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπήνοις ὕφαῖς. (18)

Sic v. 814.

Ταῦτ' οὖν ὑφῄνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὕφαῖς.

Et v. 1464.

— — — *καὶ πέπλων*
Ἄγαλμά σοι θήσουσιν εὐπήνους ὑφάς.

Alia dabit, quibus id confirmari poterit, Vir summus et laude mea major, *Petrus Wesselingius* Probab. cap. V. p. 47. Quibus adde *Agathiam Scholasticum* in epigrammate nondum edito.

Σοὶ τόδε τὸ κρήδεμνον, ἐμὴ μνήσσειρα, κομίζω
Χρυσεοπηνήτῳ λαμπόμενον γραφίδι.
Βάλλε δὲ σοῖς πλοκάμοισιν. ἐφεσταμένη δ' ὑπὲρ ὤμων
Στήθεϊ παλλεύκῳ τήνδε δὸς ἀμπεχόνην.
Ναὶ ναὶ στήθεϊ μᾶλλον, ὅπως ἐπιμάζιον εἴη
Ἀμφιπεριπλέγδην εἴς σε κεδαννύμενον.
Καὶ τόδε μὲν φορέοις ἅτε παρθένος. ἀλλὰ δὲ εὐνὴν
Λεύσσοις, καὶ τεκέων εὔσταχυν ἀνθοσύνην.
Ὄφρα σοι ἐκτελέσαιμι καὶ ἀργυφέην ἀναδέσμην
Καὶ λιθοκολλήτων πλέγματα κεκρυφάλων.

Iph. Taur. v. 324 — 327.

Φυγῇ λεπαίας ἐξεπίμπλαμεν νάπας.
Ἀλλ' εἰ φύγοι τις, ἅτεροι προσκείμενοι
Ἔβαλλον αὐτούς· εἰ δὲ τούσδ' ὠσαίατο,
Οὔτις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσεν πέτροις.

Unius tantum litterae corruptio densissimas interpreti offudit tenebras, cujus versionem inspiciat, qui velit; mihi aegri somnia describere non vacat. Doctissimus etiam *Brodaeus* a vero aberravit, et cum eo *Barnesius.* Verum tolletur (19) omnis difficultas scribendo:

— *εἰ δὲ τούσδ' ὠσαίατο,*
Αὖτις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσεν πέτροις.

Totus locus ita vertendus est: *Fugientes montanas implevimus silvas. Sed si quis fugeret, alii irruentes jaciebant ipsos: si vero hos pellerent, rursus qui nunc fugiebant illos saxis petebant.* Obiter emendemus *Homeridae* Hymnum in Apollin. v. 416. 417.

Εἰ μενέει νηὸς γλαφυρῆς δαπέδοισι πέλωρον,
Ἢ εἰς οἶδμ' ἅλιον πολυΐχθυον ἀ μ φ ὶ ς ὀρούσει.

Scribi debet:

Ἢ εἰς οἶδμ' ἅλιον πολυΐχθυον α ὖ τ ι ς ὀρούσει.

Minus commode *ἀμφὶς* repetitur in *Orphei* Argonaut. v. 564. 565.

Αἵματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον· ἀμφὶ γὰρ ἄλλοι
Δηΐοι ἀ μ φ ὶ ς ἔκειντο πελώρια σώματα θηρῶν.

Sed facilis est correctio:

Δηΐοι ἄ μ μ ι γ' ἔκειντο πελώρια σώματα θηρῶν.

Iph. Taur. v. 494.

Roganti Iphigeniae, uter Pylades appelletur, respondet Orestes:

Ὅδ'. ἔ σ τ ι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν;

Interpres reddidit, ut potuit, *Hic. estne vero tibi voluptati hoc scire?* Verum, literis sejunctis, fuerat legendum:

(20) *Ὅδ'. ἐ ς τ ί δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν;*

Hic. quare vero hoc tibi volupe est cognovisse?

Soph. Trachin. v. 407.

Σὺ δ' εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσασ' ἔχεις;

Iph. Taur. v. 552.

Δ ε ι ν ὸ ς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

Aemilius Portus de *ἀντιμερίᾳ* cogitat, vel *δεινῶς* legendum conjicit. *Barnesio* *δειλὸς* arridebat. Male uterque. Simplicissima est correctio nostra:

Κ ε ῖ ν ο ς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

Simile vitium decepit interpretem *Orphei* Argon. v. 1100. 1101.

Οὐ γὰρ ἑῆς λιγὺς οὖρος ὑπὸ πνοιῇσιν ὄρινε
Βυκτάων ἀνέμων κ λ ε ι ν ὴ ν ἅλα. κωφὰ δὲ πόντος
Κεῖθ'. — — — —

Inclytum, si Diis placet, *mare.* Repone:

Βυκτάων ἀνέμων κ ε ί ν η ν ἅλα. — —

Iph. Taur. 727. 728.

Δέλτου μὲν αἵδε πολύθρηνοι διαπτυχαί,
Ξένοις πάρεισιν. ἃ δ' ἐπὶ τοῖσδε βούλομαι,
Ἀκούσατε. — — — — —

Pro *πολύθρηνοι*, quod metro adversatur *Scaliger* et *Duportus* reponunt *πολύθροοι.* Quam conjecturam in textum recepit *Barnesius.* Forsitan non male. Potest transpositis verbis locus sic etiam constitui:

Δέλτου πολύθρηνοι μὲν αἵδε διαπτυχαί, (21)
Ξένοι, πάρεισιν. — — — —

Pro *ξένοις* enim omnino necessarium est *ξένοι.* Vide sequentia et v. 578.

Iph. Taur. v. 751. 752.

Πυλ. Ἄκουε δὴ νῦν, ὃν παρήλθομεν λόγον.
Ἰφ. Ἀλλ' αὖθις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.

Interpres multa de suo addens vertit: *At rursus* sermo *habebitur novus, si recte habeat, quod es dicturus.* An hic sensus, quem tuetur *Barnesius*, e Graecis extundi possit, alii videant. Nec tamen correctio summi *Scaligeri*, *κακῶς* pro *καλῶς* legentis vera videtur; cum vel sic eaedem supersint difficultates. Non abutar verbis in re certa; ab *Euripidis* manu est:

Ἀλλ' αὖθις ἔσται καιρὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.

Iph. Taur. 808—826.

Ἰφ. Τί φής; ἔχεις τι τῶνδέ μοι τεκμήριον;
Ὀρ. Ἔχω. πατρώων ἐκ δόμων τι πυνθάνου.
Ἰφ. Οὐκοῦν λέγειν μὲν χρή σε, μανθάνειν δ' ἐμέ.
Ὀρ. Λέγοιμ' ἄν. ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε,
Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.
Ἰφ. Ἤκουσα, χρυσῆς ἀρνὸς ἥνικ' ἦν πέρι.
Ὀρ. Ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς;
Ἰφ. Ὦ φίλτατ' ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτῃ φρενῶν.
Ὀρ. Εἰκώ τ' ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν;
Ἰφ. Ὕφηνα καὶ τόδ' εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.
Ὀρ. Καὶ λοῦτρ' ἐς Αὖλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα;
Ἰφ. Οἶδ'. οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὤν μ' ἀφείλετο.
Ὀρ. Τί γὰρ κόμας σὰς μητρὶ δοῦσα σῇ φέρειν.
Ἰφ. Μνημεῖα γ' ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ τάφων. (22)
Ὀρ. Ἃ δ' εἶδον αὐτός, τάδε φράσω τεκμήρια.
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρός,
Ἣν χερσὶ πάλλων, παρθένον Πισσάτιδα
Ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανών,
Ἐν παρθενῶσιν οἶδα σοῖς κεκρυμμένην.

Locum copiosiorem descripsi, ut eo melius judicari possit de conjectura nostra super versu 811.

Λέγοιμ' ἄν. ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε.

Mirifice hic versus viros etiam eruditissimos vexavit, nec minus ab ipsis fuit vexatus. Cum enim Electrae in hac tragoedia nullae sint partes, incommoda plane visa fuit ejus mentio. *Aemilius Portus*, postquam absurda quaeque commentus fuisset, tandem eo devenit, ut legendum conjecerit *ἄκουε* poëtice pro *ἤκουε.* *Dicam, audiit haec olim Electra.* Verum neque augmentum usquam a poëtis Atticis negligitur, neque

vel sic aliquid ad rem dixisset Orestes. Duplici via instituit *Barnesius*; vel enim Ἠλέκτρα appellative sumi putat pro παρθένος ἄλεκτρος, quod refutatione non indiget: vel pro Ἠλέκτρα scribendum autumat Ἰφιγένη. Quod posterius etiam magno *Scaligero* ad *Manil.* p. 416. et *Dorvillio* V. Cl. ad Chariton. p. 607. placuisse, vehementer miror. Ne enim dicam Ἰφιγόνη debuisse scribi; immane quantum haec duo Ἠλέκτρα et Ἰφιγένη discrepant, nec ulla ratio probabilis reddi potest, quid librarios in errorem induxerit. Patebit praeterea, vel hac conjectura admissa magnam superesse difficultatem: cum enim Orestes v. 822. dicat, Ἃ δ' εἶδον αὐτὸς, τάδε φράσω τεκμήρια, facile liquet, se illa signa, quae ante dederat, a
(23) quopiam alio audivisse. Iam vero nihil tale hac in scena occurrit, quod tamen omnino necessarium est. Sed, ecce! locum commodum reperi, illum ipsum nempe versiculum, quem prae manibus habemus, cujus scriptura ita mihi videtur redintegranda:

Λέγοιμ'. ἀκούω πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε.

Ne anapaestus sede secunda admitteretur, ἂν delevi: pro ἀκούω eodem sensu scribi potest ἀκούων, ut versiculus cum sequente jungatur:

Λέγοιμ'. ἀκούων πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε,
Ἀτρέως, Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.
Dicam, haec primum audivi ab Electra:
Et Atrei, ac Thyestae litem cognovi.

Non opus fuisse, ut Iphigenia a fratre nomine suo compellaretur, cuivis patet: praesertim in scena, ubi omnia celeriter erant agenda, nec moram patiebantur; quemadmodum etiam ne semel quidem nominibus propriis se invicem appellant. Illud autem quod dedi, sensui optime esse accommodatum, non tantum v. 822. quem produxi, sed et totus loci contextus planissime evincunt. Priora quippe Orestes, tum puerulus adhuc, cum Iphigenia in Aulide, ut credebatur, mactaretur, per se scire non poterat, sed aliunde debebat cognoscere. Comparari potest *Libanius* Op. Sophist. Tom. I. Declam. V. p. 283. ubi Orestes ita introducitur loquens: *Εἰπὲ πρὸς Διὸς Ἠλέκτρα τοὺς λόγους ἐκείνους, οὓς μοι πολλάκις ἀπήγγειλας. οὔπω γὰρ τότε τῆς φρονούσης ἡλικίας τότε ἐτύγχανον* etc. Ultima ipsum vidisse non est quod miremur, cum
(24) haec instrumenta bellica juveni conveniant, illa ad telam pertinentia mulierculis magis sint apta. Verbum ἀκούειν genitivum personae cum accusativo rei adsciscere, nimis vulgare est, quam ut exemplis probetur. Atque ita recte hunc locum perplexum constituisse mihi videor; alia additurus, nisi in re perspicua argumentis abutendum non esse putarem. Quae

Barnesius super v. 812. 813. notat, ejusmodi sunt, ut refutari non mereantur.

Iph. Taur. v. 898.

Δυοῖν τοῖν μ ό ν ο ι ν Ἀτρείδαιν.

Cum praeter Oresten et Iphigeniam in vivis adhuc esset Electra; non recte hi videntur *δύο οἱ μόνοι Ἀτρείδαι* posse dici. Forte scribendum:

Δυοῖν τοῖν γ ό ν ο ι ν Ἀτρείδα.

Ita v. 561.

Λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον.

v. 1416.

— — τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον.

Et alibi.

Iph. Taur. v. 1381—1387.

Λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερόν,
Βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορών,
Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς ε ὐ σ ή μ ο υ νεώς.
Τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοήν τιν'. ὦ γ ῆ ς Ἑλλάδος ναῦται, νεὼς
Λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε.

Tota haec nuncii oratio tot scatet ulceribus, ut Aesculapio (25) aliquo ad ea sananda opus sit. Leviora nonnulla lubens omitto. Istis quae adscripsi opem meam ferre non denegabo: quae sic videntur commode posse restitui:

Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς ε ὐ σ έ λ μ ο υ νεώς.
Τόδ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοήν τιν'· ὦ τ ῆ ς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς,
Λάβεσθε, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε.

Primo pro *εὐσήμου* certa emendatione correxi *εὐσέλμου*. Vid. v. 1000. et 1050. Rhes. 92. (97)

Ἀλλ' ἐκκάαντες πῦρσ' ἐπ' εὐσέλμων νεῶν.

Loca Homeri aliorumque mitto. Conferendus Hesychius v. et quae ibi notant viri docti. Vocabuli etymologiam, in qua constituenda mire nugatur *Etymologus* p. 398. l. 9. et seqq. recte perspexit doctissimus *Apollonii Rhod. Scholiastes* ad lib. I. v. 528. Est enim *σέλμα* a *σέλω compingo*, a cujus praeterito medio derivatum *σόλος* proprie notat *massam bene compactam*. Si vero quis *εὐσήμου νεὼς* explicare velit de nave insigne Dei habente, is operam ludet. Nunquam navis *εὔσημος* dicitur: sed ipsum insigne in prora vel puppe positum. Vid. Iphig. in Aul. v. 252. Cujus tragoediae versus 239—241.

Χρυσέαις δ' εἰκόσιν
Κατ' ἄκραν Νηρῇδες ἕστασαν θεαί,

Πρύμναις σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.

(26) hoc modo, metro et sensu jubentibus, castigandi sunt:

Χρυσέαις δ' εἰκόσιν
Κατ' ἄκρα Νηρῆδες ἕστασαν θεαί,
Πρύμνας, σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.

Sed de hac voce satis. *τῆς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς* confirmatur v. 1292.

Λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.

et v. 1345.

Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος.

v. 17. et Cyclop. v. 85. Denique ultimum, si non verum, vero proximum esse liquet e Cyclop. v. 16. 17.

Παῖδες δ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα
Ῥοθίοισι λευκαίνοντες, ἐζήτουν σ' ἄναξ.

Oppianus Hal. l. V. v. 156.

Στέλλονται. κώπῃσι δ' ὑπ' εὐκήλοισι θάλασσαν
Ἀτρέμα λευκαίνουσι. — — — — —

Conf. *Apollon. Rhod.* l. I. v. 541 — 545.

Iph. Taur. v. 1391 — 1395.

— — *Ναῦς δ' ἕως μὲν ἐντὸς ἦν*
Λιμένος ἐχώρει, στόμια διαπερῶσα δὲ
Λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο.
Δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης, νεὼς
Ὤθει πάλιν πρυμνήσια. — — —

(27) Sensum loci recte percepit interpres, v. 1393. reddens, *navis in vehementem fluctum incidens repellebatur.* Verum contrarium omnino significat *ἠπείγετο.*

Apollon. Rh. IV, v. 225 — 227:

— — — *Ὑπεκπρὸ δὲ πόντον ἔταμνε*
Νηῦς, ἤδη κρατεροῖσιν ἐπειγομένη ἐρέτῃσιν,
Καὶ μεγάλου ποταμοῖο καταβλώσκοντι ῥεέθρῳ.

Consul. Cl. *Ruhnkenius* Ep. Crit. I. p. 16. Leni medela reponendum:

Λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἐπείχετο.

Sophocl. Aj. Lor. v. 1168. *ἐν κακῷ χειμῶνος εἴχετο. Libanius* Op. Soph. t. I. declam. VI. p. 319. C. *Ἐπεπήγειν ἱπτάμενος, ἐπειχόμην ἐπείγεσθαι δοκῶν, ὑστερίζον φθάνων,* Obiter verbum *ἐπείγειν* restituamus, unde vi dejectum est, *Theognidi* v. 1003 — 1006.

Τῶν αὑτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν. οὐ γὰρ ἀνηβᾶν
Δὶς πέλεται πρὸς θεῶν, οὐδὲ λύσις θανάτου
Θνητοῖς ἀνθρώποισι· κακὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἐλέγχει,
Οὐλόμενον, κεφαλῆς δ' ἅπτεται ἀκροτάτης.

Emendandum reor:

— — Κακῶν δ' ἐπὶ γῆρας ἐπείγει
Οὐλόμενον, κεφαλῆς δ' ἅπτεται ἀκροτάτης.

Homerus Il. ψ. v. 623.

— Ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.

Quem imitatur *Homeridas* H. in Vener. v. 234.

Ἀλλ' ὅτε δὴ πάμπαν στυγερὸν κατὰ γῆρας ἔπειγεν.

Iph. Taur. v. 1416—19. (28)

Καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
Σοὶ καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν,
Λαβεῖν τ' ἀδελφήν, ἢ φόνον τὸν Αὐλίδι
Ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἁλίσκεται.

Leve est quod dicam, verum nihil adeo leve est, quod non observari mereatur in bonis auctoribus, praecipue si ad linguae indolem faciat. Debuisset scribi vel λαβεῖν καὶ ἀδελφήν, vel λαβεῖν, ἀδελφήν τε. Neutrum tamen ab Euripide profectum est, qui sine controversia sic dederat:

Λαβόντ' ἀδελφὴν — —

Ita v. 1363.

Ἀγαμέμνονος παῖς τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
Λαβὼν ἀδελφήν. — — — —

et v. 1448.

Μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς,
(Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρών, θεᾶς,)
Χώρει λαβὼν ἄγαλμα, σύγγονόν τε σήν.

Iph. Taur. 1453.

Ἐνταῦθα τάξας ναόν, ἵδρυσαι βρέτας.

Unum si hoc sustulero vitium, cetera in aliud tempus differam. Reliquerat Euripides:

Ἐνταῦθα τεύξας ναόν, ἵδρυσαι βρέτας.

Homeridas H. in Apollin. v. 80.

— — Τεύξειν περικαλλέα νηόν.

Et saepius in eodem hymno.

(29) # CAPUT III.

Hymnis **Orpheo** *tributis plures eluuntur maculae. Pan* **ἀντροδίαιτος.** **Μεγαλώνυμε δαῖμον** *locutio* **Orpheo** *familiaris. Leones* **ταυροφόνοι** *Rheae tributi.* **Cornutus** *defenditur.* **Ὑψίβρομος** *et* **ὑψίδρομος.** **Euripides** *et* **Q. Calaber** *corriguntur.* **Δάειρα.** *Proserpina* **ἀγανή.** **Antoninus Liberalis** *et* **Euripides** *emendantur.* **Ἀστός.** *Lexicon Ms. castigatur.* **Κολούειν.** **Αὐτὸς** *pro* **αὐτοματὸς** *vel* **αὐτομολός.** **Homerus** *et* **Oppianus** *emaculantur. Alius usus pronominis* **αὐτός.** **Euripidi** *et* **Libanio** *medela affertur. Epigramma* **Theocriti** *et* **Aeschylus** *restituuntur.* **Ἁγνοτελής.** *Locus* **Orphei** *desperatus sanatur. Justitia* **πανδερκής.** *Mars* **ὁπλόδουπος.** **Νοτερὴς** *vox non graeca.*

Antiquissimos, qui *Orphei* nomen praeferunt, hymnos plurimis nuper felicissime liberarunt vitiis viri clarissimi et suis singuli meritis insignes, *Jo. D. Lennepius*, *A. Heringa*, *D. Ruhnkenius*, quorum praeclaro exemplo incitati nos etiam ad eos hymnos castigandos accedimus.

Hymno III. Noctis: v. 6.

Ληθομέριμν', ἀγαθή τε πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα.

Multo elegantior erit lectio et verior:

(30) *Ληθομέριμν', ἀγαθήν τε πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα.*

Hymno VIII. v. 14.

Εὔδιε, παμφαῆ, κόσμου τὸ περίδρομον ὄμμα.

Metro postulante scribendum:

Εὔδιε, πασιφαής, κόσμου τὸ περίδρομον ὄμμα.

Sic H. XXXVI. v. 3. et alibi.

Hymno XI. Suffimine Panis v. 5.

Αἰγομελές, βακχευτά, φιλένθεε, ἀστροδίαιτε.

Illustris *Scaliger* vertit:

Capripes et funatice, ovator, siderivolge

Displicet tamen vehementer epitheton ἀστροδίαιτος, Pani tributum. Quando cum *Onomacrito* sive *Orpheo* res est, qui in epithetis tribuendis saepe sibi non constat, conjecturam appellare malim, quam alias certissimam mihi persuaderem esse correctionem. Lego:

Αἰγομελές, βακχευτά, φιλένθεε, ἀντροδίαιτε.

Sic H. XXXII. v. 3.

Ἄῤῥητ', αὖ ῥητή, μεγαλώνυμε, ἀντροδίαιτε.

Similiter Pan v. 12. ἀντροχαρὴς appellatur. Apposite *Cornutus* de N. D. c. 27. p. 204. *Τὸ δ' ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐτὸν (Πᾶνα) καὶ τοῖς σπηλαίοις διαιτᾶσθαι, καὶ τὸ τῆς πίτεως στέμμα ἐπηκολούθησεν.* Ovid. Metam. l. X. v. 147.

Ille perosus opes, silvas et rura colebat,
Panaque montanis habitantem semper in antris.

Cum quo loco comparandus *Eratosthenes* cap. 40. ubi Her- (31)
cules dicitur *Χείρωνι συνεῖναι ἐν τῷ ἄντρῳ, τιμῶν τὸν Πᾶνα.*

Ibid. 16.

Ἀέριόν τε μέρισμα, τροφῆς ζωοῖσιν ἔνανσμα.

Sic distinguendum est:

Ἀέριόν τε μέρισμα τροφῆς, ζωοῖσιν ἔνανσμα.

Ita H. V. v. 3.

Πανδαμάτωρ, πυρίπνου, πᾶσιν ζωοῖσιν ἔνανσμα.

Hymno XII. v. 10.

Πρωτογόν' ἀστράψας βολίσι, μεγαλώνυμε ναίων.

Ita priora rectissime restituit vir celeberrimus *Lennepius*, ad literas humaniores docendas nuper Groningam merito suo vocatus, Anim. ad *Coluth.* l. I. c. 1. In ultimis dissentire liceat ab homine amicissimo. Reponenda locutio *Orpheo* usitatissima:

Πρωτογόν' ἀστράψας βολίσι, μεγαλώνυμε δαῖμον.

Sic H. XI. v. 10.

Παντοφυής, γενέτωρ πάντων, πολυώνυμε δαῖμον.

H. XXIII. v. 3.

— — — *Νηρεῦ, μεγαλώνυμε δαῖμον.*

et alibi.

Hymno XIV. v. 1. 2.

Πότνα Ῥέα, θυγάτερ πολυμόρφου Πρωτογόνοιο,
Ἥτ' ἐπὶ ταυροφόρον ἱερότροχον ἅρμα τιταίνεις.

Recte *Dorvillius* V. Cl. ad *Chariton.* p. 788. pro ἅμμα vide- (32)
tur ἅρμα correxisse. Gravior interea menda ejus acumen effugit. Rhea quippe vehebatur curru non a tauris, sed leonibus tracto. Aut fallor, aut legendum:

Ἥτ' ἐπὶ ταυροφόνων ἱερότροχον ἅρμα τιταίνεις.

H. XXVII. in Matrem Deorum v. 3.

Ταυροφόνων ζεύξασα ταχύδρομον ἅρμα λεόντων.

Sophocles Philoct. v. 403. (391.) et seqq.

Ὀρεστέρα παμβῶτι γᾶ
Μᾶτερ αὐτοῦ Διός,
— — —
— — —
Ἰὼ μάκαιρα ταυρο-
κτόνων λεόντων ἔφε-
δρε, τῷ Λαερτίου
σέβας ὑπέρτατον.

Alia veterum loca, quibus id confirmari posset, mitto. Rationem, quare leones Rheae tribuantur, hanc reddit *Cornutus* de N. D. c. 6. p. 146. *Καὶ τὰ γενναιότατα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γενομένων ζώων, τοὺς λέοντας ἡνιοχουμένους ὑπ' αὐτῆς παρεισάγουσι. τάχα ἐπεὶ καὶ οἱ χειμῶνες ἀγριωπόν τι ἔχουσι.* ubi, cave, *χειμῶνες* mutes in *λειμῶνες* cum doctissimo *Heringa* Obs. p. 90. Prata nihil habent horrendi, quae nos amoena facie sua delectant, contra *χειμῶνας*, hiemes, tempestates, quarum causa, notante *Cornuto*, erat Rhea, adspectu suo inamoenas esse et horridas, nemo est, qui non saepius fuerit expertus.

(33) Hymno XV. v. 1—3.

Ζεῦ πολύτιμε, Ζεῦ ἄφθιτε, τήνδε τοι ἡμεῖς
Μαρτυρίαν τιθέμεσθα λυτήριον, ἠδὲ πρόσευξιν,
Ὦ βασιλεῦ, διὰ σὴν κεφαλὴν ἐφάνη τάδε ῥεῖα.

Versiculum 1. pede mutilum Celeb. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 771. resarcire tentabat legendo: *Ζεῦ πολύτιμε, Ζεῦ, Ζεῦ ἄφθιτε*, vel *Ζεῦ πολυτιμότατε, Ζεῦ.* utrumque durius; adeoque nondum pristinae me poenitet conjecturae:

Ζεῦ, πολύτιμε, πάτερ, Ζεῦ ἄφθιτε — —

v. 3. scribendum videtur:

Ὦ βασιλεῦ, διὰ σὴν κεφαλὴν ἐφάνη τάδε θεῖα.

H. XI. v. 18.

Βαίνει γὰρ τάδε θεῖα πολύκριτα σαῖσιν ἐφέτμαις.

Hymno XIX. v. 1.

Ζεῦ πάτερ, ὑψίδρομον πυρσαυγέα κόσμον ἐλαύνων.

Optime *Dorvillius* ad *Charit.* p. 773. *πυρσαυγέα* pro *πυραυγέα* legit. Praeterea scribendum reor:

Ζεῦ πάτερ, ὑψίβρομον πυρσαυγέα κόσμον ἐλαύνων.

Scaliger in versione:

Jupiter, altisoni torquens loca flammea mundi.

Eodem modo Vir magnus H. XX. v. 2. pro *πυρίδρομον* legit *πυρίβρομον*, *ignicreperum* vertens: de quo tamen dubito.

(34) Ceterum saepius haec a librariis fuisse confusa, eleganter exemplis docuit Vir eruditiss. *D. Ruhnkenius* Ep. Crit. I. p. 34. Unum alterumve addere juvat. *Euripides* Rheso, v. 552.

— — Νυκτιδρόμου
Σύριγγος ἰὰν κατακούω.

Non est dubitandum, quin reliquerit poëta:

— — Νυκτιβρόμου.

Q. Calaber libr. XIII. v. 67—70.

Αὐτοὶ δ' αἶψ' ἐκβάντες ἐς Ἴλιον ἐσσεύοντο
Ἄτρομοι, ἠΰτε μῆλα ποτὶ σταθμὸν ἀΐσσοντα
Ἐκ νόμου ὑλήεντος, ὀπωρινὴν ὑπὸ νύκτα,
Ὣς οἵ γ' αὐΐαχοι Τρώων ποτὶ ἄστυ νέμοντο.

Pauwius in ἄτρομοι vitium odoratus, conjiciebat ἀτρέμας. Miror hominis socordiam, qui, cum locus *Homeri* ipsi ad manum fuerit, non viderit verum. Tu, meo periculo, lege:

Ἄβρομοι, ἠΰτε μῆλα ποτὶ σταθμὸν ἀΐσσοντα.

Homer. Il. ν. v. 41.

Ἄβρομοι, αὐΐαχοι. — — — —

Videndus *Hesychius* in utraque v. et ad eum notae.

Hymno XXVI. suffimine telluris v. 7.

Ἡδυπνοοῖς χαίρουσα χλοαῖς πολυανθέσι δαῖμον.

Refingendum putem:

Ἡδυπνοοῖς χαίρουσα χλοαῖς, πολυάνθεμε δαῖμον.

Vid. H. XL. v. 17. Hymn. XLIII. v. 3. (35)

Hymno XXIX. Proserpinae v. 1. et 2.

Περσεφόνη, θυγάτερ μεγάλου Διός, ἐλθὲ μάκαιρα,
Μουνογένεια θεά, κεχαρισμένα δ' ἱερὰ δέξαι.

Vulgata facile defendi potest: mirum tamen, ni dederit poëta:

— — — ἐλθὲ δάειρα,
Μουνογένεια θεά.

Apollon. Rh. l. III. v. 845. 846.

Τῷ εἴκ' ἐννυχίοισιν ἀρεσσάμενος θυέεσσι
Δαῖραν μουνογένειαν, ἑὸν δέμας ἰκμαίνοιτο.

Eruditissimi *Critici* nota haec est: Δαῖραν μουνογένειαν. τὸ Δαῖραν κατ' ἔλλειψιν ἐστὶ τοῦ ε, διὰ τὸ μέτρον· Δάειρα γάρ ἐστί. λέγει δὲ τὴν Περσεφόνην. ὡς δηλοῖ διὰ τὸ μουνογένειαν. et paucis interjectis: ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν Περσεφόνην καλοῦσι, Τιμοσθένης ἐν τῷ ἐξηγητικῷ συγκατατίθεται, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς ἐμφαίνει τὴν Περσεφόνην ἐκδεχομένην Δαῖραν. Conf. *Hesychius* et *Etymologus*.

Hymno XXX. v. 6.

Εὔβουλ' εὐπολύβουλε Διὸς καὶ Περσεφονείης.

Literae male divisae sic jungendae sunt:

Εὐβουλεῦ πολύβουλε. — —

Idem εὔβουλος et εὐβουλεύς his in hymnis: εὐπολύβουλος, vereor, ne frustra apud Graecos scriptores quaeratur.

Hymno XLIV. v. 6. (36)

Τιμὰς τευξαμένη παρ' αὐτῆς Περσεφονείης.

Ipsa metri ratio, quae tertio loco trochaeum respuit, vitium indicat; verum facilis medela in promtu est. Reponendum:

Τιμὰς τευξαμένη παρ' ἀγαυῆς Περσεφονείης.

Qua lectione nihil verius. Eadem fidelia alius locus dealbandus est, hymno XLVI. v. 6. ubi tamen majora verae scripturae supersunt vestigia:

Καὶ βουλαῖσι Διὸς πρός τ' αὐτὴν Φερσεφονείαν
Ἀχθεὶς ἐξετράφης. — — — — — —

Ab auctoris manu est:

Καὶ βουλαῖσι Διὸς πρὸς ἀγαυὴν Φερσεφονείαν.

Ipse *Onomacritus* H. XLI. v. 5.

Ἦλθές τ' εἰς Ἀΐδην, πρὸς ἀγαυὴν Περσεφονείαν.

Homerus Odyss. λ. v. 212.

Ἦ τί μοι εἴδωλον τόδ' ἀγαυὴ Περσεφόνεια
Ὦτρυν'. — — — — —

sic et v. 225. et 633. *Oppianus* Hal. l. III. v. 493.

Φῆ γὰρ ἀγαυοτέρη τε φυὴν καὶ κάλλος ἀμείνων
Περσεφόνης ἔμεναι κυανώπιδος. — — —

Facile me veniam impetraturum opinor, si latius aliquanto evagatus, nonnulla veterum loca instaurare coner, in quibus
(37) pronomen *αὐτὸς* vel genuinam vocem expulit, vel elegantiori sensu positum a librariis fuit obfuscatum. Ut inde itaque ordiar, in *Antonino Liberali*, cap. XXIV. post tot editorum curas leve vitium superest: *Δημήτηρ ὅτι πλανῆτις ἐπήει γῆν ἅπασαν κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρός, ἀνεπαύσατο ἐν τῇ Ἀττικῇ· καὶ αὐτὴν ὑπὸ πολλοῦ καύματος ὑποδέχεται Μίσμη, καὶ δίδοῖ ποτὸν ὕδωρ.* Edi debuerat: *καὶ αὔην ὑπὸ πολλοῦ καύματος.* *Callimachus* H. in Cererem v. 17.

Αὐσταλέα, ἄποτός τε· καὶ οὐ φάγες, οὐδ' ἐλόεσσω.

Auctor argumenti ad *Ovidii* Metam. l. V. fab. 7. *Ceres cum orbem terrarum peragrasset, requirens filiam Proserpinam,* aestu torrida *ad casam cujusdam anus nomine Mismes devenit.* etc. Ipse *Ovidius* eod. lib. v. 446.

Fessa labore sitim collegerat, oraque nulli
Colluerant fontes.

Alio modo peccarunt librarii in fragmento *Euripidis* apud *Stobaeum* Flor. Grot. tit. XLVIII. p. 181.

Δήμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσῃς κράτος,
Μή τ' αὖ κακώσῃς, πλοῦτον ἔντιμον τιθείς,
Μήδ' ἄνδρα δήμῳ πιστὸν ἐκβάλῃς ποτέ,
Μήδ' αὖξε καιροῦ μεῖζον. οὐ γὰρ ἀσφαλές,
Μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ αὐτοῦ φανῇ.
Κῶλυε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον.
Πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοί, νόσος.

Gravioribus rebus occupatus Vir Illustris sensum loci non videtur percepisse, cum vertit:

(38) *Nec honore nimium tolle; ne popularibus*
Suffultus auris vindicet regnum sibi.

Reponendum enim est:

Μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ ἀστοῦ φανῇ.
Κόλουε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον.

Ne e cive splendidus evadat tyrannus, etc. Simili locutione *Euripides* in fragmento e *Dictye* a pluribus citato dixit:

Τοὺς ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας. — — —

Ἀστὸς exemplis non indiget. *Hesychius*, *Ἀστός. πολίτης, πολιτικός.* Ubi, quod Celeberrimus *Alberti* e *Lexico Regio Ms.* profert, *Ἀστός. θαυμαστός.* capite truncatum videtur ex *ἀγαστός. Hesychius: Ἀγαστός. θαυμαστός, ἐπαίνετος. Κολούειν* huic loco aptius est altero *κωλύειν. Euripides* Alcmena apud *Stobaeum* Flor. Grot. tit. XLV.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄνθρωπος γεγώς,
Δῆμον κολούει, χρήμασιν γαυρούμενος.

Confer fragmentum apud *Pollucem* lib. X. sect. 145. *Dio Cassius* exc. Peiresc. p. 22. *τό τε ὑπερέχον κολούειν, καὶ τὸ ταπεινούμενον ἐξαίρειν.* ubi eandem labem eluit *Henricus Valesius.*

Habet tamen *αὐτὸς* venustissimum usum, quo pro *αὐτόμολος* vel *αὐτόματος* ponitur. *Callimachi* locus hanc in rem vulgaris est H. in Apollin. v. 6.

Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων, (39)
Αὐταὶ δὲ κληῖδες. — — — —

Verum illud non abs re fuerit observare, *Callimachum* imitari *Homerum Εἰρεσιώνῃ* v. 3.

Αὐταὶ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔσεισι.

ita enim in obscuro poëmatio pro *αὐτὰρ* corrigendum videtur. *Oppianus* Hal. lib. IV. v. 124. de scaris sponte per amorem captis:

Ἡ δὲ λίγα κλάζει ξουθὸν μέλος. οἱ δ' ἀΐοντες
Πάντες ἐπισπέρχουσι, καὶ ἐς βρόχον αὐτὸν ἵενται.

Minus recte V. D. in Miscell. Obs. vol. IV. p. 208. pro *ἐς* malebat *ὡς*. Emendandum fuerat:

— — *καὶ ἐς βρόχον αὐτοὶ ἵενται.*

Ipse *Oppianus* Cyneg. l. II. v. 80.

Δή ῥα τότ' ἐξ ὀρέων ἐπὶ δήϊον αὐτὸς ἱκάνει.

Hal. l. I. v. 33.

Οἱ δὲ τανυπλέκτοισιν ἐν ἕρκεσιν ἤριπον αὐτοί,
Εὐνῆς χρηΐζοντες. — — — — —

Eodem sensu vocem *αὐτόμολος* usurpat *Oppianus* Cyn. l. IV. v. 223.

Ὀδμὴ δ' ἐς πλαταμῶνας ἀφίκετο, καὶ ποτὶ κύρτον
Ἔλλοπας αὐτομόλους εἰσήγαγεν, οὐδὲ δύνανται
Αὖτις ὑπεκδῦναι, δεινοῦ δ' ἤντησαν ὀλέθρου.

Et de ipsis scaris Hal. l. IV. v. 109. 110. (40)

Κύντατα δ' ἐς φιλότητα, καὶ ὕστατον οἶστρον ἔχοντες
Αὐτόμολοι πιμπλῶσιν ἐφίμερον ἀνδράσιν ἄγρην.

Alius usus est, quo *αὐτὸς* eleganter cum nomine in dativo ponitur, vel ablativo. v. g. *αὐτοῖς ἀνδράσι* pro *σὺν αὐτοῖς ἀν-*

δράσι. de quo vide *Lamb. Bos.* in Ellipsi graeca praepos. *σύν. Theocrit.* Id. XXII. v. 17. 18.

Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας
Αὐτοῖσιν ναύταισιν, ὀϊομένοις θανέεσθαι.

Hinc emendandus *Euripides*, Cyclop. v. 600.

Καὶ μὴ 'πὶ καλλίστοισι Τρωϊκοῖς πόνοις,
Αὐτόν τε ναύτας τ' ἀπολέσητ' Ὀδυσσέα.

Castigandum:

Αὐτοῖσι ναύταις ἀπολέσητ' Ὀδυσσέα.

Plene v. 701.

Οὐ δῆτ'· ἐπεί σε, τῆσδ' ἀποῤῥήξας πέτρας,
Αὐτοῖσι σὺν ναύταισι συντρίψω βαλών.

Libanius Op. Sophist. t. II. p. 719. D. *Οἱ δ' αὖ νενικηκότες τὰς μὲν τῶν νεῶν κενὰς ἀναδούμενοι, τὰς δ' αὐτοῖς ἀνδράσι καθέλκοντες.* Male scribitur *αὖ τοῖς* quod interpretem *Morellum* decepit. Cum illud jam agimus, opem etiam requirit nostram *Theocriti* epigramma, quod e codice Palatino edidit Celeb. *Graevius* lect. Hesiod. cap. XV.

(41) *Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην*
Ναύτιλος ἴσθι, ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δειλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε, δύσιν δ' ὑπὸ πλείαδος αὐτήν,
Ποντοπόρῳ ναύτῃ πλείαδι συγκατέβης.

Ultimum versum restituere conabatur Vir. Cl. scribendo: *ποντοπόρος ναύτης.* Verum Cleonicus erat mercator, non nauta. Ne litera quidem mutata, legendum censeo:

Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε, δύσιν δ' ὑπὸ πλείαδος αὐτήν,
Ποντοπορῶν αὐτῇ πλείαδι συγκατέδυς.

Postremum hoc debetur collationi codicis Palatini, quam possidet Vir humanissimus *D. Ruhnkenius.* Iam hinc discedam, si prius *Aeschylum* correxero, Septem Theban. v. 1045. [1016.]

Τάφον γὰρ αὐτῷ καὶ κατασκαφὰς ἐγὼ
Γυνή περ οὖσα, τῷδε μηχανήσομαι,
Κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος.
Κ' αὐτὴ καλύψω. — — —

Me quidem judice dederat tragicus:

Τάφον γὰρ αὐτὴ καὶ κατασκαφὰς ἐγω
Γυνή περ οὖσα, τῷδε μηχανήσομαι.

Sic tandem ad Orphei Hymnos redeo.

Hymno LIV. Silvani, Incubi, Brumarum. v. 1. et seqq.

(42) *Κλῦθί μου ὦ πολύσεμνε τροφεῦ, Βάκχοιο τιθηνέ,*
Σιληνῶν ὄχ' ἄριστε, τετίμενε πᾶσι θεοῖσι
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν, ἐπὶ τριετηρίσιν ὥραις.
Ἁγνοτέρης, γεραρός, θιάσου νομίου τελετάρχα.

Εὐαστής, φιλάγρυπνε, νεάζων οἷσι Σιληνοῖς,
Ναΐσι, καὶ Βάκχαις ἡγούμενε κιττοφόροισιν.

Rectissime summi duumviri, *Casaubonus* de poësi Satyr. l. 1. c. 2. et *Scaliger* in versione, v. 4. pro *γερανὸς* correxerunt *γεραρός*, probante eruditissimo *A. Heringa* Obs. p. 234. Praeterea pro *ἀγνοτέρης* reponendum unica mutata litera, *ἀγνοτελής*, quod me monuit sagacissimus *Ruhnkenius*. *Orpheus* Argonaut. v. 547.

Αἰδομένους Θέμιν ἀγνοτελῆ — — —

Versus 5. flagitiose corruptus est, in quo redintegrando capitale illud *Casauboni* ingenium se frustra exercuit. Post ipsum vero celeberrimus Vanni criticae auctor eundem non meliore successu tentavit, cujus verba adscribere non gravabor: Vann. crit. p. 373. „Dudum, inquit, hunc locum „emendare conatus *Is. Casaubonus* libr. I. de Satyr. poës. 78. „ita, *semper*, ait, *Sileni senes. Orpheus videtur* (nostro in „loco) *Silenos juvenes facere. Sed locus interpretationis in„diget et correctionis. Nemo enim recte illa potest intelli„gere, νεάζων οἷσι Σιληνοῖς. Lego νεάζουσ' οἷσι Σιληνοῖς. „et de Satyris capio, qui ad differentiam epistatae Sileni di„cuntur νεάζοντες. Νεάζοντες Σιληνοὶ, juvenes Sileni: sic „initio Hymni capiendum, ubi Silenus dicitur Σειλήνων „ὄχ' ἄριστος.* Pergit *Dorvillius:* Fateor virum doctissimum „vocem *Σιληνοῖς* (quam primam habere longam ibi monet „Vir Cl.) non tetigisse, sed saltem hinc patet locum laborare, „si ejus interpretationi inhaerendum, ut versus salvus sit, (43) „potius legendum *νεάζουσιν Σιληνοῖς*, vel *νεάζουσ' οἷς Σιλη„νοῖς*. Sed utrumque durius, prius malim, nam *οἷς* revera „abundat." Hactenus *Dorvillius*, addens praeterea aliquot exempla versuum spondaicorum. Verum, licet negari nequeat explicationem *Casauboni* huic loco esse satis aptam, nullam tamen harum conjecturarum veram esse, affirmare audeo. Nam *νεάζειν* plerumque significat *juveniliter agere:* et versus spondaici in his hymnis sunt rarissimi, quemadmodum duo etiam exempla a *Dorvillio* allata vitii suspicione non carent. Vera, praefiscine dixerim, emendatio haec est:

Εὐαστής, φιλάγρυπνε, σὺν εὐζώνοισι τιθήναις,
Ναΐσι, καὶ Βάκχαις ἡγούμενε κιττοφόροισιν.

Supra hymno XXX. v. ult.

Εὐμενὲς ἦτορ ἔχων σὺν ἐϋζώνοισι τιθήναις.

H. LIII. v. 5.

Αὐτὸς δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείροι,
Εἰς ὕμνον τρέπεται σὺν ἐϋζώνοισι τιθήναις,
Εὐάζων κινῶν τε χοροὺς ἐνὶ κύκλασιν ὥραις.

H. XLII. v. 10.

Αἰγύπτου παρὰ χεῦμα σὺν ἀμφιπόλοισι τιθήναις.
Quibus adde notata Celeb. *Valckenaerio* in Epist. crit. ad Roeverum p. 79. 80. coll. *Anthol.* lib. I. c. XI. ep. 2. v. 2. Propior longe ad literarum ductus accedit haec nostra correctio, quam illae virorum Cl.

(44) Hymno LXI. Nemeseos v. 5.

Ἣν πάντες δεδάασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες.
Leve mendum hoc modo tollatur:

Ἣν πάντες δεδίασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες.

Hymno LXII. Suffimine Justitiae v. 1.

Ὄμμα Δίκης μέλπω παλιδερκέος, ἀγλαομόρφου.
Illustris *Grotius* in Floril. *Stob.* p. 55. reddit:

Poenae respiciens canto venerabile lumen.
Melius longe *Scaliger.*

Iustitiae obtestor pulchrae omnituentis ocellum.
Legendum quippe:

Ὄμμα Δίκης μέλπω πανδερκέος, ἀγλαομόρφου.
Sic hymno praeced. v. 2.

Ὦ Νέμεσι, κλήζω σε θεὰ βασίλεια μεγίστη,
Πανδερκής. — — — — —

Hymno LXV. Martis v. 3.

Ἄρες ἄναξ, δολόδουπε, φόνοις πεπαλαγμένος αἰεί.
Mars recte dici potest, δολομήχανος, non item δολόδουπος. Quid *Scaliger* legerit, *crepericrepe* reddens, non satis patet. Forte verum fuerit, quod dudum nobis conjectura suggessit:

(45) *Ἄρες ἄναξ, ὁπλόδουπε.* — — —
Vid. *Spanhemius* et *G. D'Arnaud* Anim. ad *Callimachi* H. in Del. v. 137. Auctor Argonaut. v. 537.

— — — *Μενέδουπος Ἀθήνη.*

H. LXXX. Aquilonis v. 4.

Ἴκμασι ῥιπίζων νοτερὲς ὀμβρηγενὲς ὕδωρ.
Νοτερὲς graecum non est. Scribendum:

Ἴκμασι ῥιπίζων νοτεραῖς ὀμβρηγενὲς ὕδωρ.

CAPUT. IV.

Theocritus aliquoties emendatur. Διόφαντος amicus Theocriti. Κροίσου τάλαντα. Ῥόος. Ἀωρί. Πῦρ δέρκεσθαι. Orpheus de Lapidibus correctus. Moschus emaculatur semel. Io Ἰναχίη πόρτις, βοῦς, δαμάλη, Inachia juvenca. Nonnus restitutus. E Bione duo vitia tolluntur. Οἴχεσθαι εἰς Ἀχέροντα. Οἴχεσθαι male in ἔρχεσθαι mutatum. Callinus apud Stobaeum et Apollonius Rh. correcti. Ἀνιηρός. Theognis castigatus et Scholiastes Oppiani. Ἐξεκέδασσε.

Ex illis quae in Theocrito observavi, pauca delibare, nonnullasque super eo conjecturas proponere, visum est.

Idyll. VIII. v. 12. (46)

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι
Μᾶλα νέμων, ὥς φαντὶ, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.

Vehementer displicent illa *ὥς φαντί*, adeo ut a *Theocrito* profecta esse aegre mihi persuadere queam. Id. XV. v. 137. quidem ea verba occurrunt, sed ejus loci longe alia est ratio, quod inspicienti patebit. Conjecturam proposuisse quid vetat? Scribendum auguror:

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι
Μᾶλα νέμων, Διόφαντε, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.

Inscripsit Syracusanus vates nonnulla amicis idyllia, veluti Arato idyllion VI.

Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος, εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν ποκ' Ἄρατε συνήγαγον. — —

Niciae medico XI. et XIII. eclogas dedicavit, et huic Diophanto id. XXI.

Ἁ πενία Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Librarios nomina propria saepius obliterasse, me tacente, omnes norunt.

Ibid. v. 53.

Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων.

Frigida sunt hoc loco *χρύσεια τάλαντα*, cum aliquid specialius dicere debuisset poëta. Quod licet fatendum sit, hemisti- (47) chium esse Homericum, vel sic tamen reponendum putem:

Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι Κ ρ ο ί σ ο ι ο τάλαντα
Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων.

Croesi divitiae celebratissimae, ipsi etiam Theocrito memoratae, id. X. v. 32.

Αἴθε μοι ἦσαν, ὅσα Κροῖσον πόκα φαντὶ πεπᾶσθαι.

Anacreon Od. XXVI. 3.

Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου
Θέλω καλῶς ἀείδειν.

Eleganter *Propertius* cum *Theocrito* comparandus lib. II. el. XX. v. 21. et seqq.

Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
Serviat et tota dicar in urbe potens.
Non si Cambysae redeant et flumina Croesi,
Dicat: de nostro surge poëta toro.

Quemadmodum vero hic *Κροίσου τάλαντα divitias Croesi* denotant, ita *τὰ Ταντάλου τάλαντα* occurrunt apud *Menandrum* fragm. inc. 55. [p. 103. apud *Meinek.*]

Ἀθανασίας δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς
Τὰ Ταντάλου τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμενα.

Conf. *Michael Apostolius* centur. XVIII. 14.

Idyll. XIII. v. 46.

Ἤτοι ὁ κοῦρος ἐπεῖχε π ο τ ῷ πολυχανδέα κρωσσόν,
Βάψαι ἐπειγόμενος. — — — — —

(48) Non aliter legisse videtur *Scholiastes*, cujus haec paraphrasis est: *Ὁ μὲν δὴ νέος Ὕλας ἐπὶ τῷ ὕδατι τὸν κρωσσόν, ἤγουν τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον εἶχε.* Unde liquet mendum satis esse vetustum, quod hoc modo tollendum videtur:

Ἤτοι ὁ κοῦρος ἐπεῖχε ῥ ό ῳ πολυχανδέα κρωσσόν.

Apollon. Rh. l. I. v. 1284.

Αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἐνὶ κάλπιν ἔρεισε.

Ῥόος idem est ac *ποτος*, id est *ποταμός*. Vid. *Theocr.* Id. I. v. 68. 148. etc.

Idyll. XXI. v. 40.

Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος, ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐ ν ὥ ρ ᾳ
Εἰ μέμνῃ, τὰς γαστρὸς ἐφειδόμεθ'. — —

Aut fallor, aut scribendum:

— — *ἐπεὶ δειπνεῦντες ἀ ω ρ ί.*

Sic Idyll. XI. v. 40.

Πολλάκι νυκτὸς ἀωρί. — —

Idyll. XXIV. v. 38.

Οὐ νοέεις, ὅτι νυκτὸς ἀωρί που οἶδε τε τοῖχοι
Πάντες ἀριφραδέες. — — — —

Idyll. XXIV. v. 17—20.

De draconibus a Iunone noverca missis ad infantem Herculem occidendum:

Τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω (49)
Αἱμοβόρως ἐκύλιον· ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
Ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.

Serpentes alibi recte ἔρχεσθαι et χάμαι ἔρχεσθαι dici possunt. Vid. *Orpheus* de Lapid. prooem. v. 48. Verum illud huic loco non quadrat, ubi praecedunt ἐξειλυσθέντες et ἐκύλιον, proximo versu sequitur ἦλθον. Conjici posset Σπερχομένοις: quanquam nec illud satis placet, cum aliud inciderit, quod multo elegantius et unice verum est:

— — — *Ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ*
Δερκομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.

Hesiodus Theogn. v. 825.

Ἦν δ' ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος δεινοῖο δράκοντος,
Γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες. ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.

Quem tamen ultimum versiculum eo loco ab *Hesiodo* non fuisse profectum, facile assentior acerrimo in fraudibus detegendis critico, *Ruhnkenio* Ep. crit. I. p. 28. Sed alia sunt ad manum. Idem *Hesiod.* Scut. v. 145.

Ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, οὔτε φατειός,
Ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.

Homerus Iliad. χ. v. 95. de dracone:

Σμερδαλέον δὲ δέδορκεν ἑλισσόμενος περὶ χείῃ.

Euripides Ione v. 1262.

Οἵαν ἔχιδναν τήνδ' ἔφυσας, ἢ πυρὸς (50)
Δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα.

Conf. id. Orest. v. 479. Phoeniss. 674. *Aeschylus* Pers. v. 82.

Φονίου δέργμα δράκοντος.

Oppian. Cyn. l. IV. v. 164. de leone:

Δερκόμενος χαροποῖσιν ἐπ' ὄμμασιν αἰθόμενον πῦρ.

Similiter πυρόεν δεδορκὼς et παπταίνων apud eundem occurrit Cyn. l. III. v. 301. IV. v. 98. *Apollodorus* libr. I. p. 21. ed. Fabr. lin. 27. de Typhone, Πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι. Idem de Hercule l. II. p. 105. v. 2. πυρὸς δ' ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν αἴγλην. in quibus manifesta metri Tragici vestigia supersunt. *Aeschyl.* Prometh. vincto v. 356.

Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας.

Exempla producta nihil impediunt, quominus corruptum pronunciem locum *Orphei* de Lapid. p. 210. de Magnete v. 31—33.

Νῦν δ' ἐπεὶ ἀτραπιτοῖο πολὺ πλέον ἄμμι λέλειπται,
Σεῖο δέ τοι κλονέει κραδίην μέγα δέργμα δράκοντος,
Μάνθανε καὶ δολιχῶν ὄφεων μὴ δείεμεν ἰούς.

Reliquerat poëta:

Σεῖο δέ τοι κλονέει κραδίην μέγα δ ε ῖ μ α δράκοντος.
Vid. locum *Hesiodi* Aspid. modo citatum. *Euripides* Hercul. fur. v. 200.

(51) *Πέρσας δείματα θηρῶν.*

Hactenus de *Theocrito*. Iungamus ipsi, qui in editionibus plerumque eum comitari solet, *Moschum*; cujus hi sunt ex Europa sive idyllio II. versiculi 50—52.

Ἐν δ' ἦν Ζεύς, ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θεείῃ
Πόρτιος ε ἰ ν α λ ί η ς τὴν ἐπταπόρῳ παρὰ Νείλῳ
Ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα.

Quorum medius gravi videtur menda laborare. Io enim in vaccam, non in vitulam marinam, sive phocam, mutata fuit. Reperias quidem v. 49. *ποντοπόρος βοῦς* et apud *Nonnum* l. I. p. 10. ed. Wech. v. 10. de Iove mare tranante:

Οὐ βοῒ χερσαίῳ τύπον ἴκελον εἰνάλιος βοῦς
Ἔλλαχεν. ἰχθυόεν γὰρ ἔχει δέμας. — —

Sed ista machina nihil proficitur. Monstrum hoc modo expiandum est:

Πόρτιος Ἰ ν α χ ί η ς τὴν ἐπταβόρῳ παρὰ Νείλῳ.

Quemadmodum Callisto Lycaonis filia in ursam conversa, *Λυκαονίη ἄρκτος* appellatur *Callimacho* H. in Iovem v. 41. ita Io, Inachi proles, juvencae formam induta, vocatur *Ἰναχίη βοῦς, πόρτις, δαμάλη. Callimachus* H. in Dianam v. 254.

— — *Οἵ ῥα παρ' αὐτὸν*
Κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης.

Scholiastes: *τῆς Ἰοῦς, τῆς εἰς βοῦν μεταμορφωθείσης. Incertus* Anthol. l. III. c. XII. ep. 4. v. 1. 2.

(52) *Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο*
Κλῄζεται ἀντωπὸν βοσπόριον πέλαγος.

Euripides Suppl. v. 629.

Ἰὼ Ζεῦ τᾶς παλαιομάτορος
Παιδογόνε, πόριος Ἰνάχου.

Nonnus Dionys. l. III. ed. *Wech.* p. 100. v. 29—31.

Ἔνθ' Ἔπαφον Διῒ τίκτεν, ἀκηρασίων ὅτι κόλπων
Ἰναχίης δαμάλης ἐπαφήσατο θεῖος ἀκοίτης
Χερσὶν ἐρωμανέεσσιν. — — —

Idem p. 106.

— — *Ὅπῃ παρὰ βοσπόρον ἀκτὴν*
Ἰναχίη δαμάλη πεπερημένον ἕλκεται ὕδωρ.

Confer lib. XXXII. p. 804. v. 20. et seqq. Atque hoc loco eundem *Nonnum* emendemus, si modo emendatione dignus est *τερατολόγος* iste, quem *Heinsiis, Falkenburgiis*, aliisque olim placere potuisse, prope est ut indigner. Dionys. l. VIII.

p. 244. et seq. Jupiter introducitur Semelae dissuadens, ne ipsi cum fulmine appareat:

Μὴ πρὸ τόκου πυρόεντας ἀπαιτίζῃς με φονῆας.
Οὐ στεροπὴν μεθέπων Δανάης σύλησα κορείην,
Οὐ βροντῆς κελάδημα, καὶ οὐ Τυρίης σέο νύμφης
Εὐρώπης ὑμέναιον ἐνυμφεύσαντο κεραυνοί.
Οὐκ ἴδεν Ἰναχίη Δ α ν ά η σέλας. ἀλλά συ μούνη
Θνητὴ ἀπαιτίζεις με, τὰ μὴ θεὸς ᾔτεε Λήτω.

Vel puero pateat, refingi debere:

Οὐκ ἴδεν Ἰναχίη δ α μ ά λ η σέλας. — —

Similiter Latini *Inachiam juvencam*, vel *bovem* dixere. *Virg.* Georg. l. III. v. 152.

Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras, (53)
Inachiae Iuno pestem meditata juvencae.

Valerius Flaccus Argon. l. IV. v. 350.

Inachidasque vias, pelagusque emensa juvencae
Exilia. — — — — — —

et v. 357.

Cum trepida Inachiae pellex subit ora juvencae,
Sponte dei, plausu fovet hanc et pectora mulcet
Iuno, renidenti cohibens suspiria vultu.

Ovidius Fast. l. III. v. 657.

Sunt quibus haec Luna est, quia mensibus impleat annum:
Pars Themin: Inachiam pars putat esse bovem.

Sed exemplorum satis. *Moscho* iungi meretur *Bion*, e cujus Idyllio I. sive Epitaphio Adonidis nunc quidem binas eluam maculas. v. 51.

Φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔ ρ χ ε α ι εἰς Ἀχέροντα.

Hercules, *Orpheus*, *Ulysses*, alii, qui vivi ad inferos descenderunt, et inde redierunt, recte dici possunt *ἔρχεσθαι εἰς Ἀχέροντα.* *Theocr.* Id. XVI. v. 52. Ulysses:

— *ἑκατόν τε καὶ εἴκατι μῆνας ἀλαθεὶς*
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἀΐδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐλθὼν
Ζωὸς καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο Κύκλωπος.

Moschus Id. III. v. 124.

Ὡς πάρος Ἀλκείδας, κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλούτεος. — — — —

Verum enimvero de mortuis, quorum quenquam redire ne- (54)
gant, verbum hoc languidum nimis est, nec huic loco satis aptum. Legendum:

Φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ο ἴ χ ε α ι εἰς Ἀχέροντα.

Theocr. Epigr. VI. v. 3.

Οἴχεται ἁ χίμαρος τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν.

Quem locum ad *Alciphron.* l. I. epist. 38. citat Eruditissimus

Berglerus, ubi alia adfert. Ex uno *Euripide* sexcenta proferri possent exempla; sed aliis erimus contenti. Vid. *Apollon. Rh.* l. I. v. 644. *Simmias* Anthol. l. III. c. XXIV. epigr. 19. v. ult. *Leonidas* ibid. l. c. c. XXV. ep. 25 v. ult. quae loca describere putidae esset diligentiae. Unius *Incerti* addam, quod solum sufficit, Anthol. l. III. c. XXXII. ep. 6. v. 1. 2.

Αἳ αἲ Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
Οἴχεαι, ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου.

Similiter οἴχεται in ἔρχεται a librariorum gente luscitiosa fuit mutatum in fragmento *Callini* apud Stobaeum Floril. Grotian. p. 199.

Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

Quis est, qui non videat, quantum sententiae decus et pondus accedat, si scribamus:

Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
Οἴχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

(55) Nihil pulchrius *Grotii* versione:

Saepe aliquem, elapsum circumstridentia tela,
In lare privato mors inopina rapit.

Eadem medela commode videtur posse applicari *Apollonio Rhodio*, Argon. l. IV. v. 63—65.

Δῶκε δ' ἀνιηρόν τοι Ἰήσονα πῆμα γενέσθαι
Δαίμων ἀλγινόεις. ἀλλ' ἔρχεο, τέτλαθι δ' ἔμπης
Καὶ πινυτή περ ἐοῦσα πολύστονον ἄλγος ἀείρειν.

Et hic emendandum putem οἴχεο: alterum certe frigidum et ineptum est. Verum illud praeterea observandum, *scholiastae* v. 63. ἀνιηρὸν explicanti ἀθεράπευτον, aliam fuisse obversatam lectionem, nempe ἀνίατον. *Hesychius*: Ἀνίατον· ἀθεράπευτον. Quod quidem non spernendum foret, si codex aliquis praeferret, et de vocis modulo constaret. ἀνιηρὸν tamen a poëta profectum opinor. *Hesychius*: Ἀνιαρόν· λυπηρόν. μοχθηρόν. Conf. *Suidas* v. et *Etymologus* in ἀνιηρέστερος. Restituamus obiter *Theognidem* v. 295—98.

Κωτίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος,
Φθεγγόμενος δ' ἀδαής, οἷσι παρῇ, μέλεται.
Ἐχθαίρουσι δὲ πάντες. ἀναγκαίη δ' ἐπίμιξις
Ἀνδρὸς τοιούτου συμποσίῳ τελέθει.

v. 296. ulcus latet ὕπουλον, cui quomodo succurrendum sit, mihi non satis liquet. At v. 297. nullus dubito, quin vere conjecerim:

Ἐχθαίρουσι δὲ πάντες· ἀνιηρὴ δ' ἐπίμιξις
Ἀνδρὸς τοιούτου συμποσίῳ τελέθει.

(56) *Oderunt omnes, et molesta est praesentia talis hominis convivio.*

Ejusdem originis et significatus vocabulum ἀνιγρὸν observat *Fr. Lud. Abreschius* ad *Hesych.* Tom. I. col. 383. n. 6. a *scholiasta Oppiani* explicari λεπτόν, Hal. l. III. v. 188. Sed non vidit vir doctissimus, ibi pro ἀνιγραί, λεπταί, scribi debere, vel χαλεπαὶ vel λυπηραί. *Hesychius:* Ἀνιγροῦ· χαλεποῦ. λυπηροῦ. *Scholiastes Nicandri* ad Theriac. v. 8. Ἀνιγρούς, ἤτοι ἀνιαρούς, λυπηρούς, αἰτίους κακοῦ. Conf. *Etym.* v. ἀνιγρός. Sed haec praeter institutum; revertor ad *Bionem*, in quo hoc caput finiam.

Id. I. v. 88.

Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος
Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον· οὐκέτι δ᾽ Ὑμάν.

Verbum ἐκπεταννύειν, quod nihil aliud quam *expandere* denotat, huic loco parum convenit. Certissima emendatio haec est:

Καὶ στέφος ἐξεκέδασσε γαμήλιον. —

Hesychius: Ἐξεκέδασσεν. ἐξεπέτασσεν. quam glossam ex hoc ipso fonte fluxisse, omnino verisimile est. Melius tamen idem supra Ἐκέδασσεν interpretatur per διεσκόρπισεν. *Ovidius* Heroid. ep. XXI. v. 165. de Hymenaeo:

Projicit ipse suas, deducta fronte, coronas,
Spissaque de nitidis tergit amoma comis.

CAPUT V.

(57) *Euripidis Medea semel corrigitur. Aliquot versus spurii ex ea ejiciuntur. Hippolytus aliquoties emendatur. Augmentum ab Atticis omitti non solere. Iphigenia Aulica, Hercules furens, Electra singulae semel emendantur. Sophocles bis restitutus. Heraclitus de Allegor. Hom. tentatus. Anapaesti a Tragicis sede secunda et quarta nunquam nisi in nominibus propriis positi. Aliquot hujus generis vitia e tragoediis Euripideis tolluntur. Ἐπάχθομαι et ἀπέχθομαι et similia confusa. Hesychius, Etymologus, Mucius Scaevola in epigr. emendantur. Alcestis Euripidis bis correcta. Versus ὑποβολιμαῖος notatus.*

Frequentissime male feriatas interpolatorum manus experta est *Euripidis* Medea. Qua de re insigne est judicium Summi *Hemsterhusii* ad Hesych. v. ἀπαιώνιστα. cujus viri laudes silentio praeterire, quam ingenioli mei culpa deterere malim. Nec est dubitandum, quin longe plurima in hanc tragoediam aliunde sint translata. Praeterea saepius iidem versus male repetuntur; cujus generis, cum paucos deprehendisse mihi videar, hoc in caput cum aliis nonnullis congeram.

Med. v. 11. 12.

Ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἁνδάνουσα μὲν
Φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

(58) *G. Canterus* conjiciebat φύλῃ vel ψυχῇ. Neutrum placebat *Barnesio*, cujus conjectura πολίταις vera videtur. Sed praeterea scribendum:

Φυγὰς πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

Med. v. 303 — 305.

Σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος,
Τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
Τοῖς δ' οὖν προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.

Nemo a me impetrabit, ut medium horum versuum hoc loco ab *Euripide*, sive alio hujus tragoediae auctore, profectum esse credam. Sciolo debetur, qui hunc versum male repetiit ex v. 808.

Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω,
Μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.

Delendus itaque est, et v. 303. et 305. hoc modo jungendi:

Σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μέν εἰμ' ἐπίφθονος,
Τοῖς δ' αὖ προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.

Med. v. 377—382.

Οὐκ οἶδ' ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ, φίλαι,
Πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί,
Ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος,
Σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ, ἵν' ἔστρωται λέχος.
Ἀλλ' ἕν τί μοι πρόσαντες, εἰ ληφθήσομαι
Δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη.

v. 380. tam manifesta *νοθείας* hoc loco praefert indicia, ut pluribus verbis in re perspicua opus non sit. Totidem ver- (59)
bis supra legitur v. 41.

Ἢ θηκτὸν ὤσῃ φάσγανον δι' ἥπατος,
Σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.

Cujus loci longe aliam esse rationem inspicienti patebit.

Med. v. 1005—1007.

Τί συγχυθεῖσ' ἕστηκας, ἡνίκ' εὐτυχεῖς,
Τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα,
Κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον;

Pro *ἔτρεψας* correxeram *ἔστρεψας*. Verum et hunc versiculum cum sequente histrionibus deberi, monuit me is, cui omnia mea probare cupio, Vir Eximius, *L. C. Valckenaerius*. Supra v. 923. 924.

Στρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηΐδα,
Κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον;

Med. v. 1060—1064.

Οὔτοι ποτ' ἔσται τοῦθ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ
Παῖδας παρήσω τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.
Πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν· ἐπεὶ δὲ χρή,
Ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν.
Πάντως πέπρακται ταῦτα, κοὐκ ἐκφεύξεται.

Versus 1062. et 1063. male huc intrusi sunt ex v. 1240. 1241. Ansam vero interpolandi dedisse videtur *πάντως*, quod v. 1064. occurrit.

Med. v. 1067. 1068.

Ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδόν,
Καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι.

Unde posterior versiculus pedem intulerit, dici non potest. (60)
Verum delendum esse, mihi nullum est dubium. Hactenus de Medea, in qua tamen plures superesse videntur versus a male sedulis hominibus profecti.

Pergamus ad Hippolytum. v. 34—36.

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα.

Rectissime nuper observavit *R. Dawesius* in Miscellan. Critt. p. 335. augmentum nunquam a poëtis Atticis extra chorum omitti. In loco *Euripideo* ipsa orationis ἀκολουθία legendum jubet:

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα.

Paucissima hujus generis vitia in Euripide supersunt, quae facili opera corrigi possunt. In Iphig. Aul. v. 1598. editur:

Πρὸς ταῦτα πᾶς τις θάρσος αἶρε ναυβάτης
Χώρει τε πρὸς ναῦν. — — —

Barnesius notat αἶρε esse pro ἦρε et χώρει pro ἐχώρει, utrobique sublato augmento. Scilicet absurda quaeque palato ejus erant accommodata. Verissime *Duportus* pro χώρει scribebat χωρεῖ: (similiter corrigendum Iphig. Taur. v. 8. δοκεῖ pro δόκει.) verum praeterea emendandum:

Πρὸς ταῦτα πᾶς τις θάρσος αἴρει ναυβάτης,
Χωρεῖ τε πρὸς ναῦν. — — — —

(61) In eadem Iphig. Aul. v. 1586. (1589). *Barnesius* similem admisit errorem:

Ἧς αἵματι βωμὸς ἐῤῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

Versiculi metrum turpiter corruptum est. Quid hic *Barnesius?* Reponebat, Ἧς αἵματι βωμὸς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ, addens ῥαίνετο dictum esse pro ἐῤῥαίνετο poetice et Ionice sublato incremento; quae in ipso ferenda sunt, cum viri etiam summi hac parte fuerint hallucinati. Quomodo vero ille versus sit sanandus, qui praeterea sede secunda anapaestum habet, definire non ausim. Forte:

Αἵματι δὲ βωμὸς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

ῥαίνετ' pro ῥαίνεται. Sed cum nec hoc satis placeat, exspectanda est a codice aliquo medela. In Hercule Fur. v. 960.

Πρὸς οὐδέν, ἠμιλλᾶτο κἀξεκηρύσσετο.

Metro consultum iri putabat *Barnesius* scribendo κἀκκηρύσσετο. Sed reponendum:

Πρὸς οὐδέν' ἠμιλλᾶτο καὶ 'κηρύσσετο.

In Electra, roganti Orestae, quid Aegysthus in agris ageret, respondet senex v. 625.

Νύμφαις ἐπόρσυν' ἑορτήν, ὡς ἔδοξέ μοι.

Metro miserum in modum luxato succurrebat *Scaliger*, refingendo:

(62) Νύμφαις ἑορτὴν πόρσυν', ὡς ἔδοξέ μοι.

Quam conjecturam in textum recepit *Barnesius*, malo profecto consilio, pessimo eventu. Verbum enim πορσύνειν secundam semper producit, praeterquam in futuro; quod neque *Barnesium* latuit. Sed ut verum fatear, tale monstrum a divino *Scaligeri* ingenio non videtur proficisci potuisse. Scripserat Vir Magnus:

Νύμφαις ἑορτὴν πορσυνῶν ἔδοξέ μοι.

Hanc certe correctionem, vel *πορσυνεῖν* esse verissimam, quis ambigat? E *Sophocle* et *Aeschylo* similes mendas tollere poteram v. c. in *Sophoclis* Oed. Colon. v. 1575. et 1576. (1501. Herm.)

Ἄναξ ποθοῦντι προὐφάνης. καί σοι θεῶν
Τύχην τις ἐσθλὴν θ ῆ κ ε τ ῆ σ δ ε τῆς ὁδοῦ.

Scribi debet:

Τύχην τις ἐσθλὴν τ ῆ σ δ' ἔ θ η κ ε τῆς ὁδοῦ.

Verum illa facile a quovis deprehendi possunt, nec tanti sunt, ut illis diutius immoremur. Unum tantum *Sophoclis* locum castigemus, Philoctet. v. 656. (al. 640.)

Οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀ γ ῇ
Τότε στελοῦμεν, νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.

Pessime nonnulli *ἄγῃ* legunt et reddunt, *cum ventus secundus erit.* Recte Eruditiss. *Dorvillius* ad Charit. p. 115. observat, *πνεῦμα κατὰ πρώραν* vel *ἐκ πρώρας* esse *ventum adversum.* Obiter corrigamus *Heraclitum* Alleg. Hom. p. 422. *Οὐ δή-* (63)
που, ἢ κατὰ πρώραν ἐναντίων ἑστηκότων ἀνέμων, οὐδ' ἀπειλούσης τῆς θαλάσσης. Scribe, deleto *ἐναντίων* e glossemate orto, *ἢ κατὰ πρώραν ἑστηκότων τῶν ἀνέμων.* Sed ejusdem *Dorvillii* conjectura *ἄγῃ* pro *ἐάγῃ* reponentis in *Sophocle* admitti nequit, ob causam supra dictam. Vera lectio, quam conservavit *scholiastes*, explicans *ἐπὰν παύσηται ὁ ἄνεμος ἐναντιούμενος*, haec est:

Οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀ ν ῇ.

Conf. v. 25. et 781. *Euripides* Oresta v. 699.

— — — *Ὅταν δ' ἀνῇ πνοάς.*

Hippol. v. 657.

Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος ε ὑ ρ έ θ η ν.

Quantocius repone:

Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος ᾑ ρ έ θ η ν.

Hippol. v. 1235.

— — — — — *Σύριγγες τ' ἄνω*
Τροχῶν ἐπεπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα.

De anapaestis, utrum sedibus secunda et quarta in Tragicis ferendi sint nec ne, longa est disputatio. Equidem illis calculum meum adjecerim, qui tollendos esse anapaestos et loca Tragicorum, ubi dictis sedibus occurrunt, praeterquam in nominibus propriis, in quibus majore usi sunt licentia, omnia manu emendatrice indigere opinantur. Cujus sententiae duplicem praecipue rationem habeo, tum quod paucissimi sint anapaesti, et Tragici studiose sibi ab illis caverint, tum quod omnia nullo fere negotio emendari possint. Uno *Euripide* simus contenti, difficiliora tantum quaedam loca selecturi. (64)

In illo quem ex Hippolyto prae manibus habemus, versu delendum ἐπ' male repetitum, et scribendum ἐπήδων. Sic in Phoen. v. 1201. (1194.)

Τροχοί τ' ἐπήδων ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι.

Alcestid. v. 802.

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά.

Corrige:

Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά.

Andromach. v. 735. 736.

Νῦν δ' ἐχθρὰ ποιεῖ· τήνδ' ἐπεξελθεῖν θέλω
Στρατηλατήσας, ὥσθ' ὑποχείριον λαβεῖν.

Assentior *R. Dawesio* locum corruptum judicanti Miscell. p. 309. Verum in medela facienda nobis non convenit. Vir doctiss. scribebat:

Στρατηλατήσας, χὐποχείριον λαβεῖν.

Quanto nos lenius!

Στρατηλατήσας, ὥστε χειρίαν λαβεῖν.

Sic supra v. 411.

Ἰδοὺ προλείπω βωμὸν ἥδε χειρία.

Vid. v. 411. Ion. 1252. *Soph.* Aj. 498. *Euripides* Cyclope v. 176.

Ἐλάβετε Τροίαν, τὴν Ἑλένην τε χειρίαν.

Iphigen. Aul. v. 1112.

(65) *Προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρειον ἐκ χεροῖν.*

Euripides reliquerat: πῦρ καθάρσιον. Vid. v. 1472. Iph. Taur. 1225. Helen. 875. Hercul. v. 923. 937.

Ejusdem Trag. v. 1224.

— — — Ἆρά σ' ὦ τέκνον,
Εὐδαίμονος ἄνδρος ἐν δόμοισιν ὄψομαι.

An recte conjecerim, codex aliquando docebit. Lego:

Εὐδαίμον' ἄνδρος ἐν δόμοισιν ὄψομαι.

Ibid. v. 1596.

Ἡδέως τε τοῦτ' ἐδέξατο καὶ πλοῦν οὔριον
Δίδωσιν ἡμῖν, Ἰλίου τ' ἐπιδρομάς.

Deleto καὶ, unice legendum:

Ἡδέως τε τοῦτ' ἐδέξατο πλοῦν τ' οὔριον.

Similiter fere in Iphig. in Taur. v. 336.

Ὡς χέρνιβάς τε καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι.

Reponendum:

Ὡς χέρνιβάς τε σφάγιά τ' ἐξέπεμπέ σοι.

Ejusd. trag. v. 587.

Θνήσκειν γε τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης.

Metro consulemus, vel scribendo τάδε pro ταῦτα, vel potius ταῦτα delendo.

Ibid. v. 1309. (66)

Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων.

Scaliger tentabat: *ψευδῆ ἔλεγον*. quod probat *Barnesius*. Si a summo viro dissentire liceat, legerim paullo liberiore conjectura:

Ψευδῶς λέγουσαι, μ' αἵδ' ἀπήλαυνον δόμων.

Troad. v. 436.

Δεινὴ Χάρυβδις, ὠμοβόρος τ' ὀρειβάτης
Κύκλωψ, λιγυστίς θ' ἡ συῶν μορφώτρια.

Ita in Ms. *Stephani* legitur, pro quo in edd. *ὠμόβρος* habetur. Codicum lectio omnino videtur amplectenda, *τ'* unde male pedem intulit, abire jusso.

Bacch. v. 449.

Πολλῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμασίων ἥκει πλέως.

Elegantissima lectio est, quam conservavit *Gregorius Nazianzenus*, sive alius auctor tragoediae, quae ejus nomen praefert, *Christi Patientis* dictae v. 1660.

Φρικτῶν ὅδ' ὡνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως.

Quamvis ibi pro *ἥκει* legatur *ὦπτο*. Plures *Euripidis* versus ex hujus tragoediae collatione possunt emaculari, adeo ut illam instituere operae sit pretium.

Helen. v. 1675. Verba sunt Dioscurorum.

Ἐπείπερ ἡμᾶς Ζεὺς ἐποίησεν θεούς.
Ἀλλ' ἥσσονες ἦμεν τοῦ πεπρωμένου θ' ἅμα.

Certissime reponi debet: (67)

Ἀλλ' ἥσσον' ἦμεν — — — —

Loquuntur Castores de se in duali, uti v. 1680. et seqq. Electr. v. 1242. et alibi saepius.

Hercul. Fur. v. 611.

Καὶ θῆρά γ' εἰς φῶς τὸν τρικάρηνον ἤγαγον.

Reducenda vox *Euripidi* familiaris:

Καὶ θῆρά γ' εἰς φῶς τὸν τρίκρανον ἤγαγον.

Vide v. 1276. coll. 419. Bacch. 1015.

Electr. v. 23.

Δείσας δὲ, μὴ τῷ παῖδας Ἀργείων τέκοι
Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις.

Tum metri ratio, tum tota orationis series postulat ut scribamus:

Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις.

Sed desino, ne legentibus fastidium creem.

Hippol. v. 1260.

Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἀπέχθομαι κακοῖς.

Scholiastae explicatio, *ἀλλὰ πάλιν τοὺς θεοὺς αἰσχυνούμενος λυποῦμαι*, priscae scripturae indicia praefert:

Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς.

Dici nequit, quam saepe haec a librariis fuerint confusa. Vide
(68) *Scholiasten Theocriti* ad Id. I. v. 101. *Oppiani* Hal. l. II. v. 433. *Hesychius*: Ἀχληρόν. ἀπεχθές. Scribe: ἀχθηρόν. ἐπαχθές. Prius auctoris, posterius librariorum peccatum est. *Etymologus M.* Κακοδαίμων. ὁ θεῷ ἐπαχθής. Legendum ἀπεχθής. Similiter in *Suida* v. erratum est. *Mucius Scaevola* inter epigramm. *Jensiana* XXXIV. v. 5. 6.

Οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύετε, μή ποτ' ἀπεχθὴς
Ἀντήσῃ κορύνῃ χειρὸς ἀπ' αἰπολικῆς.

Praeferendum omnino videtur, μή ποτ' ἐπαχθής.

Pauca super Alcestide addam:

v. 311 — 313.

Καὶ παῖς μὲν ἄρσην, πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν,
Ὃν καὶ προσεῖπε, καὶ προσεῤῥήθη πάλιν.
Σὺ δ' ὦ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσῃ καλῶς;

Non, nisi rite perpensis omnibus, versus poëtis abjudicare soleo. Horum tamen medius tam manifestis se prodit indiciis, ut pluribus verbis ad eum, tanquam ὑποβολιμαῖον, ejiciendum opus non sit. Supra rectissime legitur, v. 190. et sequent.

Πάντες δ' ἔκλαιον οἰκέται κατὰ στέγας,
Δέσποιναν οἰκτείροντες· ἡ δὲ δεξιὰν
Προὔτειν' ἑκάστῳ. κοὔτις ἦν οὕτω κακός,
Ὃν οὐ προσεῖπε καὶ προσεῤῥήθη πάλιν.

Alcest. v. 365 — 367.

Ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις
Σοί, τάσδε θεῖναι πλευράς, ἐκτεῖναι πέλας
Πλευροῖσι τοῖς σοῖς. — — — — —

(69) Verba sunt Admeti ad conjugem Alcestin; in quibus cum valde corruptum sit metrum v. 366. *Barnesius* e codice *Heinsio — Scaligerano* quemadmodum appellat, corrigebat Σοί, τἀμὰ θεῖναι πλευρά, συνθεῖναι πέλας. Verum ex hac conjectura difficultas, quod ad loci sensum et structuram, evadit major. Sentiebat hoc, qui nuper hanc tragoediam edidit, *Thomas Morellus*, adeoque vulgatam maluit retinere et accusativum pluralem in ας aliquando corripi monuit. Sed exemplum quod e *Theocrito* profert vir doctus, plane est ἀπροσδιόνυσον; Doribus quippe hoc solum proprium est, accusativum pluralem as corripere. Lenissima mutatione hisce salebris videmur nos posse expedire:

Ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις
Σοὶ τούσδε θεῖναι, πλευρά τ' ἐκτεῖναι πέλας
Πλευροῖσι τοῖς σοῖς. — — — — — —

Quae sic vertenda sunt: *Sed hisce* (nempe liberis, quos praesentes digito intendit Admetus,) *mandabo, ut me in iisdem*

tecum ponant cedris, et latera mea extendant juxta latera tua. Verbum ἐπισκήπτειν aeque quartum ac tertium casum adsciscit. Vid. Phoen. v. 781. et Iph. Taur. v. 701. Ceterum quod dicebam accusativum pluralem in ας ab Atticis semper produci, in memoriam mihi revocat fragmentum *Posidippi* apud *J. Pollucem* Onom. l. X. sect. 139. Σκηνάς, ὄχους, ῥίσκους, ἀορτάς, λάχανα, λαμπῆνας, ὄνους. In cujus metro constituendo frustra sudavit Eruditiss. *Jungermannus*, qui sic jambos effici putabat:

Σκηνάς, ὄχους, ῥίσκους, ἀορτάς, λάχανα,
Λαμπῆνας, ὄνους.

In quibus equidem vix metri vestigia agnosco; nam ne dicam (70)
λάχανα brevem habere primam, ultimam in λαμπῆνας contra Atticorum usum corripuit. Leve est quod dicam, dicam tamen; versus hoc modo fuerant scribendi:

— — — — — — Σκηνάς, ὄχους,
Ῥίσκους, ἀορτάς, λάχανα, λαμπῆνας, ὄνους.

Alcest. v. 573. 574. De Apolline.

Ἔτλη δὲ σοῖσι μηλονόμας
Ἐν δόμοις γενέσθαι.

Vera lectio est: Ἐν νόμοις γενέσθαι. *Callimach.* H. in Apollin. v. 47.

Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν, ἐξ ἔτι κείνου
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρύσσῳ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους.

Ubi vide quae notat Illustris *Spanhemius*.

CAPUT VI.

(71) *Euripidis Andromache aliquoties castigatur. Hesychius tentatur. Προσαίνειν et σαίνειν de spe positum. Ἐπισπᾶν κόμης. Ὑπόπτερος alatus. Hercules Furens correctus. Supplices saepius emaculatae. Τοὶ pro οἱ et similia in Tragicis non ferenda. Bacchae, Hercules Fur., Electra emendantur. Βάλλων, ἀράσσων. Συννοσεῖν in Phoenissis restitutum. Iphigenia Aulica aliquot vitiis liberata. Νεανίδαισιν vox non graeca. Δόρυ νικηφόρον. Rheso nonnullae mendae eluuntur. Ἤισαν pro ἴσαν. Etymologus ope cod. emendatur.*

Pergam adhuc in *Euripide*, ordini nunc quidem tragoediarum insistens. Itaque cum Andromacha incipiamus. Ex hac tragoedia citat *Hesychius:* Ἀγρεύματα. σκῦλα, Εὐριπίδης Ἀνδρομάχῃ. Verum hactenus oleum et operam in loco indagando perdidi. Immo vix amplius dubitem, quin in *Hesychio* reponendum sit: Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ, quae nomina saepius fuerunt confusa.

Andromach. v. 26—28.

Καὶ πρὶν μὲν ἐν κακοῖσι κειμένην ὅμως
Ἐλπίς μ' ἀεὶ προσῆγε, σωθέντος τέκνου
Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.

(72) *G. Arnaldus* Animadv. Crit. c. XXXI. p. 172. explicat, *spes me semper ducebat* etc. Minus tamen hoc verbum hic convenire videtur, quod *adducere* proprie significat. Elegans est et *Euripide* dignum:

Ἐλπίς μ' ἀεὶ προὔσηνε, σωθέντος τέκνου.

Sophocles Teucro apud *Stobaeum* Florileg. Grot. p. 503.

— — Ὡς ἄρ' ὦ τέκνον κενὴν
Ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου,
Ὡς ζῶντος, ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά με
Ἔσαιν' Ἐριννὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

Euripides Ion. v. 685.

Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα.

Oppianus Hal. l. I. v. 36.

Ἐλπὶς δ' οὐ σταθερὴ σαίνει φρένας, ἠΰτ' ὄνειρος.

Ad quem locum consulendus est elegantissimus *C. Rittershusius.*

Androm. v. 401. 402.

Αὐτὴ δὲ δούλη ναῦς ἐπ' Ἀργείων ἔβην
Κόμης ἀποσπασθεῖσ'. ἐπεὶ δ' ἀφικόμην.

Verbum ἀποσπᾶν genitivo junctum semper notat, *avellere, abstrahere* a loco. Emendandum:

Κόμης ἐπισπασθεῖσ᾽. ἐπεὶ δ᾽ ἀφικόμην.

Sic v. 710.

Ἕλξ᾽ ἄγε οἴκων τῆσδ᾽ ἐπισπάσας κόμης. (73)

Troas. v. 882.

Κομίζετ᾽ αὐτὴν τῆς μιαιφονωτάτης
Κόμης ἐπισπάσαντες. — — —

Helen. v. 115.

Μενέλαος αὐτὴν ἦγ᾽ ἐπισπάσας κόμης.

Philostratus Icon. l. I. c. 18. p. 790. *Αἱ μὲν ἀποῤῥηγνοῦσαι τὰς χεῖρας, ἡ δὲ ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης.*

Androm. v. 441.

Ἦ καὶ νεοσσὸν τόνδ᾽ ὑπὸ πτερῶν σπάσας.

Duporti conjectura, ὑπόπτερον legentis, adeo placuit *Barnesio*, ut eam secure in textum induxerit. Scribi debuerat:

Ἦ καὶ νεοσσὸν τόνδ᾽ ἀπὸ πτερῶν σπάσας.

Ὑπόπτερος enim nunquam *sub alis fovendum, tenellum* significat, quod *Barnesius* et hic et alibi somniabat, sed ubique *alatum, eum qui alis subvehitur.* Vide tantum *Eurip.* Hecub. v. 1264. Helen. 624. 1264. Fragm. Danaes v. 15. Ino. v. 53. etc. Itaque correctione indiget Hercules Furens, qui huic figmento Barnesiano ansam praebuisse videtur: v. 70—72.

Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον,
Οἵ θ᾽ Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑποπτέρους
Σώζω νεοσσοὺς ὄρνις ὣς ὑφειμένη.

Repone:

— — — — οὓς ὑπὸ πτεροῖς (74)
Σώζω νεοσσοὺς ὄρνις ὣς ὑφειμένη.

Ita in Heraclid. v. 10.

— — Νῦν δ᾽ ἐπεὶ κατ᾽ οὐρανὸν
Ναίει, τὰ κείνου τέκν᾽ ἔχων ὑπὸ πτεροῖς
Σώζω τάδ᾽, αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας.

Androm. v. 810.

Ἢ κατθάνῃ κτείνουσα, τοὺς οὐ χρὴ θανεῖν.

Poëticum τοὺς pro οὓς in poëtis Atticis locum tueri nequit. Paucissima Euripidis loca, in quibus tale quid occurrit, omnia corrigenda sunt. Hic legendum simpliciter:

Ἢ κατθάνῃ κτείνουσα γ᾽, οὓς οὐ χρὴ θανεῖν.

Supplic. v. 858.

Ἄκουε δὴ νῦν· καὶ γὰρ οὐκ ἄκοντί μοι
Δίδως ἔπαινον, τῶν ἔγωγε βούλομαι.

Pro τῶν scribe ὧν: quod leviculum est.

Bacch. v. 711.

Ὥστ᾽ εἰ παρῆσθα, τὸν θεόν, τὸν νῦν ψέγεις.

Refingendum:

῞Ωστ' εἰ παρῆσθα, τόνδε θεόν, ὃν νῦν ψέγεις.

Hercul. Fur. v. 252.

Ὦ γῆς λόχευμα, τοὺς Ἄρης σπείρει ποτέ,
Λάβρον δράκοντος ἐξερημώσας γένον.

Quis non videt legi debere?

(75) *Ὦ γῆς λοχεύμαθ', οὓς Ἄρης σπείρει ποτέ.*

Electr. v. 279.

Ταυτῷ γε πελέκει, τῷ πατὴρ ἀπώλετο.

Scribo:

Ταυτῷ τε πελέκει γ', ᾧ πατὴρ ἀπώλετο.

Androm. v. 1153. 1154.

Τίς οὐ σίδηρον προσφέρει; τίς οὐ πέτρον
Βάλλων, ἀράσσων. — — — —

Prava laborant distinctione, quae neque interpreti, neque *Barnesio* fuit animadversa. In posterum hoc modo edendum erit:

Τίς οὐ σίδηρον προσφέρει; τίς οὐ πέτρον;
Βάλλων, ἀράσσων. — — —

Solet ita *Euripides*. Hecub. v. 1175.

῞Απαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης
Βάλλων, ἀράσσων. — — — —

Iph. Taur. v. 310.

— — Πᾶς δ' ἀνὴρ ἔσχεν πόνον,
Βάλλων, ἀράσσων. — — —

Pergamus ad Supplices.

v. 131.

Theseus interrogat Adrastum:

Ἐκ τοῦδ' ἐλαύνεις ἕπτα πρὸς Θήβας ὄχους.

(76) Non exagitabo editorum negligentiam et caecitatem, qui non scribendum viderint:

Ἐκ τοῦδ' ἐλαύνεις ἕπτα πρὸς Θήβας λόχους.

Uti v. 636.

῞Ιν' οἱ θανόντες ἕπτα δεσπότων λόχοι
Ἠγωνίσαντο. — — — —

Phoeniss. v. 1100. (1093.)

Λόχους ἔνειμεν ἕπτα, καὶ λοχάγετας.

Et cui non dictus Hylas?

Suppl. v. 222. et seqq.

Λαμπρὸν δὲ θολερῷ δῶμα συμμίξας τὸ σὸν
῞Ηλκωσας οἴκους· χρῆν γὰρ οὔτε σώματα
῎Αδικα δικαίοις τὸν σοφὸν συμμιγνύναι,
Εὐδαιμονοῦντας δ' εἰς φόβους κτᾶσθαι φίλους.
Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος,
Τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσεν
Τὸν συννοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα.

Turpissima eximiam sententiam infecit macula, quae hoc modo eluenda est:

Τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσεν
Τὸν οὐ νοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα.

Achaeus ex emendatione *Grotii* Excerpt. e Trag. p. 443.

— — — — — — *Τί χρῆ*
Τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν ἀναγκάσαι.

Horatius lib. III. Od. II. v. 29. (77)

— — — — *Saepe Diespiter*
Neglectus incesto addidit integrum.

Verbum *συννοσεῖν*, quod hinc expulimus, adducor fere ut restituendum credam: Phoen. v. 397.

Καὶ τοῦτο λυπρὸν, συννοσεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.

Quod editur *συνασοφεῖν*, vereor ut graecum sit. Similiter verbum *συννοσεῖν* adhibuit *Euripides* Iphigen. Aul. v. 407.

Συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.

Suppl. v. 1094. et sequent.

Εἶεν, τί δὴ χρὴ τὸν ταλαίπωρόν με δρᾶν;
Στείχειν πρὸς οἴκους; κᾆτ' ἐρημίαν ἴδω
Πολλῶν μελάθρων, ἀπορίαν τ' ἐμῷ βίῳ.
Ἢ πρὸς μέλαθρα τοῦδε Καπανέως μόλω,
Ἥδιστα, πρίν γε δή ποτ' ἦν παῖς ἥδε μοι,
Ἀλλ' οὐκέτ' ἐστίν. — — — — —

Interpres ultima sic vertit: *An vadam ad domum hujus Capanei, gratissimam mihi quidem quondam, dum superstes esset haec mea filia? Sed jam non est amplius.* Quae neque graecis respondent, neque sententiae satis sunt apta. Unica tantum mutata littera sensus restitui potest optimus:

Ἢ πρὸς μέλαθρα τοῦδε Καπανέως μόλω;
Ἥκιστα· πρίν γε δή ποτ' ἦν παῖς ἥδε μοι,
Ἀλλ' οὐκέτ' ἐστίν. — — — — —

An ad Capanei domum ibo? Minime: quondam erat haec (78)
mea filia, sed jam non amplius est. Quod tam certum mihi videtur, ut nihil supra.

In Iphig. Aul., ad quam pedem promoveo, male legitur:

v. 504.

Γενναῖ' ἔλεξας, Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
Πρέποντα, προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν.

Copula enim requiritur, qua priora cum posterioribus recte vinciantur. Sed huic incommodo succurremus, reponendo:

Γενναῖα λέξας, Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
Πρέποντα, προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν.

Iph. Aul. v. 615. 616.

Cum Clytaemnestra servos jussisset, munera, quae Iphigeniae

ferebat dotalia, in aulam portare, et filiae imperasset descensum e curru; ita chorum virginum alloquitur:

Ὑμεῖς δὲ νεανίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι
Δέξασθε, καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.

Ubi vocabulum *νεανίδαισιν* minime graecum est. Ingeniosa est *Scaligeri* sive alius V. D. in ejus libro, conjectura, reponentis *νεανίδ' αἷσιν*, *puellam ulnis vestris excipite.* Nec tamen vera: *αἷσιν* enim pro *ὑμετέραις* in Tragico novum foret et inauditum. Castigandum:

Ὑμεῖς δὲ νεάνιδές νιν ἀγκάλαις ἔπι
Δέξασθε, καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.

(79) Saepius chorum hoc nomine appellant regina et filia Iphigenia. ita v. 1468.

Ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ' ὦ νεάνιδες.

et v. 1491.

Ὦ νεάνιδες, Συνεπαείδετ' Ἄρτεμιν.

Iph. Aul. v. 1557. 1558.

Καὶ τοὔπ' ἔμ' εὐτυχοῖτε καὶ νικηφόρου
Δώρου τύχοιτε, πατρίδα τ' ἐξίκοισθε γῆν.

Interpres illa *καὶ νικηφόρου Δώρου τύχοιτε* vertit: *et victoriae donum consequamini.* Male. Hunc enim sensum graeca non admittunt, quae hoc modo emendanda erant:

Καὶ τοὔπ' ἔμ' εὐτυχοῖτε, καὶ νικηφόρου
Δόρος τύχοιτε, πατρίδα τ' ἐξίκοισθε γῆν.

Ita fere v. 1575.

Καὶ δὸς γενέσθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα,
Τροίας τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί.

Hercul. Fur. v. 49. 50.

Ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,
Μινύας κρατήσας ὁ ὑμὸς εὐγενὴς τόκος.

Iph. Aul. v. 1565 — 1567.

Κάλχας δ' ὁ μάντις εἰς κανοῦν χρυσήλατον
Ἔθηκεν ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας
Κολεῶν ἔξωθεν, κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης.

(80) Ultimi versus metrum manifeste vitiatum est: quod cum videret *Barnesius*, ex edit. Aldina arripuit *κολεῶν ἔσωθεν*, et hoc non tantum inepta explicatione defendit, sed et in ipsum intrusit textum. Recte loci sensum perceperunt alii, quos injuria carpit *Barnesius.* Verissima enim correctio haec est:

Ἔξωθε κολεῶν, κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης.

Calchas vero vates in aureum calathum deposuit acutum gladium, manu e vagina eductum.

Iphigenia Taurica, de qua supra bene mereri conati fuimus, omissa, jungamus Iphigeniae priori Rhesum.

v. 128 — 130.

Εἰ δ' εἰς δόλον τιν' ἧδ' ἄγει φρυκτωρία,
Μαθόντες ἐχθρῶν μηχανὰς κατασκόπου,
Βουλευσόμεσθα. τήνδ' ἔχω γνώμην, ἄναξ.

Varia conjecerunt viri eruditi. Recte *Barnesius* observat locum posse explicari, intellecta praepositione ἐκ, quae post verba μαθεῖν, ἀκοῦσαι, πυθέσθαι, etc. saepius subauditur. Duri tamen aliquid in hac lectione superesse videtur, adeoque levissima mutatione scribere malim:

Μαθόντος ἐχθρῶν μηχανὰς κατασκόπου,
Βουλευσόμεσθα. — — — — —

Ita infra Dolon v. 154. et seqq.

Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω
Ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,
Καὶ πάντ' Ἀχαιῶν ἐκμαθὼν βουλεύματα,
Ἥξω 'πὶ τούτοις. — — — —

Rhes. v. 137. 138. (81)

Στείχων δὲ κόσμει συμμάχους· τάχ' ἂν στρατὸς
Κινοῖτ' ἀκούσας νυκτέρους ἐκκλησίας.

Ut posteriora prioribus recte respondeant, emendandum:

Στείχων δὲ κοίμα συμμάχους. — —

Ad eundem lapidem offenderunt librarii v. 662.

Ἕκτωρ δὲ φροῦδος, Θρῇκα κοσμήσων στρατόν.

Lege:

Ἕκτωρ δὲ φροῦδος, Θρῇκα κοιμήσων στρατόν.

Ita v. 614.

Ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν ταξέων κατεύνασεν
Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος.

et v. 762.

Ἐπεὶ γὰρ ἡμᾶς εὔνασ' Ἑκτορεία χείρ.

Rhes. v. 204.

Cum Dolon dixisset, se aliam vestem explorationi convenientem induturum, rogat chorus:

Ἐπεὶ τίν' ἄλλην ἀντὶ τῆσδ' ἕξεις στολήν;

Optime *Barnesius* ἀντὶ auctoritate *Scaligeri*, *Canteri*, *Duporti* et *Aldinae* editionis restituit, quod ex aliis exciderat. Leve in initio mendum, sed non sine sensus detrimento superest. Qui enim ἐπεὶ *an* significare potest, uti *Ae. Portus* reddit? Scribe:

Εἴπ', εἴ τιν' ἄλλην ἀντὶ τῆσδ' ἕξεις στολήν; (82)

Ita v. 207.

Λέξον, τίς ἔσται τοῦδε σωματος στολή;

et Hercul. Fur. v. 1118.

Εἴπ', εἴ τι καινὸν ὑπογράφῃ τῷ 'μῷ βίῳ;

Rhes. v. 300. 301.

Καὶ πάντ' ἀκούσας, ὧν ἐφιέμην μαθεῖν,

"Εστην. ὁρῶ δὲ Ῥῆσον, ὥστε δαίμονα.

Reponendum censeo:

Ἥσθην. ὁρῶ δὲ Ῥῆσον, ὥστε δαίμονα.

Rhes. v. 852—855.

Τίς δ' ἂν χαμεύνας πολεμίων κατ' εὐφρόνην
Ῥήσου μολὼν ἐξεῦρεν, εἰ μή τις θεῶν
"Εφραζε τοῖς κτανοῦσιν; οἱ δ' ἀφιγμένοι
Τὸ πάμπαν ἴσαν. ἀλλὰ μηχανᾷ τάδε.

Recte *Barnesius* pro ἴσαν vidit scribendum esse ᾖσαν. Sed praeterea corrigendum:

"Εφραζε τοῖς κτανοῦσιν; οὐδ' ἀφιγμένον
Τὸ πάμπαν ᾖσαν· ἀλλὰ μηχανᾷ τάδε.

Etym. M. Ἤισμεν. — — Εὐριπίδης Ἑκάβῃ. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν Πύργους πεσόντας ᾖσμεν. (v. 1119. ed. King. ubi male ἴσμεν editum.) ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν. καὶ Σοφοκλῆς Κόλχοις. Ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ᾖστε τὸν Προμηθέα. ἀντὶ τοῦ ᾔδειτε. Εὐριπίδης Ῥήσῳ — οὐδ' ἀφιγμένον τὸ πάμπαν ᾖσαν. — ἀντὶ τοῦ ᾔδει-
(83) σαν. Ita optimus *Etymologici* codex, qui attinetur bibliotheca Lugduno-Batava; pro quo pessime in edito legitur τὸν πᾶνα ᾖσαν. *Dio Chrysost.* Orat. LV. p. 561. D. de Dolone. Καὶ γὰρ τοὺς ἵππους ἐμήνυσε τοὺς Θρᾳκικοὺς καὶ τὸν Ῥῆσον, ὃν οὐδεὶς ᾔδει ἀφιγμένον.

CAPUT VII.

Epigrammatis medela affertur **Callimachi** *sive* **Philippi.** *Nemesis.* **Libanius** *correctus.* **Ἡμιῤῥαγὴς χίτων.** **Ἃ μὴ θέμις ἰδεῖν.** **Κοεῖν** *vox Callimachia.* **Incerti** *in Anthologia epigramma emendatur.* **Κευθμὸς** *infernus. Orpheus Tartara lyra demulsit.* **Zosimus** *in Anthol. emaculatus. Epigrammata a* **Dorvillio** *edita castigantur.* **Crinagorae.** **Εὔλοχος** *restitutum Philippo. Epigrammata* **Meleagri, Incerti, Thymoclis.**

Epigrammatis nonnullis emaculandis hanc operam meam dicare constitui. Primas tribuamus *Callimacho*, epigr. XLVII.

Τὸν καλὸν ὡς ἰδόμαν Ἀρχέστρατον, οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν
Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, οὐ γὰρ ἄγαν ἐδόκει.
Εἶπα, καὶ ἁ Νέμεσίς με συνάρπασε, κ᾽ εὐθὺς ἐκείμαν
Ἐν πυρὶ, πᾶς δ᾽ ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.
Τὸν παῖδ᾽ ἱλασόμεσθ᾽ ἢ τὰν θεόν. ἀλλὰ θεοῦ μοι
Ἔστιν ὁ παῖς κρείσσων. χαιρέτω ἁ Νέμεσις.

Callimachi epigramma dixi, quod duo tamen apographa, quibus usus sum, non aliter ac Ms. *Bentleji* et *Dorvillii* ad (84) *Charit.* p. 332. *ἄδηλον* appellant. Forte *Philippo* tribuendum est, cujus et hoc ad Archestratum in Anthologia inedita legitur epigramma:

Ἡνίκα μὲν καλὸς ἦς Ἀρχέστρατε, κἀμφὶ παρειαῖς
Οἰνωπός, ψυχὰς ἔφλεγες ἠϊθέων,
Ἡμετέρης φιλίης οὐδεὶς λόγος, ἀλλὰ μετ᾽ ἄλλων
Παίζων, τὴν ἀκμὴν ὡς ῥόδον ἠφάνισας.
Ὡς δ᾽ ἐπιπερκάζεις μιαρῇ τριχί, νῦν φίλον ἕλκων,
Τὴν καλάμην δωρῇ, δοὺς ἑτέροις τὸ θέρος.

Ejusdem epigrammatis partem ante nos protulit *Alberti* ad *Hesychium* v. *ἐμπερκάζουσαν.* Verum qui tandem cunque auctor sit, turpissima versum 4 infecit macula. Quid enim hic sibi vult Jupiter cum fulmine? Ne dicam *ἔν τινι βάλλειν*, sive *ἔν τινι κεραυνοβολεῖν* graece non dici. Castigandum:

Εἶπα, καὶ ἁ Νέμεσίς με συνήρπαξε. κ᾽ εὐθὺς ἐκείμαν
Ἐν πυρί, παῖς δ᾽ ἐς ἔμ᾽ ὡς Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.

Meleager in epigrammate a Celeberrimo *Albertio* ad *Hesych.* tom. I. col. 839. edito:

Ὦ Χάριτες, τὸν καλὸν Ἀρισταγόρην ἐσιδοῦσαι
Ἄντιον εἰς τρυφερὰς ἠγκαλίσασθε χέρας,
Οὕνεκα καὶ μορφᾷ βάλλει φλόγα, καὶ γλυκυμυθεῖ
Καίρια, καὶ σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ.

Τηλόθι μοι πλάζοιτο. τί δὲ πλέον; ὡς γὰρ Ὄλυμπον
Ζεύς, νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν.

Idem in epigrammate ἀνεκδότῳ:

(85) Ἤστραψε γλυκὺ κάλλος. ἰδοὺ φλόγας ὄμμασι βάλλει.
Ἆρα κεραυνομάχαν παῖδ᾽ ἀνέδειξεν ἔρως;
Χαῖρε πόθων ἀκτῖνα φέρων θνατοῖσι Μυΐσκε,
Καὶ λάμποις ἐπὶ γᾷ πυρσὸς ἐμοὶ φίλιος.

De Nemesi sive Adrastea omnia pervulgata. Vide *Dorvillium* ad *Charit.* p. 332. *Flaccus*:

Ἀρτιγενειάζων, ὁ καλὸς καὶ στεῤῥὸς ἐρασταῖς
Παιδὸς ἐρᾷ Λάδων· σύντομος ἁ Νέμεσις.

Idem epigramma edidit *Dorvillius* V. Cl. ad *Charit.* p. 30. ubi male ἐραστὴς scribitur. *Meleager* in epigrammate, quod a nostro non multum abludit, sed pluribus naevis foedatum est:

Ἐφθέγξω, ναὶ Κύπριν, ἃ μὴ θεός, ὦ μέγα τολμῶν
Οὔ με μαθών. Θήρων σοι καλὸς οὐκ ἐφάνη;
Σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων; ἀλλ᾽ αὐτὸς ὑπέστης,
Οὐδὲ Διὸς πτήξεις πῦρ τὸ κεραυνοβόλον.
Τοὶ γὰρ ἰδοὺ τὸ πρόσθε καλὸν προὔθηκεν ἰδέσθαι
Δεῖγμα θρασυστομίης ἡ βαρύφρων Νέμεσις.

v. 1. margo apographi *Scaligerani* pro ἃ μὴ θεὸς habet, ἃ μὴ θέμις, quod verum putem. Obiter succurramus *Libanio* op. Soph. tom. II. p. 727. C. Τὸ μὲν γὰρ στέρνον ὁ χιτὼν περιῤῥεῖ, καὶ διαχεῖται πρὸς τὸ μέσον αἱμοῤῥαγής· τὰ δὲ μετὰ τὸν μαζὸν συνέχει ζωστὴρ, οὐκ ἐῶν τὸ πλέον ὑπορεῦσαι παντάπασι, καὶ παρασχεῖν ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς, ἃ μηδὲ γυναικῶν θέας ἰδεῖν. Scribe: — χιτὼν — ἡμιῤῥαγής. — ἃ μηδὲ γυναῖκα θέμις ἰδεῖν. Prius confirmatur p. 731. D. ἀλλ᾽ ἡμιῤῥαγὴς μὲν προῆλθε χιτών. Posterius p. 667. C. ἔδειξε δὲ Ἀκταίων, ἰδὼν ἃ μὴ θέμις. et p. 728. D. ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν κρύψας ἃ μὴ θέμις ἰδεῖν. In epigrammate v. 1.
(86) τολμὰν est in apogr. *Voss.* v. 2. margo *Scaligeri* οὐκ ἔμαθον, *Vossii*, Θυμὲ μαθὼν habent. v. 4. male πήξεις in libro *Scalig.* v. 5. pro καλὸν legitur λάλον in *Vossiano*. Quomodo autem epigramma constituendum sit, acutiores videant.

Epigrammatis *Callimachi* XLIV. sensum eximie restituisse videtur acerrimus *Bentlejus*. Est tamen aliquid in duobus ultimis versiculis observatu dignum:

Ἐλθὼν δ᾽ οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ᾽ ἐφίλησα
Τὴν ἱαρήν. εἰ τοῦτ᾽ ἔστ᾽ ἀδίκημ᾽, ἀδικῶ.

Citat hos versus *Plutarchus* de ira cohibenda op. t. II. p. 455. B. suppresso *Callimachi* nomine, pro τὴν ἱαρὴν exhibens τὴν φίλην; unde alii forte *Callimacho* digni quid eruent. Pro ἐβόησα placet *Bentleji* conjectura, ἐνόησα. Restituenda tamen vox rarior et Callimacho usurpata:

Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐκόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν δείρην. εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημ', ἀδικῶ.

Confer *Bentlejum* ad fragm. LIII. *ἠδ' ἐκόησε Τούνεκέν οἱ γένος ἔσκε.*

Anthologiae libr. III. cap. 25. epigr. 9. est elegantissimum, *εἰς Ὀρφέα.*

Ὀρφέα Θρηϊκίῃσι παρὰ προμολῇσιν Ὀλύμπου
Τύμβος ἔχει, μούσης υἱέα Καλλιόπης.
Ὧι δρύες οὐκ ἀπίθησαν. ὅτῳ συνάμ' ἕσπετο πέτρη
Ἄψυχος, θηρῶν θ' ὑλονόμων ἀγέλη.
Ὅς ποτε καὶ τελετὰς μυστηρίδας εὕρετο Βάκχου,
Καὶ στίχον ἡρώῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί.
Ὃς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ Κλυμένοιο νόημα,
Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρῃ.

Ultimum distichon citat *Suidas* v. *ἀκήλητον*, ubi pro *λύρῃ* (87) legitur *λύρᾳ*. Quod impedit, quo minus reponamus *κόρης*, quod alias aptum satis foret. Conf. c. 24. ep. 12. Uni Plutoni ne tribuamus, articulus *τὸν* dissuadet: nec facit huc aliquid locus *Virgilii* Georg. l. IV. v. 469.

— — *Regemque tremendum,*
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Itaque non dubitandum est, majus hoc loco ali monstrum, quod vide num sic recte profligaverim:

Ὃς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ Κλυμένοιο νόημα,
Καὶ τὸν ἀκήλητον κευθμὸν ἔθελξε λύρῃ.

Euripides Hecub. v. 1.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

Apollon. Rh. l. III. v. 1212.

Κευθμῶν ἐξ ὑπάτων δεινὴ θεὸς ἀντεβόλησεν.

Conf. *Orpheus* Argon. v. 91. 92. Idem v. 965.

Ῥήξασαι κενεῶνας ἀμειδήτοιο βερέθρου.

Similiter *Hermesianax* apud *Athen.* lib. XIII. p. 597. Orcum vocat *κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον.* Ipsum vero infernum lyra et cantu demulsisse Orphea, quis nescit? *Virgil.* Georg. l. IV. v. 481.

Quin ipsae stupuere domus atque intima lethi
Tartara. — — — — — — —

Seneca Hercul. Fur. v. 571. et seqq. (88)

Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos et prece supplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit suam,
Quae silvas et aves saxaque traxerat
Ars, quas praebuerat fluminibus moras;
Ad cujus sonitum constiterant ferae;
Mulcet non solitis vocibus inferos,

Et surdis resonat clarius in locis.

Zosimi epigramma hoc est, Anthol. l. VI. c. 15. ep. 5.

Εἰναλίων Κλείτωρ τάδε δίκτυα, τετραπόδων δὲ
Δᾶμις καὶ Πίγρης θῆκεν ὑπηερίων
Πᾶνι, κασιγνήτων ἱερὴ τριάς, ἀλλὰ σὺ θήρην
Ἠερίην πόντῳ κὴν χθονὶ τοῖσδε νέμε.

Quorum versuum extremus levi infectus est macula. Licet enim *ἠερίη θήρη* alibi optime dicatur, uti saepius in his epigrammatis, et apud *Oppianum* Cyn. l. I. v. 48. hic tamen ne quis in errorem inducatur, unice emendandum:

— — — — *Ἀλλὰ σὺ θήρην*
Ἠέρι, κὴν πόντῳ, κὴν χθονὶ τοῖσδε νέμε.

Archias, ne plures citem, ibid. epigr. 6. v. 5. 6.

Ὧν τὸν μὲν καὶ ἐσαῦθις ἐν ἠέρι, τὸν δ' ἔτι θείης
Εὔστοχον ἐν πόντῳ, τὸν δὲ κατὰ δρυόχους.

Pergo ad *Nicarchi* epigramma Anthol. l. VII. 169. p. 481. ed. *Steph.* v. 5. 6.

(89) *Ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, λάβε καὶ τέκε. μὴ θορυβήθῃς.*
Εὑρήσει πόθεν ἔστ', ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

In codice Palatino, notante Doctiss. *Dorvillio* ad *Charit.* p. 208. legitur:

Ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, τέκε καὶ τέκε, μὴ θορυβήθῃς.

Quae nos ad veram, quasi manu, ducunt scripturam:

Ἢν ἐν γαστρὶ λάβῃς, τέκε καὶ τρέφε, μὴ θορυβήθῃς.
Εὑρήσει πόθεν ἔστ', ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

Hoc sequens versus requirit. *Τέκειν* et *τρέφειν* alibi etiam sunt permutata, et saepe junguntur. *Alciphron* l. I. ep. 4. *Οὔ τεχθῆναί σε καὶ τραφῆναι συνέβη.* *Eurip.* Hercul. Fur. v. 458.

Ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ' ἐθρεψάμην.

Reliquum hujus capitis impendamus epigrammatis nonnullis a *Dorvillio* V. C. ad *Charitonem* nuper editis. Quod eo libentius faciamus, quo minor spes est, futurum, ut Anthologia inedita lucem adspiciat: quod egregium opus, ut alia praeclara, viri doctissimi mors nobis invidit. P. 30. animadv. ad *Charitonem* hoc *Crinagorae* epigramma affertur:

Ἠοῖ ἐπ' εὐκταίῃ τάδε ῥέζομεν ἱρὰ τελείῳ
Ζηνὶ, καὶ ὠδίνων μειλίχῳ Ἀρτέμιδι.
Τοῖσι γὰρ οὑμὸς ὅμαιμος, ἔτ' ἄχνοος, εὔξατο θήσειν
Τὸ πρῶτον γενύων, ἠϊθέοισιν ἔαρ.
Δαίμονες, ἀλλὰ δέχοισθε, καὶ αὐτίκα τῶνδ' ἀπ' ἰούλων
Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρις ἄγοιτε τριχός.

(90) v. 2. forte verum est, *ὠδίσιν μειλίχῳ Ἀρτεμίδι.* Sin hoc minus placeat, ita totum epigramma refingamus:

Ἠοῖ ἐπ' εὐκταίῃ τάδε ῥέζομεν ἱρα τελείῳ
Ζηνὶ, καὶ ὠδίνων εὐλόχῳ Ἀρτέμιδι.

Τοῖσι γὰρ ϑυμὸς ὅμαιμος, ἔτ' ἄχνοος, εὔξατο ϑήσειν
Τὸ πρῶτον γενύων ἠϊϑέοισιν ἔαρ.
Δαίμονες, ἀλλὰ δέχοισϑε, καὶ αὐτίκα τῶνδ' ἀπ' ἰούλων
Εὐκλείδην πολιῆς ἄχρι σάοιτε τριχός.

Utrumque quod dedi *Crinagora* dignum est. *Callimachus* epigr. LVII.

Καὶ πάλιν, Εἰλείϑυια, Λυκαινίδος ἐλϑὲ καλεύσης,
Εὔλοχος ὠδίνων ὧδε σὺν εὐτοκίῃ.

Emenda *Philippum* Anthol. l. I. cap. 33. ep. 4. v. 3.

Ἧς Ἀΐδην μέλλοντα προέφϑασεν εὔστοχος ὠδίς.

Et scribe vel *εὔτοκος ὠδίς*, vel quod mihi verum videtur:

Ἧς Ἀΐδην μέλλοντα προέφϑασεν εὔλοχος ὠδίς.

Alterum quod *Crinagorae* reddidi confirmat egregie *Callimachus* epigr. XXXV.

Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα Φιληρατὶς εἵσατο τῇδε,
Ἀλλὰ σὺ μὲν δέξαι, πότνια, τὴν δὲ σάω.

P. 98. comment. ad *Chariton.* edidit V. Cl. *Meleagri* epigramma, cujus partem protulerat Cl. *Alberti* ad *Hesych.* v. *βωϑεῖν*:

Ὤνϑρωποι βωϑεῖτε τὸν ἐκ πελάγους ἐπὶ γαῖαν (91)
Ἄρτι γε πρωτόπλουν ἴχνος ἐρειδόμενον.
Ἕλκει τῇδ' ὁ βίαιος Ἔρως. φλόγα δ' οἷα προφαίνων
Παιδὸς ἀπαστράπτει κάλλος ἐραστὸν ἰδεῖν.
Βαίνω δ' ἴχνος ἐπ' ἴχνος. ἐν ἀέρι δ' ἡδὺ τυπωϑὲν
Εἶδος ἀφαρπάζων χείλεσιν ἡδυφίλῳ.
Ἆρά γε τὴν πικρὰν προφυγὼν ἅλα, πουλύ τι κείνη
Πικρότερον χέρσῳ κῦμα περῶ Κύπριδος.

Tertium distichon *Dorvillio* est δυςνόητον. *Τυπωϑὲν* ex uno cod. Viri Cl. scripsi pro *τύπωσεν*. Verum in ultimis difficultas remanet. *Gujetus* conjiciebat *χείλεσιν Ἡδυφίλοις*; *Scaliger* ad marginem apographi reponebat *ἡδυφίλης*. Proxime ad verum accedere videntur libri traduces, qui *ἡδὺ φίλῳ* habent. Itaque castigandum opinor:

Βαίνω δ' ἴχνος ἐπ' ἴχνος. ἐν ἀέρι δ' ἡδὺ τυπωϑὲν
Εἶδος ἀφαρπάζων χείλεσιν ἡδὺ φιλῶ.

Et premo vestigia ejus, et suavem imaginem in aëre formatam labiis abripiens suaviter exosculor. *Theocr.* Id. XX. v. 1.

Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε ϑέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι.

P. 332. animadv. ad *Charit.* proditur ἄδηλον. v. 3. 4.

Οὐ γάρ πω, Νίκανδρε, βοὰς ἐδάημεν ἔρωτος
Νῦν μόνον, ἀλλὰ πόϑων πολλάκις ἡψάμεϑα.

Pejus aliquanto in apographo *Vossiano* legitur βοῆς. Scribendum:

Οὐ γάρ πω, Νίκανδρε, βολὰς ἐδάημεν ἔρωτος. (92)
Νῦν μόνον, ἀλλὰ πόϑων πολλάκις ἡψάμεϑα.

Apollon. Rh. l. III. v. 32.

Ἥρη, νηΐδα μέν με πατὴρ τέκε τοῖο βολάων,
Οὐδέ τινα χρείω θελκτήριον οἶδα πόθοιο.

Hom. Odyss. P. v. 283.

Οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, οὐδὲ βολάων.

P. 602. epigramma *Θυμοκλέους* editur:

Μέμνῃ μου, μέμνῃ, ὅτε τοι ἔπος ἱερὸν εἶπον·
Ὥρη κάλλιστον, χ' ὥρη ἐλαφρότατον.
Ὥρην οὐδὲ τάχιστος ἐν αἰθέρι παρθύσει ὄρνις,
Νυνὶ δὲ πάντ' ἐπὶ γῆς ἄνθεά σευ κέχυτο.

v. 3. cum *Gujeto* malim *παρφθάσει.* v. 4. sic restituere conabatur *Dorvillius:*

Πάντα δὲ νῦν ἐπὶ γῆς ἄνθεά σευ κέχυτο.

Verum ne litera quidem mutata, sejunctis tantum quae male coaluerant, et conglutinatis quae divulsae sunt, remedium in promtu est:

Νῦν ἴδε πάντ' ἐπὶ γῆς ἄνθεά σευ κέχυτο.

Antequam ad alia pergam, placet insignem aliquam *Planudis* fraudem detegere. In Anthologiae libro VII. p. 476. *Rufini* tale extat epigramma:

Εἰ ταύτας ὁ κριτὴς ὁ θεῶν ἐθεάσατο κούρας,
Οὐκ ἔτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

Quod non tantum turpiter mutilavit *Planudes* sed et damno
(93) flagitium addidit. Totum epigramma hominis crudelis manus non expertum, hoc modo legitur in Anthologia inedita: *Ῥουφίνου εἰς πόρνας.*

Πυγὰς αὐτὸς ἔκρινα τριῶν. εἵλοντο γὰρ αὐταί,
Δείξασαι γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων.
Καί ῥ' ἡ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ γλουτῶν ἤνθεεν εὐαφίην.
Τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σάρξ
Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθροτέρη.
Ἡ δὲ γαληνιόωσα χαράσσετο κύματι κωφῷ
Αὐτομάτη τρυφερῷ χρωτὶ σαλευομένη.
Εἰ ταύτας δὲ θεῶν ὁ κριτὴς ἐθεάσατο πυγάς,
Οὐκέτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

v. 3. et 4. laudat *Suidas* v. *Γελασίνοις* ubi *εὐβαφίην* editur; sed duo Ms. Parisini et Leidensis recte agnoscunt *εὐαφίην.* Usus eo loco est *Berglerus* ad *Alciphr.* l. I. ep. 39. Imitatur autem *Rufinus Stratonem* in epigrammate etiam *ἀνεκδότῳ:*

Ἐχθὲς λουόμενος Διοκλῆς ἀνενήνοχε σαῦραν
Ἐκ τῆς ἐμβάσεως τὴν ἀναδυομένην.
Ταύτην εἴ τις ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ ποτ' ἐν Ἴδῃ,
Τὰς τρεῖς οὐ ταύτης προκατέκρινε θεάς.

CAPUT VIII.

Alciphron aliquoties emendatur. Orpheus de lapidibus (94)
glossemate liberatur. Ἀδώνια. Ὅλος πρόσωπον φαίνεσθαι. Νεόπλουτος. Aristaenetus quater emaculatus. Δράσσεσθαι. Euripidis Cyclops illustratur. Callimachi fragmentum emendatur. Κολάπτειν. Aristaenetus expressit Cydippen Callimachi. Βραχὺς et βραδὺς confusa. Μαστροπός. Epicrates apud Aelianum de animal. leviter restitutus. Ἀνθίζειν.

In festivis et Attico lepore mire conditis *Alciphronis* epistolis plurimum restat, quod agant critici. Nos nunc quidem pauca e multis seligemus, quibus ope nostra lux et medela afferatur.

Libr. I. ep. 13. ad fin. *Ἐμαυτὸν δὲ δείξας οἷός εἰμι θαλαττουργός, εἰ μὴ μαίνοιτο ὁ ταύτης πατήρ, οἶμαι παρέξειν ἐπιτήδειον νυμφίον.* Non sine aliqua specie defendi potest, *εἰ μὴ μαίνοιτο ὁ ταύτης πατήρ*, nihilo minus tamen reponendum censeo: *εἰ μὴ ἀναίνοιτο ὁ ταύτης πατήρ. Nisi pater ejus se filiam neget daturum*, ut verbis *Terentii* Andr. act. I. scen. I. v. 122. utar. Similiter fere libr. III. ep. 37. p. 354. *Οὐκ ἐπαύσατό μοι πράγματα παρέχων, καὶ γαμησείων· ἐγὼ δ' ἀνηνάμην.*

Lib. I. ep. 20. *Σχέτλια πεπόνθαμεν. τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς διὰ τὴν ἐκ τῆς ποιότητος λεπτότητα παρέκειτο.* Optime *Berglerus* e Ms. Vaticano pro *ποιότητος* legit *πιότητος*. Sed conjectura ejus *λιπαρότητα* pro *λεπτότητα* nimis a vulgata recedit. Posset *λευκότητα* conjici. Verum illa *διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λεπτό-* (95)
τητα a scioli manu profecta videntur, qui ex *Aristotele τὸ λεπτὸν τῆς δρόσου* noverat. Rescissis itaque illis, cetera sic legenda sunt: *καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς παρέκειτο.* Obiter glossemate liberandus est *Orpheus* de lapidibus, cujus caput inscribitur, *περὶ βαρβάρου λίθου τῶν ἐν ἀγροῖς αὐλιζομένων.* Miror editores non vidisse scholion esse interlineare superscriptum v. 1.

Ποιμένι δ' ἀγραύλων ταύρων, Διὸς αἰγιόχοιο.

Sunt enim illa *τῶν ἐν ἀγροῖς αὐλιζομένων* explicatio vocis

ἀγραύλων. *Hesychius*: Ἀγραύλοις. ἐν ἀγροῖς αὐλιζομένου. Similiter *scholiastes Homeri* ad Il. *K*. v. 155.

Libr. I. ep. 39. p. 194. *Νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔχομέν σοι τῆς ὑπεροψίας. τοῖς Ἀλώοις δὲ ἐν Κολύττῳ ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ. τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει.* Reponendum: *τοῖς Ἀδωνίοις*, quod sequentia perspicue docent. Meminit hujus festi *Alciphron* l. I. ep. 37. *μέχρι μὲν τῶν Ἀδωνίων*. Conf. *Meursius* in Graecia feriata l. I. p. 5. et seq.

Lib. III. ep. 1. *Καλὸς μὲν γάρ ἐστι, καλὸς, ὦ μῆτερ, καὶ ἥδιστος, καὶ βοστρύχους ἔχει βρύων οὐλοτέρους, καὶ μειδιᾷ τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον, καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐστι κυαναυγής, οἷος τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν ὁ πόντος καταλαμπόμενος φαίνεται. τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχόμενον ἀπολιπούσας.* *G. Arnaldus* in Miscell. Obs. Vol. V. p. 285. verba *τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον* spuria esse et glossam redolere existimabat. Verum, licet nonnulla hujus generis vitia rectissime detexerit juvenis eruditus, saepe tamen in illis, quae minus intelligebat, delendis nimius fuit. Locus mutata distinctione, et levi mutatione corri-
(96) gendus erat: *οἷος τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἀκτίνων ὁ πόντος καταλαμπόμενος. φαίνεται δὲ ὅλος πρόσωπον· αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχόμενον ἀπολιπούσας.* Locutionem hanc *φαίνεται ὅλος* vel *ὅλη πρόσωπον* adhibuit *Alciphron* in epistolis, cujus fragmentum a Cl. *Valckenaerio* acceptum edidit F. L. *Abresch.* in addend. ad *Aristaenet.* p. 115. *Ἐνδεδυμένη γὰρ εὐπροσωποτάτη ἐστίν. ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται.* quae descripsit *Aristaenetus* lib. I. ep. I. Illud tamen diffiteri non possum, *ῥῆσιν* hanc nimis mihi videri argutam et Sophisticam. Altera quam addit *Alciphron* de Charisin in vultu tripudiantibus, multo elegantior est, et naturali simplicitate venustior: de qua videri potest Cel. *Schraderus* ad *Mus.* v. 63. *Strato* in Anthol. inedita:

Ψευδέα μυθίζουσι, Θεοκλέες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν
Αἱ Χάριτες, τρισσαὶ δ' εἰσὶ κατ' Ὀρχόμενον.
Πεντάκι γὰρ δέκα σεῖο περισκιρτῶσι πρόσωπα
Τοξοβόλοι ψυχέων ἅρπαγες ἀλλοτρίων.

Libr. III. ep. 9. *Συγκατῆλθεν εἰς τὴν ὀπὴν τῆς γῆς. ἐντεῦθεν ἀνελκῦσαι βιαζομένη τὸ λαγώδιον καὶ θραύει τοῖν προσθίοιν ποδοῖν τὸν ἕτερον.* *Berglerus* pro *καὶ θραύει* legit *καταθραύει*. Nihil mutandum, sed locus hoc modo distinguendus: *Συγκατῆλθεν εἰς τὴν ὀπὴν τῆς γῆς, ἐντεῦθεν ἀνελκῦσαι βιαζομένη τὸ λαγώδιον. καὶ θραύει τοῖν προσθίοιν ποδοῖν τὸν ἕτερον.*

Libr. III. ep. 29. *Ἠπιστάμην σε ὦ Ἀνθοφορίων ἁπλοϊκὸν*

ἄνθρωπον, καὶ αὐτοχρήματον ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροικίζοντα. Ita in Ms. Caesareo, pro quo in Vatic. male ἀθλοχρήματον. Eruditissimus *Berglerus* edidit αὐτόχρημα deleto τον. Verum ne litera perdita castigandum: καὶ αὐτόχρημα τὸν ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροικίζοντα. Singularem enim em- (97)
phasin hic habet articulus, quae rectius percipi, quam verbis exprimi potest.

Libr. III. ep. 34. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἀθήνησι μεσοπλούτων Φείδωνός τέ εἰσι καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι. Vocem μεσοπλούτους *Berglerus* reddit *mediocriter divites*, quam forte explicationem quis defendat ex *Hesychio*: Διάμεσοι. οὕτως ἐλέγοντο παρὰ Ἀθηναίοις, οἱ μέσοι τῶν πλουσίων καὶ πενήτων. Equidem accedo *Arnaldo* Obs. Misc. Vol. V. t. II. p. 290. locum corruptum judicanti. Verum ejusdem juvenis doctissimi conjectura μέστων πλούτου infelicissima est. Reponenda vox *Alciphroni* familiaris, et prope ad μεσοπλούτων accedens, νεοπλούτων. Ita lib. I. ep. 35. Κρεῖττον γὰρ ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ Προποντίδος νεόπλουτον. lib. III. ep. 8. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀπὸ Σκίρου λαβοῦσι Κλυμένην τὴν ἑταῖραν ἄγειν παρὰ τὸν νεόπλουτον, τὸν Θηριππίδην. ep. 47. Νεόπλουτος ἐπανελήλυθα. *Eunapius* in *Libanio* p. 173. δεσποίνῃ νεοπλούτῳ. *Cratinus* apud *Stephanum Byzant.* voc. Δούλων.

Ἔς τε πόλιν δούλων ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων.

Ad rem ipsam quod attinet, confer lib. I. ep. 31. et lib. III. ep. 65.

Libr. III. ep. 58. Ἁπλοϊκὸς γὰρ καὶ γυναῖος ὁ Ἰλιεὺς στρατιώτης ὁ βόσκων ἡμᾶς. τὰ νῦν δὲ ταῦτα, καὶ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ ζηλοτυπεῖν τὰς ἑορτάς, ὡς πρώην λόγου ῥυέντος αὐτῷ ἐπὶ τοῦ συμποσίου πολλὴν κατέχεε βλασφημίαν τῶν τὰ τοιαῦτα ὑπομενόντων. *Berglerus* in versione reddidit, quasi esset τοὺς ἐρῶντας. Verum hoc admitti nequit. Lepidus profecto et jocularis est librariorum error, qui pro meretriculis festa nobis exhibuerunt, voce βλασφημίας decepti. Ab *Alciphrone* enim profectum est: ἀπέχει τοῦ ζηλοτυπεῖν τὰς ἑταίρας. quod sequentia probant, ἔλεγεν γὰρ γαμεταῖς ἐπικλή- (98)
ροις οἰκουρίας πρέπειν καὶ τὸν σεμνὸν βίον. τὰς ἑταίρας δὲ δεῖ εἶναι πάντων ἀναφανδὸν καὶ πᾶσιν ἐκκεῖσθαι τοῖς βουλομένοις.

Alciphroni comitem demus alium epistolarum scriptorem *Aristaenetum*, in quo etiamnum post nuperrimam hominis diligentissimi *Fr. Lud. Abreschii* curam plurima supersunt loca male adfecta. Nos nunc quidem emendationum τετράδα dabimus.

Lib. I. ep. 3. p. 8. Μήλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῖς ὕδασι διανηχομένου, τῇ χειρὶ κατεδεξάμην, τοῦτο εἶναι νομίσας

τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μασθόν. Reponendum: *τῇ χειρὶ κατεδραξάμην. Euripides* Cyclop. v. 168. et seqq.

Ἵν' ἐστὶ τουτὶ τοὐρθὸν ἐξανιστάναι
Μαστοῦ τε δραγμὸς καὶ παρεσκευασμένου
Ψαύειν χεροῖν λειμῶνος, ὀρχηστύς θ' ἅμα.

Cujus loci venustatem unus percepit *Florens Christianus.* Versum 168. eximie illustrat *Marci Argentarii* epigramma *ἀνέκδοτον εἰς Λυσιδίκην*:

Αἶρε τὰ δίκτυα ταῦτα κακόσχολε, μηδ' ἐπίτηδες
Ἰσχίον ἐρχομένη σύστροφε Λυσιδίκη.
Οὔ σε περισφίγγει λεπτὸς στολιδώμασι πέπλος,
Πάντα δέ σου βλέπεται γυμνὰ, καὶ οὐ βλέπεται.
Εἰ τόδε σοι χαρίεν καταφαίνεται, αὐτὸς ὁμοίως
Ὀρθὸν ἔχων βύσσῳ τοῦτο περισκεπάσω.

Videtur in ambigua vocis *βύσσος* significatione lusisse poëta, qua et subuculam byssinam, et *τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον* denotat. Vide notas ad *Hesychium* v. *Βύττος.*

Lib. I. ep. 10. p. 25. *Εἴθε ὦ δένδρα καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον Κυδίππη καλή. ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα,*
(99) *ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν.* Eleganter observavit *Mercerus, Aristaenetum* haec desumsisse e *Callimachi* Cydippe, fragm. Bentl. CI.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φορεῖτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Ita eximie restituit Bentlejus: nec dubitandum, quin vir magnus, si *Aristaeneti* locus ipsi fuisset ad manum, eadem opera aliud etiam vitium, quod superest, sustulisset. Emendandum quippe:

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖς κεκολαμμένα τόσσα φορεῖτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Verbum *κολάπτειν* hac in re proprium est. *Hesychius: Ἐκκεκολαμμένα. γεγλυμμένα. Κεκολαμμένη. γεγλυμμένη.* ubi vide notas. *Glaucus* Anthol. lib. I. cap. 58. ep. I. v. 3. 4.

Ναὶ ναὶ, Πὰν συρικτὰ, καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν
Σοί τι κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε λέγειν.

Plura, imo omnia fere, ex hoc *Callimachi* poëmatio desumsisse videtur *Aristaenetus:* et hoc fonte detecto, nonnulla fragmenta satis probabili ratione possemus ad *Callimachi* Cydippen referre. Sed nunc tantum ea dabimus, quae certa opinamur. Ita fragmentum Bentl. XXVI.

Ἀγρόθι ποι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.

Aristaenetum in hac epistola expressisse notavit *Cl. Ruhnkenius* Epist. crit. II. p. 43. Itaque omnino referendum est ad Cydippen, licet *scholiastes Sophoclis* ad Antigonen p. 216.

e libris *αἰτίων* desumtum scribat: sed aut memoria *scholiasten* fefellit, aut certe nonnulla ex ipsius verbis perierunt. Paulo majoris momenti est, *Aristaenetum* epistolae hujus verbis: *ὦ δυστυχὴς ἐγώ. τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον;* confirmare egregiam *Bentleji* emendationem fragm. CCXXIX. (100)

Αἶρος ἐγώ, τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον;

Apud *Hesychium* v. *Λειριόεντα* legitur: *τὸ δὲ λῖρος ὃ δηλοῖ ἀναιδῆ διὰ τοῦ ῖ. Καλλίμαχος· Λῖρος ἐγὼ τίδεσ' ὅταν δὲ ἐπέθηκα φόβον.* Pertinet igitur et hoc fragmentum ad Cydippen.

Libr. I. ep. 10. p. 27. *Ἅπαντα δ' οὖν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ. καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι, οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης.* Levis macula virorum eruditissimorum aciem effugit. Quomodo enim Acontio, cum nondum Cydippes suae florem delibasset, nox illa brevis potuit videri? Scribe: *οὔτε νύκτα βραδυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης.* Ita posteriora respondent prioribus. *Claudianus* de nupt. Honor. et Mar. v. 14.

Incusat spes aegra moras, longique videntur
Stare dies segnemque rotam non flectere Phoebe.

Libr. II. ep. 18. cujus inscriptio est: *Περὶ προαγωγοῦ, πρὸς ἐραστὴν μαγγανείαν πλασαμένου.* haec leguntur verba: *Συνῆκε τοῦ μειρακίου τὴν ὑπόνοιαν ἡ γυνή ὡς πολλὴν ἔχουσα τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν.. *. *. *. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐχ ὡς προαγωγὸς τῷ ποθοῦντι προσῆλθεν, ἀλλά τις εἶναι τῶν περιέργων ἐδόκει.* Locum asterisco notavit elegantissimus *Mercerus*, omnino aliquid deesse judicans. Et fieri potuit, ut nonnulla interciderint. Mihi tamen potius omnia jungenda et hoc modo refingenda videntur: (101) *ὡς πολλὴν ἔχουσα τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν· ὁ γοῦν μαστρωπὸς οὐχ ὡς προαγωγὸς τῷ ποθοῦντι προσῆλθεν* etc. Quod dedi *μαστρωπός*, (sive *μαστροπός*, hanc enim veriorem scripturam putem,) dubio caret. Vid. *Hesych.* v. *Aristaenetus* libr. I. ep. 13. p. 35. *Τὸν αἰτούμενον ἐξ ἰατροῦ μεταβάλλειν εἰς μαστροπὸν μοιχείας.* Epist. 22. p. 54. loco plane huic nostro simili. *Αὕτη οὖν συμβουλεύεται τῇ Δωρίδι· ἅβρα δὲ καὶ μαστρωπὸς τῆς Γλυκέρας ἡ Δωρίς. Ὅτε τοίνυν ἱκανῶς αὐταῖς εἶχε τὸ σκέμμα, ἡ προαγωγός, ὡς ἐφ' ἕτερόν τι προῆλθεν.* etc. et libr. II. ep. 19. quae hunc titulum habet: *Γυνὴ προπαρασκευάζουσα προαγωγὸν αὐτῇ τὴν θεραπαινίδα γενέσθαι. Ὅρα πρὸς Διός, ὅπως γυνή τις ἠρέμα προτρέπει μαστροπὸν αὐτῆς γενέσθαι τὴν δούλην. Libanius* Progymn. tom. I. p. 135. C. *Πολλοὶ δὲ οἱ γάμους ἀδικοῦντες, ἔχοντες εἰς τὰ τοιαῦτα διακόνους τὸ τῶν ἀλιτηρίων γένος μαστρωπῶν.* Eleganter *Epicrates* choro, apud *Aelianum* Hist. Anim. libr. XII. c. 10.

Τελέως δέ μ᾽ ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαστροπὸς
Ἐπομνύουσα τὰν Κόραν, τὰν Ἄρτεμιν,
Τὰν Φερσεφάτταν, ὡς δάμαλις, ὡς παρθένος,
Ὡς πῶλος ἀδμής· ἡ δ᾽ ἄρ᾽ ἦν μυωνία.

Ita v. 1. e corruptis codicis Medicei vestigiis *τελείως δ᾽ εὖ με* legendum, pro *τελέως δ᾽ ὑμῖν:* quod litura sanandum existimabat Illustris *Grotius* Excerpt. e Trag. et Com. p. 669.

Lib. II. ep. 19. *Ἦλθεν, ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσασιν· ἐμμελέστερον ἦδεν· ἐκρίθη καλός.* Varie verba: *ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσασιν*, tentarunt viri docti. *Pauwius* conjiciebat *ἀνθήσασαν*; *Abreschius ἀνθήσας*. Utrumque jure displicebat *Valckenaerio* meo, qui reponebat,
(102) *ἦλθεν ἐστεφανωμένος τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσασιν.* Verum pace tanti viri, cui omnia mea me debere gratus agnosco, malim: *Ἦλθεν, ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας. ἀνθίζειν* significat *floribus ornare, cingere, στέφειν ἄνθεσιν,* quemadmodum *ἐπανθίζειν* recte explicat *scholiastes Aeschyli* ad Choëph. v. 148. Desumsit autem sua *Aristaenetus* e *Philostrato* lib. II. Icon. 15. p. 786. *Ἁλουργίδι δὲ στείλας ἑαυτὸν καὶ τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας, ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀριάδνην ὁ Διόνυσος μεθύων τῷ ἔρωτι.*

CAPUT IX.

Orphei Argonautica frequenter emendantur et illustrantur. Βριμὼ terra. Literae Γ et Τ permutatae. Ἐπιήρανος et ἤρανος regem denotant et auxiliatorem. Hesychius tentatus. Ἐν male pro σύν. Apollonius Rh. leviter correctus, et scholiastes notatus. Ἁλιστεφής. Μέλπειν bis restitutum pro πέμπειν. Amor secundum theologiam Orphicam omnia generasse dicitur. Erotianus et Hippocrates correcti. Πηδύειν. Cyzicus Aenei filius. Εὐάγνιστοι λοιβαί. Στρεπτοὶ κάλωες. Ἱστία ἁπλῶσαι. Πείσματα ἀρέσθαι. Q. Calaber leviter emaculatus. Marcus Argentarius in Anthol. emendatus. Οὖρος ἵκμενος Heraclidi de allegor. Hom. redditur.

Malorum quendam thesaurum continere videntur *Orphei* Argonautica. De quorum auctore, aetate et indole cum nuper accurate et eleganter disputaverit Cl. *Ruhnkenius* ep. crit. (103)
II. non necesse est quicquam amplius afferri. Periculum potius faciamus, num aliquot monstra ex iis profligare queamus.

v. 17. 18.

Βριμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ' ἔργ' ἀΐδηλα
Γιγάντων, οἳ λυγρὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἐστάξαντο
Σπέρμα. — — — — — —

De *Brimo* videndus *Guil. Canterus* Nov. lect. l. I. c. 6. Recte eam hoc loco pro *terra* accipit *Eschenbachius*, licet dubitans, an *terra* unquam hoc nomine appellata sit. Sed discere poterat a *Tzetze* ad *Hesiod.* Ἔργ. v. 144. *Βριμὼ δὲ καὶ Ὀβριμὼ κυρίως ἡ Περσεφόνη, ἤγουν ἡ γῆ, καὶ ὁ θάνατος καλεῖται.* v. 18. cum prima in *Γίγας* semper corripiatur, emendandum videtur:

Βριμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ' ἔργ' ἀΐδηλα
Τιτάνων. — — — — — —

Errori ansam dedit, vel v. 427.

Καὶ Βριμοῦς, Βάκχοιο, Γιγάντων τ' ἔργ' ἀΐδηλα.

vel similitudo litterarum *Γ* et *T*, ut supra v. 11.

Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἄκη, μετὰ δ' ὄργια μύσταις.

ubi scribendum:

Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἄκη μεγάλ', ὄργια μύσταις.

Vid. v. 38. Similiter v. 467. pro *μετὰ* lege:

(104) *Ἥρωες· μέγα γάρ σφιν ὀφέλσιμον ἀνθρώποισιν.*

v. 27.

Θεσμοφόρος θ' ὥς ἦν, ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων.

Prius versiculi membrum quin sit corruptissimum, non est ambigendum. Forte non onge a vero aberrabimus, si legendum dixerimus:

Θεσμοφόρον θ' ὁσίην ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων.

v. 82—88.

Ἀλλὰ φίλος πρόφρων μ' ὑποδέχνυσο, καὶ κλύε μῦθον
Μειλιχίαις ἀκοαῖς, καὶ λισσομένῳ ὑπάκουσον,
Ἀξείνου πόντοιο μυχοὺς καὶ Φᾶσιν ἐραννὸν
Νηῒ σὺν Ἀργώῃ πελάσαι δεῖξαι τε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραποὺς ἐπιήρατον ἡρώεσσιν,
Οἵ ῥα τεὴν μίμνουσι χέλυν καὶ θέσκελον ὀμφήν,
Ἐλδόμενοι ξυνῶν πελάγει σ' ἐπαρηγόνα μόχθων.

Recte eruditissimus *Heringa* Obs. c. X. p. 79. pro *ἐρυμνὸν* v. 84. restituit *ἐραννόν*. v. 85. scio qua machina defendi possit *δεῖξαι*. Orpheo enim suo omnia tribuit auctor, quem ad nauseam usque extollit. Sed haec non impedient, quo minus corrigendum censeam.

Ἀλλὰ φίλος πρόφρων μ' ὑποδέχνυσο, καὶ κλύε μῦθον
Μειλιχίαις ἀκοαῖς, καὶ λισσομένῳ ὑπάκουσον,
Ἀξείνου πόντοιο μυχοὺς καὶ Φᾶσιν ἐραννὸν
Νηῒ σὺν Ἀργώῃ πελάσαι θέλξαι τε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραποὺς ἐπιήρανον ἡρώεσσιν.

(105) Omnia pendent a verbo *ὑπάκουσον* v. 83. Orpheus quemadmodum sylvas, montes, feras, alia, lyra sua demulsisse narratur, ita et ipsum mare. *Philostratus* junior Icon. XV. p. 832. *Βοσπόρου καὶ Συμπληγάδων ἡ Ἀργὼ διεκπλεύσασα, μέσον ἤδη τέμνει τὸ ῥόθιον τοῦ πόντου. καὶ θέλγει τὴν θάλατταν Ὀρφεὺς ᾄδων, ἡ δὲ ἀκούει καὶ ὑπὸ τῇ ᾠδῇ κεῖται ὁ πόντος.* Verum quicquid de illo sit, alterum *ἐπιήρανος* certum est. Est illa vox non admodum frequens, proba tamen et antiqua. *Hesychius: Ἐπιήρανα. ἐπικουρητικὰ τῆς ψυχῆς ἢ ποδῶν· ἐπιήρανα θυμῷ ποδάνιπτρα. ἐπίηρος. ἐπίκουρος. ἐπιθυμητής. Ἐπίηρος. βοηθός. χάριν ἀποδιδούς.* ubi pro priore *ἐπίηρος* corrigendum videtur: *ἐπιήρανος.* Infra idem: *Ἠρανέων. βοηθῶν. χαριζόμενος.* Locus *scholiastae Homeri* a Cel. *Albertio* citatus adscribi meretur Il. *Δ.* v. 419. *ὁ ἤρανος* (*δηλοῖ*) *τὸν κοίρανον, καὶ τὸν ἐπίκουρον. καὶ τὸ ἠρανεῖν. ἐπικουρεῖν καὶ χαρίσασθαι.* *Scholiastes Apollon. Rh.* ad lib. II. v. 515. *μήλων ἤρανον* explicat: *τῶν ποιμνίων προστάτην.* Videndi praeterea *Suidas*, *Etymologus*, et *Hesychius* voce *Ἤρανος.*

Conf. idem v. Ἥρα, χάριν. βοήθειαν. ἐπικουρίαν. et notae. Simplex ἥρανος bis adhibuit *Hermesianax* apud *Athen.* lib. XIII. p. 597. D. v. 16. χαρίτων ἥρανος. et 22. ἥρανος ἱστορίης. Compositum ἐπιήρανος usurpavit ipse *Orpheus* Argon. v. 96.

Ὄφρα κεν εἰς Κόλχους Μινύαις ἐπιήρανος ἔλθω.
Ut Colchos proficiscar Minyarum auxiliator.

Pessime interpres reddit: *Ut in Colchos Minyis exoptatus proficiscar.* Comparandus v. 52.

Λισσόμενός μ' ἐπίκουρον ἑοῦ νόστοιο γενέσθαι.

Vide etiam v. 88. et *Apollon. Rh.* lib. I. v. 32. Similiter (106)
fere v. 821. erravit interpres; sed locus emendationis indiget:

Οὐδὲ λεὼν σκήπτροισιν ἐπήρανον ἡμετέροισι
Κόλχων, οἵ κεν Ἄρηϊ δορυσσόοι εἰσὶν ἀτειρεῖς.

Refingendum:

Οὐδὲ λεὼν σκήπτροις ἐπιήρανον ἡμετέροισι
Κόλχων, οἵ κεν Ἄρηϊ δορυσσόῳ εἰσὶν ἀτειρεῖς.

Verum non tantum *Orphei* interpres, quod non adeo mireris, sed et alii ad hunc scopulum offenderunt. *Nonnus* Dionys. libr. II. p. 82. v. 10.

— — — *Ἐπεὶ νοτίην χθόνα Κηφεὺς*
Νάσσατο Κηφήνων ἐπιήρανος Αἰθιοπήων.

Reddunt, *gratus Aethiopibus*, cum debuissent, *rex Aethiopum.* Lib. XI. p. 314. v. ult. Diana vocatur ὅλης ἐπιήρανος ἄγρης, *solius jucunda venationis:* Verte: *totius regina venationis.* Recte *Dalechampius* locum *Ionis Chii* interpretatus est apud *Athen.* lib. X. p. 447. F.

Τοῦ σὺ, πάτερ Διόνυσε, φιλοστεφάνοισιν ἀρέσκων
Ἀνδράσιν, εὐθύμων συμποσίων πρύτανι;
Χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα, καλῶν ἐπιήρανε ἔργων,
Πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Conf. *Casaubonus* Animadv. ad *Athen.* l. I. c. 5. p. 19.

v. 121. 122. (107)

Θεσπεσιέων δ' ὅγε τῆμος ἐφ' ὕδασι, Τελμισσοῖο
Ἄγχουρος λαοῖσι, φαεσσίῤῥειθρον ἄμειβεν.

Locum monstrose corruptum sic restituere conabatur *Eschenbachius:*

Θεσπεσιέων δ' ὅγε τῆμος ἐφ' ὕδασι (Τευμησσοῖο
Ἄγχουρος λαοῖς) Σιφαῖον ῥεῖθρον ἄμειβεν.

Partim recte, partim secus. Castigandum opinor:

Θεσπεσιέων δ' ὅγε τῆμος ἐφ' ὕδασι Τευμησσοῖο
Ἄγχουρος λαοῖς Σιφάεσι ῥεῖθρον ἄμειβεν.

Apollonius Rhod. l. I. v. 106. ab *Eschenbachio* etiam citatus:

Τῖφυς δ' Ἁγνιάδης Σιφάεα κάλλιπε δῆμον
Θεσπεσιέων. — — — — —

v. 153.

Ἐν δὲ Περικλύμενος Νηλήϊος εἰςαφίκανεν.

Leve quidem est, sed observatu tamen non indignum, scribi debere:

Σὺν δὲ Περικλύμενος Νηλήϊος εἰςαφίκανεν.

Eodem modo v. 207. pro

Ἐν δὲ Παλαιμόνιος Λέρνου νόθος ἤλυθεν υἱός.

Corrigendum:

(108) *Σὺν δὲ Παλαιμόνιος Λέρνου νόθος ἤλυθεν υἱός.*

Simile vitium fraudi fuit perdocto *Apollonii Rhodii scholiastae* ad lib. I. v. 494.

Αὐτός τ' Αἰσονίδης κατερήτυεν. ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς
Λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς.

Ubi *scholiastes* notat: περιττὴ δὲ ἡ ἀνά· τὸ γὰρ ἑξῆς, καὶ Ὀρφεὺς δέ· εἰ μὴ ὅτι ἐκ τῆς ἀνὰ τὸ ἀναστὰς λέγει. ἀναστὰς δὲ καὶ ὁ Ὀρφεύς. Nugae! Ab *Apollonii* manu est:

Αὐτός τ' Αἰσονίδης κατερήτυε. σὺν δὲ καὶ Ὀρφεὺς
Λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς.

v. 175. 176.

Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς
Ἐν φθιτοῖσιν ἔτευξ', Ἀσκληπιοῖο εἵνεκα λώβης.

Metrum postulat, ut scribamus:

Ἐν φθιμένοισιν ἔτευξ' Ἀσκληπιοῦ εἵνεκα λώβης.

ut v. 172.

Ζῶόν τ' ἐν φθιμένοισι μολεῖν ὑπὸ κεύθεα γαίης.

v. 184.

Αἴγιν', ἐν κροκαλῇσιν ἁλιστρεφέος Σαλαμῖνος.

Literula deleta reponendum:

Αἴγιν' ἐν κροκαλῇσιν ἁλιστεφέος Σαλαμῖνος.

Ita v. 143.

Ἤλυθεν, ὃς Γύρτωνος ἁλιστεφὲς ἔκτισεν ἄστυ.

(109) v. 1206.

Λυκαῖον ποτὶ χέρσον ἁλιστεφέας τε Θεράπνας.

Alexander apud *Stephanum Byz.* voc. Ταπροβάνη.

Νῆσος τετράπλευρος, ἁλιστέφανος Ταπροβάνη.

Musaeus v. 49.

Ὅσσοι ναιετάεσκον ἁλιστεφέων σφυρὰ νήσων.

Ubi in nonnullis editionibus male legitur ἁλιστρεφέων. Confer ad eum locum Cl. *Schraderum.*

v. 417—423.

Αὐτὰρ ἔγωγε μετ' αὐτὸν ἑλὼν φόρμιγγα λιγεῖαν
Ἐκ στόματος μελίγηρυν ἱεὶς ἀνέπεμπον ἀοιδήν·
Πρῶτα μὲν ἀρχαίου χάεος μελανήφατον ὕμνον,
Ὡς ἐπάμειψε φύσεις, ὥστ' οὐρανὸς ἐς πέρας ἦλθε,
Γῆς τ' εὐρυστέρνου γένεσιν πυθμένα τε θαλάσσης·

Πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν ἔρωτα,
Ὅσσα τ' ἔφυσεν ἅπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Ex his nullus pene versus est, qui non aliquam labem contraxerit. Verum omnes abstergentur maculae, et pristinum locus recuperabit splendorem, scribendo:

Αὐτὰρ ἔγωγε μετ' αὐτὸν ἑλὼν φόρμιγγα λιγείαν
Ἐκ στόματος μελίγηρυν ἱεὶς ἀ ν έ μ ε λ π ο ν ἀοιδήν·
Πρῶτα μὲν ἀρχαίου χάεος μ ε γ α λ ή φ α τ ο ν ὕμνον,
Ὡς ἐπάμειψε φύσεις, ὥστ' οὐρανὸς ἐς πέρας ἦλθε,
Γῆς τ' εὐρυστέρνου γένεσις πυθμήν τε θαλάσσης.
Πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν ἔρωτα.
Ὅς ῥ α τ' ἔφυσεν ἅπαντα, διέκρινε ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

v. 421. ita ad *Silium Italicum* l. XI. v. 456. correxerat *Dan.* (111)
Heinsius. Quod dedi v. 418. ἀνέμελπον, eximie confirmat ipse *Orpheus* v. 72.

Ὄφρα κέ τοι μέλπων προχέω μελίγηρυν ἀοιδήν.

Conf. v. 426. *Marcus Argentarius* Anthol. lib. I. cap. 60. ep. 1. v. 6.

Μέλπε, λιγὺν προχέων ἐκ στόματος κέλαδον.

Pamphilus ibid. ep. 18. v. 2.

Ἡδείαν μέλπων ἐκπροχέεις ἰαχάν.

Eadem medela v. 1000. 1001. adhibenda est:

Κλάγξα δ' ἄρ' ἐξ ὑπάτης χέλυος κ α ρ υ η χ έ α φωνήν,
Σιγαλέως ἄφθεγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι π έ μ π ω ν.

Emendandum:

Κλάγξα δ' ἄρ' ἐξ ὑπάτης χέλυος β α ρ υ η χ έ α φωνήν,
Σιγαλέως ἄφθεγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι μ έ λ π ω ν.

De voce βαρυηχὴς videri potest V. D. in Obs. miscc. vol. IV. p. 216. v. 419. Μεγαλήφατον recte, puto, substitui pro μελανήφατον. Quod v. 423. revocavi ὅς ῥα, certissimum est: nam secundum theologiam Orphicam omnia primum ab Amore fuere creata. Vid. v. 14. et seqq. *Oppianus* Hal. IV. v. 23—28.

Εἴτ' οὖν ἐν μακάρεσσι παλαίτατος ἐσσὶ γενέθλη (110)
Ἐκ χάεος δ' ἀνέτειλας ἀμειδέος, ὀξέϊ πυρσῷ
Λαμπόμενος· πρῶτος δὲ γάμων ἐζεύξαο θεσμούς,
Πρῶτος δ' εὐναίοις ἀρότοις ἐπεθήκαο τέκμωρ.
Εἴτε σε καὶ πτερύγεσσιν ἀειρόμενον θεὸν ὄρνιν
Τίκτε Πάφου μεδέουσα πολυφράδμων Ἀφροδίτη.

v. 440—442.

Τῖφυς δ' εἰσεπέρησε νεὼς ἄπο, καί ῥ' ἐκέλευσεν
Ὦκα παρὰ Μινύαισιν· ἐγὼ δ' ἄμπαυον ἀοιδῆς.
Οἱ δὲ θοῶς ἤγερθεν, ἔ ν τ υ ν ε δὲ τεύχε' ἕκαστος.

Duo posteriores versus in mendo cubant: sed facilis medicina in promtu est:

Τῖφυς δ' εἰσεπέρησε νεὼς ἄπο, καί ῥ' ἐκέλευσεν
Ὦκα περᾶν Μινύαισιν· ἐγὼ δ' ἄμπαυον ἀοιδῆς.
Οἱ δὲ θοῶς ἤγερθεν, ἔδυνε δὲ τεύχε' ἕκαστος.

Ipse *Orpheus* v. 649.

— — — *Τῖφυς δ' ἐγεγώνει*
Νῆος ἔσω περάαν. — — —

Apollon. Rh. l. I. v. 522.

Δὴ τότ' ἀνέγρετο Τῖφυς· ἄφαρ δ' ὀρόθυνεν ἑταίρους
Βαινεμέναι τ' ἐπὶ νῆα, καὶ ἀρτύνασθαι ἐρετμά.

et v. 1274—76.

— *Πνοιαὶ δὲ κατήλυθον. ὦκα δὲ Τῖφυς*
Ἐσβαίνειν ὀρόθυνεν ἐπαύρεσθαί τ' ἀνέμοιο.
Οἱ δ' εἴσβαινον ἄφαρ λελιημένοι. —

Alterum *ἔδυνε*, si exemplis confirmarem, vererer ne mala
(112) sedulitate chartam perdidisse dicerer. Vide tantum v. 517.

Ἐς μόθον ὁρμαίνοντες ἀρήϊα τεύχε' ἔδυνον.

Obiter opem feramus *Erotiano*, et ex ipso *Hippocrati. Erotiani* glossa haec est: *Ἐπέδυεν. ἐπεδιέῤῥει καὶ διεπήδα.* Recte Cl. *Heringa* Obs. p. 112. sedem glossae detexisse videtur in *Hippocratis* Epid. l. V. p. 1146. E. *καὶ ἐδόκεε τὸ ὀστέον οὐχ ὑγιὲς εἶναι. καὶ ἐπήδα ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα.* Sed viri docti conjectura *ἐπέδυ* ab *ἐπιδῦμι* legentis minime placet. Castigandum et in *Erotiano* et in *Hippocrate*, *ἐπίδυεν*, sive quod idem est, *ἐπήδυεν. Nicander* Theriac. v. 302.

Αἷμα δι' ἐκ ῥινῶν τε καὶ αὐχένος ἠδὲ καὶ ὤτων
Πηδύεται. — — — — — — —

v. 520 — 522.

Οὓς τοι ἐπειγομένους κτεῖνεν Διὸς ἄλκιμος υἱός,
Τόξῳ ὀϊστεύων. σὺν δ' αὖ νέον ὤλεσε παῖδα
Κύζικον, οὔτι ἑκὼν ἀλλ' ἀφραδίῃσι πεδηθείς.

Quomodo Cyzicus, qui uxorem dudum duxerat, *παῖς νέος* dici queat, nec ego video, nec alii forte mecum. Scripserat poëta:

Τόξῳ ὀϊστεύων. σὺν δ' Αἴνεος ὤλεσε παῖδα
Κύζικον. — — — — — —

Aeneus fuit pater Cyzici. ita v. 500.

Αἰνῆος φίλος υἱός. — — ..

(113) *Apollon. Rhod.* lib. I. v. 947.

Ἄνερες· ἐν δ' ἥρως Αἰνήϊος υἱὸς ἄνασσε
Κύζικος. — — — — — —

v. 1055. *Αἰνήϊον υἷα — Κύζικον.*

v. 578—581.

— — — *Πηλῆϊ δ' ἔδωκε*
Θάσσοντι σταδίοισι ποδωκείης ἕνεκα σφῆς,
Χλαῖναν φοινικέην, πολυδαίδαλον ἔργον Ἀθήνης.

Αὐτὰρ παγκρατίοιο δόκεν γέρας Ἡρακλῆϊ.

Hi versus ita sunt refingendi:

— — — *Πηλῆϊ δ' ἔδωκε*
Θάσσονι ἐν σταδίοισι, ποδωκείης ἕνεκα σφῆς
Χλαῖναν φοινικέην, πολυδαίδαλον ἔργον Ἀθήνης.
Αὐτὰρ παγκρατίοιο πόρεν γέρας Ἡρακλῆϊ.

v. 599 — 602.

Καὶ τότε δὴ βασιλῆες ὀνειροπόλον διὰ πύστιν,
Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον, καὶ Δίνδυμον ἀκρώρειαν,
Ὄφρα κε μειλίξαιντο εὐοινίστοις ἐπὶ λοιβαῖς
Ῥείην πρεσβυγενῆ, θυμὸν δ' ἀλέαιντο ἀνάσσης.

Vir Summus *P. Wesselingius* Probab. c. IX. p. 79. pro *ἀκρώρειαν* v. 600. vel legendum esse *ἄκρον ὄρουσαν* conjiciebat, vel verbum *eundi* intelligi existimabat. Si a tanto viro dissentire liceat, ego versum inter v. 599. et 600. excidisse putem. Plures in Orpheo observavi locos, ubi versiculus periit, et in quibus tentandis viri etiam eruditissimi frustra fuere. Qua de re forte infra nonnulla monebimus. v. 601. *λοιβαὶ εὐοίνιστοι* diu vitii suspicionem moverunt *Dorvillio* in Vanno crit. p. 379. Forte codex aliquando confirmabit conjecturam (114) nostram:

Ὄφρα κε μειλίξαιντ' εὐαγνίστοις ἐπὶ λοιβαῖς.

Apollon. Rh. l. I. v. 1140.

Ἡ δέ που εὐαγέεσσιν ἐπὶ φρένα θῆκε θυηλαῖς
Ἀνταίη δαίμων. — — — — — —

Lib. II. v. 717.

Λοιβαῖς εὐαγέεσσιν ἐπώμοσαν, ἦ μὲν ἀρήξειν.

Ejusdem formae, cujus *εὐάγνιστος*, est vocabulum *ἀνάγνιστος*, quod adhibuit *Orpheus* v. 1229.

v. 621 — 626.

Ἀπροφάτως δ' ἀπὸ γῆς λεπτοὶ λύοντο κάλωες,
Πείσματα δ' ἠπλώθη· κραιπνὸν δ' ἀπὸ Δινδύμου ἄκρης
Ἴκμενον οὖρον ἐφῆκε Ῥέη λιπαροκρήδεμνος.
Ἡμεῖς δ' αὖτ' ἐπὶ νηῒ γεράσμια πέμπομεν ἱρά,
Βωμὸν ἐπιστέψαντες ἐπεσσομένοισι πυθέσθαι
Πεισματίην, ὅτι πείσματ' ἐεργομένης λύθεν Ἀργοῦς.

Primum locum, quemadmodum corrigendum opinor, adscribam: dein singularum correctionum reddam rationes. Scribo:

Ἀπροφάτως δ' ἀπὸ γῆς στρεπτοὶ λύοντο κάλωες,
Ἱστία δ' ἠπλώθη· κραιπνὸν δ' ἀπὸ Δινδύμου ἄκρης
Ἴκμενον οὖρον ἀφῆκε Ῥεὴ λιπαροκρήδεμνος.
Ἡμεῖς δ' αὖτ' ἐπὶ θῖνι γεράσμια πέμπομεν ἱρά,
Βωμὸν ἐπιστέψαντες ἐπεσσομένοισι πυθέσθαι
Πεισματίην, ὅτι πείσματ' ἐεργομένης λύθεν Ἀργοῦς.

(115) v. 621. pro λεπτοὶ κάλωες etiam conjici posset πλεκτοὶ κάλωες. *Eurip.* Hipp. v. 762.

— — Ἐπ' ἀκταῖς ἐκδήσαντο
Πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχάς.

Conf. Troad. v. 129. Sed alterum praestat, mea sententia. *Orph.* v. 237.

Δουρατέαισι φάλαγξι καὶ εὐστρέπτοισι κάλωσι.

v. 1092. et 1094.

— — Πολυστρέπτοισι κάλωσι.

v. 622. paulo quidem violentior est medicina nostra, necessaria tamen. Πείσματα homini debentur sciolo, qui v. 626. βωμὸν πεισματίην legerat. Rudentes nunquam dici possunt ἁπλωθῆναι, *expandi*, quod velis proprium est. Causam dicat ipse *Orpheus* v. 358.

Ἱστία δ' ἁπλῶσαι, λιμένων δ' ἐκ π ε ί σ μ α τ α θ έ σ θ α ι.

Sed res mihi cum Hydra Lernaea videtur esse: quo enim plura errorum capita amputo, eo plura subinde subnascuntur. In. v. laudato lege:

Ἱστία δ' ἁπλῶσαι, λιμένων δ' ἐκ π ε ί σ μ α τ' ἀ ρ έ σ θ α ι.

Ita v. 553.

Πείσματα δ' ἀράμενοι, τότε δὴ μνώεσθε πλόοιο.

Q. Calaber libr. IX. v. 434.

(116) Πείσμαθ' ὁμῶς εὐνῇσιν ἐϋγνάμπτῃσιν ἄειραν.

Sic ibi scribendum, pro πεῖσμα θοῶς. Comparandus *Orpheus* v. 1341.

Ἐκ δ' ἔλαχ' Αἰσονίδης ἄλοχον Μήδειαν ἄγεσθαι
Ἀλκινόου· τοὶ δ' ὦκα λύοντ' ἐκ πείσματα ν η ό ς.

Verum nec hic inoffenso pede procedere licet. Reponendum:

Ἀλκινόου· τοὶ δ' ὦκα λύοντ' ἐκ πείσματα ν ή σ ο υ.

Sic. v. 1239.

Καὶ τότε λυσάμενοι κείνης ἀπὸ πείσματα νήσου.

Apollon. Rhod. l. I. v. 1109.

Οἱ δ' ἄρα λυσάμενοι ἱερῆς ἐκ πείσματα πέτρης.

Lib. II. v. 166.

Δὴ τότε λυσάμενοι νεάτης ἐκ πείσματα δάφνης.

Marcus Argentarius Anthol. l. I. c. 56. ep. 6. v. 1.

Λῦσον ἀπ' εὐόρμων δολιχὰ πρυμνήσια ν ή σ ω ν.

Ita emendandum pro ν η ῶ ν. Epitheton εὔορμος nunquam navi tribuitur: verum insulae, quae tutam navibus stationem praebent, rectissime dicuntur εὔορμοι. Vide *Hesychium* v. εὔορμος, et ad eum notas. *Apollon. Rh.* l. IV. v. 900.

Αἰεὶ δ' εὐόρμου δεδοκημέναι ἐκ περιωπῆς.

(117) v. 623. pro ἐφῆκε malim ἀφῆκε. Ἴκμενος οὖρος ex *Homero* notissimus. *Heraclides* de Allegor. Homer. p. 430. Διὰ τοῦτο τὸ ὄρθριον ὁ ἥλιος αὐτοὺς ἐναυστόλησεν, ἱ κ α ν ὸ ν

ἀποστείλας ἄνεμον τὸν ἐκ τῆς ἰκμάδος πνέοντα. Lege ἴκμενον. Denique in loco *Orphei* v. 624. ἐπὶ θῖνι sequentia postulare videntur: aram quippe non in navi, sed in littore collocarunt Argonautae.

v. 704. 705.

Κῦμα δ' ἀνεῤῥόχθησε· βυθὸς δ' ὑποείκαθε νηΐ,
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, διὰ θέσκελον αὐδήν.

Interpres, homo rudis et indoctus, vertit: *abyssusque concessit navi, nostra persuasus cithara.* Pessime. Vel scribendum:

— — — βυθὸς δ' ὑποείκαθε νηΐ,
Ἡμετέρῃ πισύνῳ κιθάρῃ, διὰ θέσκελον αὐδήν.

Quorum hic sensus est: *Et profundum maris concessit navi, confisae nostra cithara.* Vel quod verius putem, totus versus ejiciendus est, inepte repetitus e v. 263.

— — Σπέρχου δ' ἐπὶ Φᾶσιν ἀμείβειν,
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, καὶ θεσκέλῳ ὀμφῇ.

CAPUT X.

(118) *Euripidis Troades et Bacchae aliquoties emaculantur.* Ἶξις *et* Ἦξις. *Hesychius tentatus. Multa, quae e Bacchis citantur, in iis non reperiuntur. Suidae error. Bacchi* στῆλαι. Καταστῆσαι τελετάς. Αἰθύσσειν *et* Ἀΐσσειν *confusa. Hesychius emendatur. Apollonius Rhodius correctus. Bacchus* μηροραφής *et* μηροτραφής. *Versus spurius. Euripides in fragm. et Chariton leviter emendantur.* Ἐγγελᾶν. Τριαινοῦν *et* Συντριαινοῦν. *Alia.*

In *Euripidis* Troasin v. 396.

Καὶ τοῦτ' Ἀχαιῶν ἶξις ἐξεργάζεται.

Olim lectum fuit ἦξις. *Glossarium Ms. Sangermanense* vetustissimum, cujus apographum a se aliquando edendum possidet elegantissimus *Ruhnkenius*: Ἦξις — ἀντὶ τοῦ Ἄφιξις. Εὐριπίδης Τρωάσιν. Utra lectio ab *Euripide* profecta sit, non ausim definire. *Hesychius*: Ἶξις. παρουσία. ἄφιξις. ἱκέτεια. Alterum Ἦξις ipsi reddendum videtur, in Ἤνωρ. ἄρχων. εἰσέλευσις. παρουσία. Restitue glossam, quae exciderat: Ἤνωρ. ἄρχων. ἦξις. εἰσέλευσις. παρουσία. Quod *Kusterus* confert: ἤνορον. ἦλθον. corruptum est ex ἤνθον. ἦλθον.

Troas. v. 640.

Ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα.

(119) *Barnesius* σώφρον' sumit pro σώφρονα, vel cum aliis σώφρος' legendum autumat. Diu correxeram:

Ἃ γὰρ γυναικὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα.

Dein vidi ita hunc versiculum exhibere auctorem tragoediae, quae Christi Patientis nomen praefert, et vulgo *Gregorio Nazianzeno* solet tribui, v. 537., ubi plura ex hac etiam tragoedia non sine aliqua variatione occurrunt.

Troas. v. 730 — 734.

Εἰ γάρ τι λέξεις, ὧν χολώσεται στρατός,
Οὔτ' ἂν ταφείη παῖς ὅδ', οὔτ' οἴκτου τύχοι.
Σιγῶσα δ', εὖτε τὰς τύχας κεκτημένη,
Τὸν τοῦδε νεκρὸν οὐκ ἄθαπτον ἂν λίποις,
Αὐτή τ' Ἀχαιῶν πρευμενεστέρων τύχοις.

Haec ut sibi constent, v. 731. emendandum:

Οὔτ' ἂν ταφείη παῖς ὅδ', οὔτ' οἶκτον τύχοις.
Troas. v. 1030. 1031.
Στεφάνωσον Ἑλλάδ' ἀξίως τήνδε κτανών.
Σαυτοῦ νόμον δὲ τόνδε ταῖς ἄλλαισι θὲς
Γυναιξί, θνήσκειν, ἥτις ἂν προδῷ πόσιν.

Interpres vertit: *Orna Graeciam digne, interfecta hac: Et hanc tuam legem pone aliis mulieribus* etc. Tu distingue:

Στεφάνωσον Ἑλλάδ', ἀξίως τήνδε κτανὼν
Σαυτοῦ· νόμον δὲ — — — —

Et mecum interpretare: *Orna Graeciam, te digne ipsam occidens. Et hanc legem pone* etc. Ita v. 1031.

Μενέλαε, προγόνων ἀξίως, δόμων τε σῶν (120)
Τίσαι δάμαρτα. — — — — —

Andromach. v. 1274. 1275.

Νηρέως γενέθλον χαῖρε, ταῦτα δ' ἀξίως
Σαυτῆς τε ποιεῖς, καὶ τέκνων τῶν ἐκ σέθεν.
Troas. v. 1246. 1247.
Χωρεῖτε, θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβον νεκρῷ,
Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε, νερτέρων στέφη.

Futilis est *Barnesii* nota ad h. l. enallagen casus esse pro *ἄθλιον τύμβῳ νεκρόν*, si vera sit lectio. Tu mecum quantocius refinge:

Χωρεῖτε, θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβῳ νεκρόν.

De quo ne dubites, en! *Gregorii Nazianzeni* locum, ubi hos versus *παρῳδιάζει*, et simul lucem foeneratur, Christ. Pat. v. 1455. 1456.

Χωρεῖτε, θάπτετ' ὀλβίῳ τύμβῳ νεκρόν,
Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε, νερτέρων πέπλα.

Ita enim ibi scribendum pro *γενητέρων* voce nihili.

Pergamus ad Bacchas, quam tragoediam in antiquis libris Penthea appellari notat *Is. Vossius* ad *Catullum* p. 221. Eodem nomine bis citatur a *Stobaeo* in Florilegio. Verum illud observari meretur, nonnulla ex hac citari tragoedia, quae frustra hodie in illa requiruntur. Ita *scholiastes Aristophanis* ad Plutum v. 908. hunc e Bacchis citat versiculum: *Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος,* qui in Bacchis nostris desideratur. *Glossarium Sangermanense* supra memoratum nonnulla habet ex *Euripidis* Bacchis, quae etiam (121)
nostra praeferunt exemplaria; verum simul aliud affert, quod saepius frustra indagavi. *Λελάβημαι ἀντὶ τοῦ εἴλημμαι. Ἡρόδοτος* ς̄. *καὶ* δ̄. *Εὐριπίδης Βάκχαις.* Sed quid faciemus *Suidae* v. *Ἀργάλεον?*

Ἀργάλεον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν.

Εὐριπίδου λόγος Βάκχαις. Verum enim vero is versiculus

est in fragmentis Theognideis 625. Nisi legeretur *Εὐριπίδου λόγος*, referrem haec verba ad praecedentem *Suidae* glossam *'Αρβύλη*, quod vocabulum bis in *Euripidis* Bacchis legere me memini. Nunc malim statuere, versiculum intercidisse, sententiae Theognideae similem, forte versum 480. e Bacchis.

Δόξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων οὐκ εὖ φρονεῖν.

Quicquid tandem illa de re sit, accedamus potius ad nonnullos e Bacchis superstitibus tollendos errores.

Bacch. v. 13 — 24.

Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπελθὼν 'Αραβίαν τ' εὐδαίμονα,
'Ασίαν τε πᾶσαν, ἢ παρ' ἁλμυρὰν ἅλα,
Κεῖται, μιγάσιν, Ἕλλησι, βαρβάροις θ' ὁμοῦ,
Πλήρεις ἔχουσα καλλιπυργώτους πόλεις,
Εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν.
Κἀκεῖ χορεύσας καὶ καταστήσας ἐμὰς
Τελετάς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς.
Πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος
'Ανωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός.

(122) Plures horum versuum in suos usus transtulit *Gregorius Nazianzenus* Christ. Pat. v. 1593. et seqq. quem locum, cum insignes aliquas habeat lectionis varietates, adscribere non piget:

Ὃς τὰς Λυδῶν πανευκλεεῖς λιπὼν πόλεις
Φρυγῶν τε, Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτρεια τείχη, τήνδε δυσχείμων χθόνα
Μήδων παρελθὼν 'Αῤῥάβων τ' εὐδαίμονα
Ἔθνη τὰ μάκραν καὶ σκότῳ βεβυσμένα.
Πᾶσάν τ' 'Ασίαν, ἣν παρ' ἁλμυρὰν ἅλα
Ἕλλησι κεῖσθαί φασι, βαρβάροις θ' ὁμοῦ,
Πλήρεις ἔχουσαν καλλιπυργώτους πόλεις,
Εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθες Ἑβραίων χθόνα.

Sed haec singulatim excutere non vacat. Illud inde liquere videtur, locum *Euripidis* per plurima seculà fuisse corruptum: nisi dicere malis, *Gregorium* versus 21. et 22. rei suae non accommodatos praeteriisse scientem. Certe hi versus loco non suo leguntur, quod vel ineptissimam interpretis versionem inspicienti patebit. Verum versus 20. post hos binos ponendus est, et locus ita scribendus:

Κἀκεῖ χορεύσας καὶ καταστήσας ἐμὰς
Τελετὰς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς,
Εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν·

Πρώτας δὲ Θήβας τάσδε γῆς Ἑλληνίδος
Ἀνωλόλυξα. — — — — — —

Hoc ipsa orationis ἀκολουθία requirit, et confirmat *Apollodorus* Biblioth. libr. III. p. 175. l. 19. ed. *Fabr.* de Baccho: *Διελθὼν δὲ Θρᾴκην καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἅπασαν, στήλας ἐκεῖ στήσας ἧκεν εἰς Θήβας.* Unde facile quis in eam incidere (123) posset suspicionem, apud *Euripidem* pro τελε..ὰς reponendum esse στήλας. Columnarum Bacchi praeter *Strabonem* Geogr. lib. III. p. 259. 260. meminit *Epigrammatarius* Anthol. lib. VI. cap. XII. ep. 33. εἰς ἄγαλμα Διονύσου καὶ Ἡρακλέους.

Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταί,
Κἠκ Ζηνός· θύρσῳ δεινός· ὁ δὲ ῥοπάλῳ.
Ἀμφοῖν δὲ στῆλαι συντέρμονες· εἴκελα δ' ὅπλα,
Νεβρὸς λειοντῆ. κύμβαλα δὲ πλατάγη.

ubi plura suppeditat *Jo. Brodaeus.* Sed vulgata lectio τελετὰς non temere est mutanda: cum Bacchus ibi etiam sacra sua constituerit, et τελετὰς καταστῆσαι aeque bonum sit ac στήλας καταστῆσαι, vel στῆσαι. *Plato* Phaedon. p. 380. F. *Καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι.* *Lucianus* Op. Tom. II. p. 244. [Alexand. c. 38.] *Τελετήν τε γάρ τινα συνίσταται καὶ δᾳδουχίας καὶ ἱεροφαντίας.*

Bacch. v. 50—52.

Δεικνὺς ἐμαυτόν· ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
Ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξόρους Βάκχας ἄγειν
Ζητῇ, συνάψω Μαινάσι στρατηλατῶν.

Interpres verba ἐξόρους ἄγειν reddit, *in exilium vertere. Jo. Brodaeus* ἐξόρους interpretabatur, *nunc absentes*, infeliciter judice *Barnesio.* Verum longe infelicior est ipsius *Barnesii* explicatio, qua pro *extorribus* sumit. Nec verum est, quod monet, Bacchum quatuor post versus alloqui Bacchas. Ibi enim deus sermonem dirigit ad Maenadas, peregrinas mulieres, quae e comitatu ipsius erant, quaeque omnino a Bacchis feminis Thebanis hac in tragoedia distinguendae sunt. Irascor (124) paene hominum caecitati, qui non legendum viderint:

— — — *Ἢν δὲ Θηβαίων πόλις*
Ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν
Ζητῇ — — — — — — —

Relicta enim urbe, Thebanorum mulieres in monte Cithaerone commorabantur, v. 32. 33.

Τοὶ γάρ νυν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ
Μανίαις, ὄρος δ' οἰκοῦσι παρακόποι φρενῶν.

Plena est testimoniorum tragoedia: unum sufficit v. 228—230. ubi Pentheus ita minatur:

"Οσαι δ' ἄπεισιν, ἐξ ὄρους θηράσομαι,
Ἰνώ τ' Ἀγαύην θ', ἥ μ' ἔτικτ' Ἐχίονι,
Ἀκταίονός τε μητέρ', Αὐτονόην λέγω.

Nec aliam lectionem ante oculos habuisse videtur *Gregorius Nazianz.* Chr. Pat. v. 1581. ubi hunc locum ita in usus suos transtulit:

Δείξεις δὲ πάντως, ἣν δ' Ἰουδαίων γένος
Ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξάγειν χθονὸς θέλῃς.

Bacch. v. 145—147.

Ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκας
Ἐκ ναρθηκος ἀΐσσει.

Turpiter hallucinatur *Barnesius*, cum *ἀΐσσει* Hebraeorum more poni censet, *emicat* pro *emicare facit.* Emendandum:

(125) *Ἐκ νάρθηκος αἰθύσσει.*

Troas. v. 344.

Ἀτὰρ πικράν γε τήνδ' ἀναιθύσσεις φλόγα.

Orpheus Argonaut. v. 967.

Πεύκαις ἀζαλέαις φόνιον σέλας αἰθύσσουσαι.

Ubi eodem errore *ἀΐσσουσαι* scribebatur ante *Ruhnkenii* mei correctionem Epist. Crit. I. p. 21. Contrario modo refingendus videtur *Hesychius: Αἰθύσσοντος·* ὁρμῶντος. Lego: *Ἀΐσσοντος·* ὁρμῶντος. Infra *Ἀΐσσων.* ὁρμῶν. Ejusdem verbi levis corruptio mirifice elusit antiquum *Apollonii Rhodii scholiasten* l. II. v. 74 — 76.

Ὣς ὅγε Τυνδαρίδην φοβέων ἕπετ', οὐδέ μιν εἴα
Δηθύνειν. ὁ δ' ἄρ' αἰὲν ἀνούτατος ἦν διὰ μῆτιν
Ἀΐσσων ἀλέεινεν, ἀπηνέα δ' αἶψα νοήσας.

Scholiastes: Ἀΐσσων. λείπει ἡ ὑπό, ἵνα ᾖ ὑπαΐσσων καὶ ὑποφεύγων τὸν Ἄμυκον τῇ ἑαυτοῦ τέχνῃ ἄπληκτος καὶ ἀβλαβὴς διέμεινεν. Quae explicatio quam contorta sit, quisque videt. Verum inciderat *scholiastes* in vitiosum *Apollonii* codicem. Nam ab ipso poëta profectum est:

— *Ὁ δ' ἄρ' αἰὲν ἀνούτατος ἦν διὰ μῆτιν*
Ἀΐσσοντ' ἀλέεινεν.

Ita v. 90. et seq.

Ἔνθα δ' ἔπειτ' Ἄμυκος μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθείς,
Βουτύπος οἷα, πόδεσσι τανύσσατο, καδδὲ βαρεῖαν
Χεῖρ' ἐπί οἱ πελέμιξεν· ὁ δ' ἀΐξαντος ὑπέστη
Κρᾶτα παρακλίνας, ὤμῳ δ' ἀνεδέξατο πῆχυν.

(126) *Valerius Flaccus* Arg. l. V. 271. 272.

— — — *Pollux si providus ictus*
Servat, et Oebalia dubium caput eripit arte.

Bacch. v. 294. 295.

Διόνυσον Ἥρας νεικέων· χρόνῳ δέ νιν

Βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός.

Conjeceram:

Βροτοὶ ῥαφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός.

Quam conjecturam praeter alios ipse confirmat *Euripides* v. 96. 246. 286. Nunc tamen dubito, anne Bacchus etiam dici possit τραφῆναι ἐν μηρῷ Διός. *Μηροτραφὴς* certe appellatur a *Strabone* l. XV. p. 1008. ubi tamen *Casaubonus* μηροῤῥαφὴς reponendum censet. *Orpheus* H. LII. v. 3.

Μητροτρεφής, λικνῖτα, πυρίπολε καὶ τελετάρχα.

Elegantissima est Cl. *Lennepii* correctio ad Coluth. l. III. p. 135. *Μηροραφής.* Sed si verum est, quod observavimus, minori mutatione, sensu eodem manente, corrigi potest:

Μηροτρεφής, λικνῖτα, πυρίπολε καὶ τελετάρχα.

Conferendus *Polyaenus* l. I. p. 11. et ad eum *Maesvicius*.

Bacch. v. 298 — 305. (127)

Μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε. τὸ γὰρ βακχεύσιμον
Καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει.
Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολύς,
Λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.
Ἄρεώς τε μοῖραν, μεταλαβὼν ἔχει τινά.
Στρατὸν γὰρ ἐν ὅπλοις ὄντα κἀπὶ τάξεσιν
Φόβος διεπτόησε, πρὶν λόγχης θίγειν [θιγεῖν].
Μανία δὲ καὶ τοῦτ' ἐστὶ Διονύσου πάρα.

Ultimus horum versuum ab *Euripide* neque hoc loco, neque alibi proficisci potuit. Itaque plane delendus est, glossae marginali vel homini sciolo originem debens. Nos pluribus verbis ad ineptum recentioris Graeculi foetum confodiendum uti nolumus.

Bacch. v. 722. 723.

Κρύψαντες αὐτούς· αἱ δὲ τὴν τεταγμένην
Ὥραν ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα.

Quamvis non defuturos putem, qui novam et inauditam praepositionis nescio cujus ellipsin crepent, nihilominus corrigam:

— — — *Αἱ δὲ τῇ τεταγμένῃ*
Ὥρᾳ γ' ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα.

Saepius jota subscriptum in ν fuit mutatum, et contra. *Euripides* in fragmentis incertis v. 388. et seqq.

Ὄλβιος, ὅστις τῆς ἱστορίας (128)
Ἔσχε μάθησιν, μήτε πολίτων
Ἐπὶ πημοσύνῃ, μήτ' εἰς ἀδίκους
Πράξεις ὁρμῶν.

Scaliger monente *Grotio* in Excerpt. e Trag. corrigit πημοσύνας; legerim πημοσύνην. Similiter fere peccatum in *Charitone* l. III. cap. V. p. 51. lin. 21. *Ἀρίστων δὲ ὁ Χαιρέου πατήρ, ἐσχατογήρως καὶ νόσῳ φερόμενος, περιέφυ τῷ τρα-*

χήλῳ τοῦ παιδός. *Dorvillius* eleganter νόσῳ φθειρόμενος conjiciebat. Praestiterit tamen: νοσῶν φερόμενος. Sic l. I. c. 6. p. 10. l. 3. Ἐφέρετο δὲ Ἀρίστων ἔτι νοσῶν. Sed haec minuta sunt et praeter institutum.

Bacch. v. 815.

Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσί σε, κἂν θέλῃς λάθρα.

Nuncii haec verba sunt ad Penthea, Bacchas in monte Cithaerone videre cupientem, quae ita vertit interpres: *Verum investigabunt te, etiamsi clam velis illas intueri.* Liberalem sane hominem, qui duas ultimas voces gratis addidit. Equidem corrigendum censeo:

Ἀλλ' ἐξιχνεύσουσί σε, κἂν ἔλθῃς λάθρα.

Bacch. v. 840.

Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾶν Βάκχας, ἐμοί.

Castigandum:

Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί.

Med. v. 1353.

(129) Τερπνὸν διάγειν βίοτον, ἐγγελῶν ἐμοί.

et v. 1362.

Σάφ' ἴσθι, λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς.

et alibi.

Bacch. v. 842—844.

Πενθ. Ἔξεστι πάντῃ, τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.
Ἀγγ. Στείχοιμ' ἄν· ἢ γὰρ ὅπλ' ἔχων πορεύσομαι,
Ἢ τοῖσι σοῖσι πείσομαι βουλεύμασιν.

Deleta nuncii persona, omnia tribuenda sunt Pentheo, et pro Στείχοιμ' ἄν scribendum: Στείχοιμεν.

Bacch. v. 1101. 1102.

Τέλος δὲ δρυΐνους συγκεραυνοῦσαι κλάδους,
Ῥίζας ἀνεσπάρασσον ἀσιδήροις μοχλοῖς.

Pleraque in hac nuncii oratione monstrose sunt corrupta. Hic pro συγκεραυνοῦσαι voce nihili aliquando reponebam συγκραδαίνουσαι; quo verbo *Euripides* utitur Herc. Fur. v. 1003. *Orpheus* Argon. v. 994.

Δένδρεα δ' ἐσμαράγησε κραδαινόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
Πρυμνόθεν ἐκ ῥίζης. — — — — —

Sed, ni fallor, verior est altera haec emendatio nostra:

Τέλος δὲ δρυΐνους συντριαινοῦσαι κλάδους,
Ῥίζας τ' ἀνεσπάρασσον ἀσιδήροις μοχλοῖς.

Ita supra v. 348.

Μοχλοῖς τριαίνου, κἀνάτρεψον ἔμπαλιν.

Herc. Fur. v. 943—946.

(130) — — — Λάζυσθαι χρεὼν
Μοχλοὺς δικέλλας θ', ὥστε Κυκλώπων βάθρα
Φοίνικι κανόνι, καὶ τύκοις ἡρμοσμένα,

Στρεπτῷ σιδήρῳ συντριαινώσειν πόλιν.

Aristophanes Pac. v. 569.

Καὶ τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ διὰ χρόνου τὸ γήδιον.

Bacch. v. 1146. 1147.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ
Ἄπειμ', Ἀγαυὴν πρὶν μολεῖν πρὸς δώματα.

Duportus ad marginem libri sic posuerat:

Οὔκουν ἐγὼ μὲν ἐκποδὼν τῇ ξυμφορᾷ.

Quam conjecturam, parcus ceteroquin aliorum laudator, *Barnesius* unice probavit et in ipsum contextum induxit. Ego, qui meritis *Duporti* nihil detractum velim, illud tantum dicam, correctionem esse pravissimam. Metro et sensu postulante refingendum:

Ἐγὼ μὲν οὖν τῆσδ' ἐκποδὼν τῆς ξυμφορᾶς
Ἄπειμ', Ἀγαυὴν πρὶν μολεῖν πρὸς δώματα.

Bacch. v. 1206. 1207.

Ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε θ' εἵλομεν,
Χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Praecedentia legendum suadent:

Ἡμεῖς δὲ ταύτῃ χειρὶ τόνδε θ' εἵλομεν
Χωρὶς σιδήρου, κ' ἄρθρα διεφορήσαμεν.

Similiter v. 734. 735.

— — *Αἳ δὲ νεμομέναις χλόην*
Μόσχοις ἐπῆλθον χειρὸς ἀσιδήρου μέτα.

CAPUT. XI.

(131) *Fragmenta aliquot poëtarum apud Stobaeum corriguntur. Incerti. Νύμφαι ὄρειαι. Simonidis. ψήχειν et ψύχειν. Hesychius et Philostratus emendantur. Sophoclis. Φύσαντες, parentes. Euripidis. Plutarchum meliores lectiones conservasse notatur. Critiae fragmentum apud Sextum Empiricum ter emaculatur. Euripidis Danae correcta. Εἰς τόδ' ἐλθεῖν. Q. Calaber bis, Sophocles et Seneca Tragicus singuli semel restituti. Ἀγχόνης δεῖ.*

Pulcherrima veterum poëtarum fragmenta nobis conservavit *Joannis Stobaei* diligentia; quibus si pro virili medicinam fecero, operam fortasse non lusisse videbor. Itaque, postquam beatos Illustris *Grotii* manes deprecatus fuero, si in nonnullis ab ipso discedere et dissentire ausim, ad ipsum opus me accingam.

Ecl. Phys. tit. III. *Incerti* v. ult.

Νυμφᾶν τ' ἀρειᾶν, αἳ νάματα καλὰ φέροντι.

Vir magnus corrigebat:

Νυμφᾶν τ' ἀφνειᾶν, αἳ νάματα καλὰ φέροντι.

Verum unica tantum mutata litera sua poëtae manus potuerat restitui:

Νυμφᾶν τ' ὠρειᾶν, αἳ νάματα καλὰ φέροντι.

(132) Eclog. Phys. tit. XI. p. 143. *Simonidis:*

— — Οὕτω χρόνος ὀξὺς ὀδόντας
Καὶ πάντα ψυχὴ καὶ τὰ βιότατα.

Nec hic *Grotio* adsensum praebere possum reponenti:

— — Οὕτω χρόνος ὀξὺς ὀδόντας
Καὶ πάντα σμύχει καὶ τὰ βιαιότατα.

Scripserat enim *Simonides* me judice:

— — Οὕτω χρόνος ὀξὺς ὀδόντας
Καὶ πάντα ψήχει καὶ τὰ βεβαιότατα.

Βεβαιότατα sunt *firmissima* quaeque, *stabilia*; cum *βιαιότατα* nihil aliud quam *violenta* significet. *Ψήχειν* et *ψύχειν* alibi quoque sunt permutata, ut apud *Apollon. Rh.* l. III. v. 1101. quo loco Illustris *Spanhemius* ad *Callim.* H. in Lavacr. Pallad. v. 66. *καταψήχων* pro *καταψύχων* optime restituit, quod confirmat cod. Guelferbytanus. *Hesychius :* *Ψήχει. καταμύσσει.*

τρίβει. ξύει. σμύχει. ψύχει. πραΰνει. Ψήχει. πραΰνει. καὶ τὰ ὅμοια. Ubi illa ψύχει, πραΰνει, una litura sunt sananda. Similiter in *Philostrato* de V. A. l. IV. c. 38. p. 179. pro Τουτὶ δὲ (θηρίον nempe) ὑπὸ τῶν καταψυχόντων ἐπαιρόμενον, ἀγριώτερον αὑτοῦ γίγνεται, καὶ λαφύσσει πάντα, facilius fuerat unica mutata litera reponere: καταψηχόντων, quam quod *Olearius* in ipsum textum intrusit, καταψώντων. *Apollonius Rh.* l. IV. v. 164.

— — Ἡ δ' ἔμπεδον ἑστηκυῖα
Φαρμάκῳ ἔψηχεν θηρὸς κάρη.

Euripides Helen. v. 1383. 1384.

Μονάμπυκον δὲ Μενέλεως ψήχων δέρην, (133)
Μέτωπά τ' ἐξέπεισεν εἰσβῆναι δόρυ.

Male apud eundem *Hippol.* v. 110. καταψήχειν ἵππους interpretantur *recreare equos*, quod ipsum *Spanhemium* l. c. fefellit. καταψήχειν enim ibi significat *detergere strigilibus*, ψήκτραις κτενίζειν, quemadmodum Tragicus loquitur v. 1174. vel ψηκτρίζειν, uti explicant scholia interlinearia codicis Parisini, cujus collationem ante paucos dies mihi obtulit, quae singularis Viri summi est humanitas, *T. Hemsterhusius*. *Simonidis* quam dedimus emendationem egregie confirmat *Incertus* Anthol. l. III. c. XIV. ep. 1. v. 1. 2.

Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος· οὐδὲ σιδήρου
Φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπανῇ.

Florileg. tit. XLIII. p. 165. *Sophoclis.*

Ὅπου γὰρ οἱ φυλάσσοντες ἡσσῶνται τέκνων,
Οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις.

Grotius pro φυλάσσοντες legendum existimabat φυλακτῆρες, ut alterum e glossemate ortum sit. Verum vox Homerica haec est, de cujus etiam metro non constat, num unquam secundam habeat brevem. *Salmasii* conjectura πλάσαντες multo infelicior est, et ipso plane indigna. Emendandum:

Ὅπου γὰρ οἱ φύσαντες ἡσσῶνται τέκνων,
Οὐκ ἔστιν σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις.
Ubi parentes liberi regunt suos,
Morata non est, ut decebat, civitas.

Φύσαντες *Sophocli* sunt *parentes*. Ita in fragmento e *Tereo* apud *Stobaeum* Floril. tit. LXVIII. p. 283.

Ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολούμεθα (134)
Θεῶν πατρῴων, τῶν τε φυσάντων ἄπο.

Ut vero hic φύσαντες opponuntur τέκνοις, ita τέκνα φύσαντι in fragmento *Agathonis* apud *Stobaeum* Florileg. tit. LXXIX. p. 337.

Ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι πείθεσθαι τέκνα.

Floril. tit. LXIV. p. 261. *Euripidis* Danae.

"Ερως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς *ἔργοις* ἔφυ.
Φιλεῖ κατόπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα.
Φεύγει δὲ μόχθους· ἓν δέ μοι τεκμήριον,
Οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν.
Ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβήτης πέφυχ' ὅδε.

Versum ultimum *Grotius* restituere conabatur, scribendo ἡδυπαθὴς pro ἡβήτης: ne scilicet spondaeus quarta sede admitteretur, anapaestum reposuit. *Salmasius* malebat νηπύτης, quod dubito an graecum sit. Forte versus ita constituendus est:

"Εχουσι δ' ἐμπέφυκεν ἡβήτης ὅδε.

Verum quicquid de illo sit, in quo mihi nondum satisfacio, versus 1. *Grotio* non videtur fuisse de menda suspectus, quando reddit:

Res otiosa et operis est fugiens amor.

Nam reponendum:

"Ερως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς *ἀργοῖς* ἔφυ.
Amor otiosus, otiosos occupat.

Inprimis dignus qui conferatur, *Ovidius* Remed. Amor. v. 139 — 150. Nec aliter lectum fuit tempore *Plutarchi*, qui
(135) tom. II. p. 757. A. hunc e scena versum, suppresso tamen *Euripidis* nomine, citat:

"Ερως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ.

Atque hic, quod supra cap. II. dicebam, eximias saepe lectiones a *Plutarcho* fuisse servatas, uno adhuc exemplo plane insigni probare conabor. Fragmentum satis magnum *Critiae* exstat apud *Sextum Empiricum* adversus Mathem. l. IX. sect. 54. p. 562. et seqq. cujus partem conservavit *Plutarchus* de Philosophorum Placit. l. I. c. 7. op. tom. II. p. 880. D. *Euripidi* adscribens. Sitne *Euripidi* an *Critiae* tribuendum, disputarunt viri eruditi. Mihi omnino videtur Critiae deberi; nam licet impia *Euripidae* dicta saepe plebem Atticam exacerbarint, nimia tamen dominatur in his impietas, et deest Euripidea γλαφυρότης. Quamvis nonnulla etiam Euripidea insint; quemadmodum *Critias* plura ex *Euripide* in dramata sua retulit. Sed age praestemus, quod promiseramus. v. 9 — 12.

"Επειτ' ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
Ἀπεῖργον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ.
Λάθρα δ' ἔπρασσον· τηνικαῦτά μοι δοκεῖ
Πυκνός τις — καὶ σοφὸς γνώμην ἀνήρ.

v. 10. pulcre *Plutarchi* et msc. auctoritate ἀπεῖργον pro ἀπῆγον restitutum est a *Normanno*. *Hesychius*: Ἀπεῖργον. ἐκώλυον. versui 12. cum pes deesset, diverso modo succurrere tentarunt homines docti: *Normannus* legebat: πυκνός τις

ὄντως. *Petitus:* πυκνός τις εἰδεῖν. *Grotius:* πυκνός τις ἄλλος. quod jure prae aliis placebat Cel. *Fabricio.* Verum auctore optimo illo *Plutarcho* versus 11. et 12. ita sunt constituendi:

Λάθρα δ' ἔπρασσον πολλά, τηνικαῦτά μοι (136)
Δοκεῖ πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνήρ.

Plutarchi verba haec sunt: *ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, κρύφα τε ἠδίκουν πολλοί, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν.* Cum semel de hoc fragmento dicere instituerim, non tam facile ab eo avellor, ut non simul alia tollam vitia, v. 27. 28.

Αἰεὶ δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', ἵνα
Μάλιστά γ' ἐκπλήξειεν ἀνθρώπους λέγων,
Ὅθεν περ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι βροτοῖς.

Grotii conjectura *εἶναι* et versio: *Habitare in illa sede memoravit deos*, facem mihi praetulerunt ad veram scripturam reperiendam:

Ναίειν δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', —

v. 37 — 39.

Τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβους,
Δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισε
Τὸν δαίμονα οὐκ ἐν πρέποντι χωρίῳ.

Ita optimi *Henrici Stephani* et Cizensis codices habent. Editi exhibent *καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ.* Quae conjecere *Grotius*, *Normannus*, *Salmasius*, metro adversantur. Castigandum opinor:

Τὸν δαίμον', οἰκοῦντ' ἐν πρέποντι χωρίῳ.

Hactenus de fragmento *Critiae.* Illi, quos supra corrigebam, *Euripidis* e Danaë versus in memoriam mihi revocant aliud ex eadem tragoedia fragmentum, v. 27. et seqq. in editione *Barnesii.*

Φίλτροις δ' ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατὴρ (137)
Εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο,
Σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν
Τοιάνδ' ἐχώρησ'· ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς
Ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον,
Κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
Χρόνῳ δ' ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
Εἰς θαῦμ' ἐσῄει κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
Ὡς εἰς τόδ' ἦλθε, μέμψιν εὐλαβουμένη.

v. 36. *Barnesius* metrum vitiatum animadvertens corrigebat:

— — *Κἀξεπιπέπληκται, σαφῶς*
Ὡς εἰς τόδ' ἦλθε. — — —

Verbum ἐξεπιπλήσσομαι graecae aures, credo, tanquam inauditum et monstrosum respuerent. Totus locus, in quo plures contra metri rationes sunt errores, ita refingendus videtur:

Τοιάνδ᾽ ἐχώρει χρυσὸς ὡς ἄπυρος γεγὼς
Ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγης ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
Ἡ δ᾽ οὖν δόλον μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον,
Κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ᾽ ἐδέξατο.
Χρόνῳ δ᾽ ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ᾽ ἐγκύμονα,
Εἰς θαῦμ᾽ ἐσήει, κἀξεπέπληκτο σφοδρῶς,
Ὡς εἰς τόδ᾽ ἦλθε. — — — — —

Locutio haec ultima *Euripidi* familiaris est. Hippol. v. 1298.

Ἀλλ᾽ εἰς τόδ᾽ ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα.

Similiter v. 1332. Phoen. v. 1338. Suppl. v. 1089. Troad.
(138) v. 410. Ion. v. 1091. Adde *Sophoclem* Oed. Colon. v. 574.

Florileg. tit. LXXXVIII. p. 361. *Euripidis.*

Τόσον δὲ παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι
Χρηστοῖς θ᾽ ὁμιλοῦντ᾽ εὐσεβεῖν τ᾽ ἠσκηκότα.
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
Γένοιτ᾽ ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ᾽ ἂν πίθοι ποτέ.

Vir Illustris deceptus *Stobaei* titulo, qui praefert, *nobiles esse, qui parentibus probis, potentibus aut claris nati sunt,* reponebat:

Τούτων δὲ πατέρα σωφρονοῦντ᾽ ἐπίσταμαι.

Quae nimis a corruptae lectionis vestigiis discedunt; sed proxime ad ea accedimus reponendo:

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ᾽ ἐπίσταμαι.

Sunt verba, nescio cujus, de filio ad parentem, similia istis nuncii in *Euripidis* Hippolyto v. 1250—1254.

Ἀτὰρ τοσοῦτον οὐ δυνήσομαί ποτε
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ᾽, ὅπως ἐστὶν κακός,
Οὐδ᾽ εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
Πεύκην, ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ᾽ ἐπίσταμαι.

Uti vero hic unius literae σ repetitio loco corrumpendo ansam praebuit: sic gemino errore peccatum est in *Q. Calabro* l. I. v. 689 — 691.

Σμερδαλέῃς στεροπῇσι καὶ ἀργαλέοισι κεραυνοῖς
Οἵ οἱ πρόσθε ποδῶν θαμέες ποτόωντο δι᾽ αἴθρης
Δεινὸν ἀπαιθομένοιο, ὁ δ᾽ ἄρ᾽ εἰσορόων ἐνόησε.

Rhodomannus corrigit: ἀπαιθομένης. *Scaliger:* ἀπαιθομένοις. Frustra. Deleta ο emendandum: (139)

Δεινὸν ἀ π α ι θ ό μ ε ν ο ι· ὁ δ' ἄρ' εἰσορόων ἐνόησε.

De fulgure et alius ejusdem poëtae locus corruptus est, l. V. v. 108 — 110.

— — — Ἐκ δὲ κεραυνοὶ
Ἄλληκτοι, ν ε φ έ ε σ σ ι ν ἐοικότες, ἐξεχέοντο
Οὐρανόθεν. — — — — — —

Libro II. v. 193. de spissa hominum multitudine legitur κυανέοις νεφέεσσιν ἐοικότες; nihilominus tamen hic refingendum:

Ἄλληκτοι, ν ι φ ά δ ε σ σ ι ν ἐοικότες, ἐξεχέοντο.

Ita l. IX. v. 71. l. X. v. 249. l. XI. v. 265. *Homerus* Il. γ. v. 222. et alibi. *Callimachus* H. in Delum v. 175. Cum de fulmine sermo inciderit, obiter binos Tragicorum locos restituamus. Alter est *Sophoclis* Oedip. Colon. v. 1584. 1585.

Τὰ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς, τὰ πολλά τε
Σ τ ρ έ ψ α ν τ α, χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.

Lege:

Σ τ ρ ά ψ α ν τ α, χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.

Alter locus est *Senecae* Agamemn. v. 491 — 497. ubi in grandi horrendae tempestatis descriptione haec verba leguntur:

Nec hoc levamen denique aerumnis datur,
Videre saltem et nosse, quo pereant malo.
Premunt tenebrae lumina: et dirae Stygis
Inferna nox est: excidunt ignes tamen,
Et nube dirum fulmen elisa micat,
Miserisque lucis tanta dulcedo est malae.
H o c l u m e n o p t a n t. Ipsa se classis premit.

Ultima sunt insipida, nec ullum habent sensum. Qui locum accurate relegerit, facile in eadem mecum incidet cogitandi vestigia, scribendum esse: (140)

Miserisque lucis tanta dulcedo est malae,
U t f u l m e n o p t e n t. Ipsa se classis premit.

Sed haec longius me a scopo, quem mihi hoc in capite proposueram, abducunt. Redeo ad *Stobaeum.*

Florileg. tit. XCIX. p. 415. *Euripidis.*

Ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτούς,
Δεῖν δ' ἂ ν χ ρ ό ν ω ν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο.
Οὐκ ἐν σοφοῖσίν ἐστιν, εὐχέσθω δ' ὅμως
Ἄπειρος εἶναι τῆς νόσου ταύτης ἀεί.

Vir summus gravioribus distentus negotiis, v. 2. tentabat:

Δεῖν δ' αὐτὸν ὀρέων καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο.

Vix alibi infelicior excidit conjectura magno heroi. Levissima mutatione castigandum unice:

Δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο.

Laquei et praecipitia alibi etiam saepissime junguntur. Apposite *Alciphron* lib. III. ep. 6. initio. *Ἀγχόνης μοι δεῖ, καὶ ὄψει με μετὰ μικρὸν ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχοντα.*

JOANNIS PIERSONI

VERISIMILIUM

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Euripidis Cyclops saepius emendatur. 'Εγκανάσσειν (141)
[ἐγκανάζειν]. Στρωννύειν εὐνήν. *Philostratus leviter emaculatur.* Στρῶσαι *et* τρῶσαι *confusa. Hercules Furens corrigitur. Asclepiadae Epigramma affertur et emendatur.* Σῶμα *et* δῶμα, δῶμα *et* ὄμμα, ὄμμα *et* ἄσμα, σῶμα *et* νᾶμα *permiscentur. Orpheus de Lapidibus, Libanius bis, et Incertus in Anthologia correcti. Transpositione duo loci ex Hercule Furente Euripidis sanati.* Σειραῖοι βρόχοι. *Orpheus de Lapid. et Musaeus emendati.* Οὖτις *nomen Ulyssis.*

Ex omnibus veterum dramatis Satyricis unicum tantum superest *Euripidis* Cyclops. Venustissimum et ab ipsis Gratiis
compositum hoc poëma magni olim fecerunt summi duum- (142)
viri *Is. Casaubonus* et *Jos. Scaliger.* Nec dubitandum, quin, si alteruter horum heroum seriam huic poëmati navasset operam, longe emendatius cultiusque futurum esset. Sed levi, quod ajunt, brachio rem egerunt, et pauca tantum ex innumeris paene, quibus scatet, sustulerunt vitia. Itaque visum est experiri, an aliquid horum virorum inventis addere queamus, loculosque excutere, si quid in iis reperiatur, quo insigni antiquitatis monumento plenior lux affundi, vel remedium parari possit. Incipiamus a verbis Sileni:

v. 27 — 31.

Παῖδες μὲν οὖν μοι, κλιτύων ἐν ἐσχάτοις
Νέμουσι μῆλα νέα νέοι πεφυκότες,
'Εγὼ δὲ πληροῦν πίστρα καὶ σαίρειν στέγας
Μένων τέταγμαι τάσδε, τῷδε δυσσεβεῖ
Κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος.

Optime *Scaliger* v. 27. pro οὖν μοι restituit ὄὖμοί; quamvis foediores maculae Viri summi aciem effugerint. Quam enim

frigida sunt illa *νέα νέοι*, quae nemini fortasse, nisi *Barnesio*, placuerint. Equidem nihil simile in *Euripide* memini me invenisse, praeterquam Alcestid. v. 471.

Σὺ δ' ἐν ἥβᾳ νέᾳ νέου προθανοῦσα φωτὸς οἴχῃ.

Sed istius loci longe alia est ratio. Alcestis enim in prima juventa pro Admeto juvene mortem oppetebat. Dein quam insulsum est et omni sensu vacuum v. 30. *μένων*, ubi interpres pro more *domi* liberaliter adjecit. Equidem illis, qui talia concoquere possint, stomachum non inviderim suum:
(143) sed spero futurum, ut, qui quidem sint *κριτικοί*, fateantur me veram *Euripidae* restituisse lectionem:

Παῖδες μὲν οὑμοί, κλιτύων ἐν ἐσχάτοις,
Νέμουσι μῆλα νεανίαι πεφυκότες,
Ἐγὼ δὲ πληροῦν πίστρα καὶ σαίρειν στέγας
Γέρων τέταγμαι τάσδε· — — —

Manifesta in his est oppositio. Similiter Ulysses chorum Satyrorum *νεανίαν* appellat v. 430—434.

Ὁ μὲν γὰρ ἔνδον σὸς πατὴρ τάδ' ᾔνεσεν.
Ἀλλ' ἀσθενὴς γὰρ κἀποκερδαίνων ποτοῦ,
Ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελησμένος
Πτέρυγας ἀλύει· σὺ δέ, νεανίας γὰρ εἶ,
Σώθητι μετ' ἐμοῦ. — — — —

Silenus, quemadmodum alibi semper *senex*, ita hoc in dramate saepius *γέρων* vocatur. Ita v. 193. 225. 228. 464. *γεραίτερος* v. 101.

Cyclop. v. 151.

Φέρ' ἐκπάταξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών.

Vitium non videtur perspectum habuisse *Florens Christianus*, in eleganti versione reddens:

Fac, ut recorder, en recludens concute.

Reponendum enim:

Φέρ' ἐγκάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών.

Aristophanes Equit. v. 105.

— — *Ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολύν.*

(144) *Alciphron* l. III. ep. 36. *Τῷ δὲ ἐγκανάξας κύλικα εὐμεγέθη, φλυαρίας φάρμακον ὤρεγον.* Alia dabunt *L. Kusterus* ad citatum *Aristoph.* locum, *G. Arnaldus* Lect. Gr. p. 45. et *J. Albertius* ad *Hesychium* v. *ἐγκάναξον*. Apposite *Euripides* infra v. 565.

Φέρ', ἔγχεον νῦν. Ο. ἐγχέω, σίγα μόνον.

Quo loco imitatur *Epicharmi* Cyclopa apud *Athenaeum* l. XI. p. 498. E. *Φέρ' ἐγχέας εἰς τὸ σκύφος.* quod me monuit doctor meus carissimus, *Valckenaerius*, qui eodem etiam modo locum *Euripidae* correxerat, adeo ut nullum amplius dubium superesse videatur.

Cyclop. v. 385. 386.

Ἔπειτα φύλλων ἐλατίνων χαμαιπετῆ
Ἔστησεν εὐνὴν πλησίον πυρὸς φλογί.

Interpres *Ae. Portus* sic latine vertit: *Deinde ex foliis abiegnis humi stratum collocavit lectum juxta ignis flammam.* Non male, quod ad sententiam loci; sed graeca illum sensum non admittunt. Unice verum est, quod dudum conjecimus:

Ἔπειτα φύλλων ἐλατίνων χαμαιπετῆ
Ἔστρωσεν εὐνὴν πλησίον πυρὸς φλογί.

Orpheus Argon. v. 400.

Ῥωγαλέαις τ' ἔστρωσεν ὑπὸ στιβάδεσσι πέτηλα.

et v. 1332.

Πρύμνῃ ἐπ' ἀκροτάτῃ, περὶ δ' ἐστορέσαντο χαμεύνας.

Theocritus Id. XIII. v. 33. 34.

Δειελινοί. πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν, (145)
Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα στιβάδεσσιν ὄνειαρ.

Conf. Id. XXII. v. 33. *Apollonius Rh.* l. I. v. 1183. Ipse *Eurip.* Rhes. v. 9.

Λεῖπε χαμεύνας φυλλοστρώτους.

Philostratus de V. A. l. III. c. 15. *Ὁ δέ γε Δάμις φησὶ χαμευνίᾳ μὲν αὐτοὺς χρῆσθαι, τῇ δὲ γῇ ὑποστρωννύναι πόας, ἃς ἂν αὐτοὶ αἴρωνται.* Lege: *τὴν δὲ γῆν ὑποστρ. πόας, ἃς ἂν αὐτ. αἴρ. Terram vero substernere herbas, quas ipsi cupiunt.* Male interpres reddidit: *herbis tamen humum sternere.* Infra c. 27. *Ἡ γῆ ὑπεστόρνυ πόας μαλακωτέρας ἢ αἱ εὐναί.* et c. 33. *Πάντας δὲ αὐτοὺς ἐδέξατο ἡ γῆ εὐναῖς, ἃς αὐτὴ ὑπεστόρνυ.* Conf. l. IV. c. 10. p. 238. et p. 240. Leviter corruptus est Hercules Furens v. 1000.

Δάμαρτα καὶ παῖδ' ἑνὶ κατέστρωσεν βέλει.

Quod reddunt, *prostravit.* Tu mecum repone:

Δάμαρτα καὶ παῖδ' ἑνὶ κατέτρωσεν βέλει.
Conjugem et filium uno confecit telo.

Ea vis praepositionis *κατά.* Idem vitium est in *Asclepiadae* epigrammate inedito *εἰς Φιλαίνιον*, quod uti corrigendum censeo, adscribam:

Ἡ λαμυρή μ' ἔτρωσε Φιλαίνιον. εἰ δὲ τὸ τραῦμα
Μὴ σαφές, ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα,
Οἴχομ', Ἔρωτες, ὄλωλα, διοίχομαι. εἰς γὰρ ἑταῖραν
Νυστάζων ἐπέβην. ἠδ' ἐθίγοντ' ἀΐδᾳ.

v. 1. in apographis erat *ἔστρωσε.* et v. 3. *δὴ οἴχομαι.* (146)

Cyclop. v. 456—458.

Εἰς πῦρ καθήσω, κᾆθ' ὅταν κεκαυμένον
Ἴδω νιν, ἄρας θερμόν, εἰς μέσην βαλῶν
Κύκλωπος ὄψιν, ὄμματ' ἐκτήξω πυρί.

Leves maculae hoc modo eluendae sunt:

— — ἄρας θερμόν, εἰς μέσην βαλῶ
Κύκλωπος ὄψιν, ὄμμα τ' ἐκτήξω πυρί.

Quae correctio ideo omnino necessaria est, ne quis forte duos Cyclopi tribuat oculos.

Cyclop. v. 525.

Οὐ τοὺς θεοὺς χρὴ σῶμ' ἔχειν ἐν δέρμασι.

Reducenda vox vicina admodum:

Οὐ τοὺς θεοὺς χρὴ δῶμ' ἔχειν ἐν δέρμασι.

Ita v. 523.

Θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων;

Contrario modo errarunt librarii in Bacchis v. 600. ubi auctoritate *Etymologi M.* Col. 279. l. 22. reponendum: δίκετε πέδοσε τρόμερα σώματα, pro δώματα. Quomodo etiam emendavit *Barnesius*, nescio an praelucente *Etymologo*. Gemino errore peccatum est apud *Orpheum* de Lapidibus, Magnet. v. 11. 12.

— — — — — — Αὐτὰρ ἔγωγε
Σῆς ἀλόχου κέλομαί σε δαήμεναι, εἰ ἔθεν ἁγνὸν
Ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ δῶμα φυλάσσοι.

Castigandum:

(147) Ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ σῶμα φυλάσσοι.

Verum δῶμα et σῶμα ubique a librariis confundi, res est vel tironibus notissima. Occasione invitante opem feramus *Libanio*, ubi gravius commiserunt luscitiosi homines, oper. Sophist. tom. II. p. 209. B. de pulcra virgine: Ἔρως γὰρ ἐκ τῶν ἐκείνης δωμάτων ἐτόξευε. Legendum: Ἔρως γὰρ ἐκ τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐτόξευε. *Aristaenetus* l. I. ep. 1. Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. Ipse *Libanius* p. 710. D. Ἔρως εὐστόχει παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων, καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν. ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν καὶ Χαρίτων καὶ Ἔρωτος, ταῖς μὲν παγκάλως συμπαίζουσα, τοῦ δὲ τὴν βελοθήκην κινοῦσα ταῖς τῶν ὀμμάτων τοξεύσεσι. *Meleager* in Anthologia inedita:

Τόν με πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι Μυΐσκος
  Ὄμμασι τοξεύσας, τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος.
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ, τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
  Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.
Τῷ δ' ὅσον ἀμπνεύσας τόδ' ἔφην, φίλε κοῦρε, τί θάμβος;
  Καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

Medium distichon citat *Valckenaerius* Anim. ad *Ammon.* p. 226. Idem vocabulum, quod hic *Libanio* restituimus, ipsi reddendum est tom. II. p. 713. B. de pavone picto: Χερσὶ

δὲ ζωγράφων τὸ σῶμα, καθάπερ μυρίοις καταποσμούμενος ἄσμασι. *Morellus* conjiciebat, χρώμασι: sed ὄμμασι scribendum esse, sequentia perspicue docent. Verum philosophemur parumper in his amoenioribus, et egregiam sententiam moralem, ubi vocabulum σῶμα genuinae vocis locum occupavit, restituamus *Incerto* Anthol. l. IX. c. 20. epigr. 3.

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν (148)
Χρείω, τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος.
Ὅστις δ' οὔλοον ἦτορ, ἀπόστιχε· οὔ ποτε γὰρ σὴν
Ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα μιαινόμενον.

A poëtae manu est:

— — — οὔ ποτε γὰρ σὴν
Ψυχὴν ἐκνίψει νᾶμα μιαινομένην.

Pythiae oraculum apud *Dorvillium* V. C. ad *Chariton.* p. 64.

Ἁγνῶς ἐς θέμενος καθαροῦ, ξένε, δαίμονος ἔρχου,
Ψυχὴν νυμφαίου νάματος ἀψάμενος.
Ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβάς· ἄνδρα δὲ φαῦλον
Οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψῃ νάμασιν Ὠκεανός.

Sed a diverticulo in viam.

Cyclop. v. 628 — 633.

Χο. Οὐκοῦν σὺ τάξεις, οὕς τινας πρώτους χρεών,
Καὶ τὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκαίειν τὸ φῶς
Κύκλωπος, ὡς ἂν τῆς τύχης κοινώμεθα.
Ἡμιχ. Ἡμεῖς μέν ἐσμεν μακρότεροι πρὸ τῶν θυρῶν
Ἑστῶτες, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ.
Ἡμιχ. Ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα.

v. 629. *Scaliger* pro καὶ τὸν conjiciebat καυστόν: sed, praeterquam quod haec vox apud *Euripidem* non occurrat, alia superest difficultas in versibus 631. et 632. ubi, sive μακρότεροι sive μικρότεροι legas, perinde est. Forte hisce salebris nos expediemus versum 632. ponendo ante v. 629. hoc modo:

Χο. Οὐκοῦν σὺ τάξεις, οὕς τινας πρώτους χρεὼν (149)
Ἑστῶτας, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ
Καὶ τὸν μοχλὸν λαβόντας ἐκκαίειν τὸ φῶς
Κύκλωπος, ὡς ἂν τῆς τύχης κοινώμεθα.
Ἡμ. Ἡμεῖς μέν ἐσμεν μακρότεροι πρὸ τῶν θυρῶν.
Ἡμ. Ἡμεῖς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα.

Qua de re aliorum esto judicium. Quam salutaris saepe sit transpositio in vetustis auctoribus, praecipue poëtis, non necesse est, ut a me pluribus comprobetur. Ex *Euripidis* Bacchis supra unum protulimus exemplum, cui unum alterumve adjicere placet ex Hercule Furente. Ita v. 1006 — 1012. verba sunt servi nuncii de Hercule post patratam uxoris et liberorum caedem a Pallade prohibito, ne plura committeret facinora:

— *Πίτνει δ' εἰς πέδον, πρὸς κίονα*
Νῶτον πατάξας, ὃς πεσήμασι στέγης
Διχοῤῥαγὴς ἔκειτο κρηπίδων ἔπι,
Σὺν τῷ γέροντι δεσμὰ σ ε ι ρ ε ύ ω ν βρόχῳ.
Ἡμεῖς δ' ἐλευθεροῦντες ἐκ δρασμῶν πόδα
Ἀνήπτομεν πρὸς κίον', ὡς λήξας ὕπνου
Μηδὲν προσεργάσαιτο τοῖς δεδραμένοις.

Interpres, ne ignorantiam suam fateri cogeretur, maluit se risui exponere, quam aliquid relinquere, in quo ipsum haesisse deprehenderemus. Ita vero interpretatur: *Cecidit autem in solum, ad columnam tergum allidens, quae propter ruinam tecti disrupta jacebat super crepidinem, et ima fundamenta, cum sene vincula constringens laqueo. Nos vero liberantes a fuga pedem Herculis, i. e. impedientes ne fugiat, eum alligavimus ad columnam, ut finito somno et ex-*
(150) *pergefactus nihil praeter jam patrata facinora patret.* Lepide, belle, nihil supra! Tu, si sapis, versum 1010. pone ante v. 1009. et mecum lege:

Ἡμεῖς δ' ἐλευθεροῦντες ἐκ δρασμῶν πόδα
Σὺν τῷ γέροντι, δεσμὰ σ ε ι ρ α ί ω ν βρόχων
Ἀνήπτομεν πρὸς κίον', ὡς λήξας ὕπνου
Μηδὲν προσεργάσαιτο τοῖς δεδραμένοις.

Quae hoc modo latine sunt vertenda: *Nos vero, qui fuga salutem quaesiveramus, una cum sene* Amphitryone, *vincula catenatorum* vel *validissimorum laqueorum alligavimus columnae, ne expergefactus facinoribus patratis alia adderet.* Comparandi omnino v. 1031—1038.

Ἴδεσθε τάδε τέκνα πρὸ πατρὸς ἄθλια,
Κείμενα δυστάνου,
Εὕδοντος ὕπνον δεινὸν ἐκποδὼν φόνου,
Περίδεσμα δὲ καὶ πολύβροχ' ἁμμάτων,
Ἐρείσμαθ' Ἡράκλειον ἀμφὶ δέμας
Τάδε λαΐνοις ἀνημμένα
Ἀμφὶ κίοσιν οἴκων.

Ut et v. 1094—96. ubi Hercules, sopito furore, ita fatur:

Ἰδού, τί δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος
Νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα
Πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ τειχίσματι.

Amphitryo saepius appellatur *γέρων*, ita v. 1001.

Κἀνθένδε πρὸς γέροντος ἱππεύει φόνον.

Σειραίων βρόχων recte a me fuisse correctum, testari poterit
(151) *Pollux* Onom. l. V. segm. 84. de venatione asinorum agrestium: *Τοὺς δὲ διακοντίζουσι, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας αἱροῦσι, βρόχοις σειραίοις περιβάλλοντες.* Sensu paulum diverso apud ipsum occurrit *σείραιος ἵμας* l. I. sect. 148. Nec longe ab hoc

usu recedit *Orph.* Arg. v. 241. ubi de *fune nautico* σειραίη μήρινθος adhibetur. Eadem transpositio locum habere debet in Herc. Fur. v. 1341 — 1344.

Ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ', ἃ μὴ θέμις,
Στέργειν νομίζω, δέσμα τ' ἐξάπτειν χεροῖν,
Οὔτ' ἠξίωσα πώποτ', οὔτε πείσομαι,
Οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι.

Transponendi versus 1343. et 1344. et scribendum:

Οὔτ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι,
Οὔτ' ἠξίωσα πώποτ', οὔτε πείσομαι.

Similiter ap. *Orpheum* de Lapid. de Coralio p. 224. v. 39 — 42.

Τὴν δ' οὔτ' εὐρύστερνος ἐναντίον Ἀτρυτώνη
Δέρκεσθαι μενέαινεν, ἀδείμαντός περ ἐοῦσα
Χρυσαόρῳ Περσῆϊ φονευομένην περ ἰδέσθαι
Οὔτε κασιγνήτῳ κέκλετο κρατερόφρονι φωτί.

Versus 41. 42. ordine inverso sunt collocandi:

Οὔτε κασιγνήτῳ κέκλετο κρατερόφρονι φωτὶ
Χρυσαόρῳ Περσῆϊ φονευομένην περ ἰδέσθαι.

Nec tantum in totis versibus hoc accidit, verum etiam ali- (152)
quando in hemistichiis, v. c. apud *Musaeum* v. 219 — 221.

Ἀλλά, φίλη, πεφύλαξο βαρυπνείοντας ἀήτας,
Μή μιν ἀποσβέσσωσι καὶ αὐτίκα θύμον ὀλέσσω
Λύχνον, ἐμοῦ βιότοιο φαεσφόρον ἡγεμονῆα.

Eruditos viros valde exercitos habuit hemistichium, καὶ αὐτίκα θύμον ὀλέσσω. *Berglerus* et *Kromaierus* parenthesi includendum censebant. *Lennepius* meus Anim. ad *Coluth.* l. II. c. 2. p. 84. tentabat hoc modo:

— — καὶ αὐτίκα λύχνον ὀλέσσω,
Λύχνον ἐμοῦ βιότοιο φαεσφόρον ἡγεμονῆα.

Quae conjectura certe praeferenda est infelici aliorum invento, versus 220. et 221. transponentium invitis Musis et Gratiis. Nec erat cur id arriperet nescio quis in Act. Lips. ann. 1748. p. 408. Transpositione tamen opus est et locus hoc modo constituendus.

Μή μιν ἀποσβέσσωσι φαεσφόρον ἡγεμονῆα,
Λύχνον ἐμοῦ βιότοιο, καὶ αὐτίκα θύμον ὀλέσσω.

Quam conjecturam meam me non tantum aliis amicis, sed et ipsi *Lennepio* probare potuisse magnopere laetor.

Cyclop. v. 684. [688. ed. *Dind.*]

Ἀλλ' οὐκ ἔτ'. ἀλλὰ πρόσθεν οὗτός ἐστί σου.

Reponendum lepidum Ulyssis nomen, quo Cyclopa miserum (153)
in modum elusit:

Ἀλλ' οὐκ ἔτ'. ἀλλὰ πρόσθεν Οὖτις ἐστί σου.

Eodem modo illud nomen *Aristophani* Vesp. v. 184. restituit *R. Dawes.*, in hoc Comico diligenter versatus, Miscell. p. 265.

CAPUT II.

Hymni Homeridarum saepius tentantur et emendantur. Μέροπες. Ὀπηδητήρ. Λιθόῤῥινος. Ἄβλαυτος. Philostratus castigatur. Διαπρήσσειν κέλευθα. Φῆμαι καὶ μαντεῖαι. Versus spurius notatur. Εὔχεσθαι καὶ σπένδειν. Sophocles emaculatur. Μελάντατος. Ἀλάμπετος, vox suspecta. Sophoclis locus tentatur. Poëmation Homeri adversus Cumanos corrigitur.

Multis modis deformati sunt elegantissimi et ipsa antiquitate venerabiles *Homeridarum* Hymni. Nam etsi studio et industria duorum hominum acutissimorum, *B. Martini* et *D. Ruhnkenii* plurimis locis pristinum suum nitorem recuperarunt, supersunt tamen etiamnum turpissimae maculae, quarum pleraeque ita sunt inveteratae, ut sola ingenii ope sine codd. ms. elui vix possint. Paucas, quae mihi subnatae sunt, sive emendationes, sive potius conjecturas dicere malis, in medium adferre quid vetat? Si enim in nonnullis longius a vero aberravero, quod praevideo futurum, facile
(154) me veniam impetraturum opinor ab aequis harum rerum judicibus, dummodo cogitent, non illos tantum, qui corruptos veterum auctorum locos emendant, sed et hos, qui aliis eos quasi digito commonstrant, operam suam non male collocare.

Hymno in Apoll. v. 42.

Μίλητός τε, Κόως τε, πόλις Μερόπων ἀνθρώπων.

Recte *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* hymn. in Delum v. 160. per *Μέροπας* hoc loco intelligit gentem *Meropum* eo nomine insignitam, quod neque *Barnesium* neque *Clarkium* Juniorem latuit. Sed admissa hac sententia gravis oritur difficultas ex adjecto verbo ἀνθρώπων. Illud enim nomini proprio vix ac ne vix quidem addi posse videtur. Itaque illud ab homine sciolo, qui saepius apud poëtarum patrem μέροπας ἀνθρώπους legerat, profectum esse putem, et nihil aliud in ἀνθρ. latere, quam epitheton Meropum. Forte:

Μίλητός τε, Κόως τε, πόλις Μερόπων ἀγερώχων.

Insigniuntur hoc epitheto Troës et Rhodii apud *Homerum.* Vid. *Hesych.* et *Etymol.* v.

Hymno in Apoll. v. 184. 185.

Ἄμβροτα εἵματ' ἔχων τεθυώδεα· τοῖο δὲ φόρμιγξ
Χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχει ἱμερόεσσαν.

Barnesius pro τεθυώδεα, quod nullo modo ferri potest, reposuit τεθυωμένα. Quam conjecturam ideo non admiserim, quod hoc verbum usurpatur tantum de rebus diis sacris, quemadmodum in locis *Homeri* et *Callimachi* a *Barnesio* excitatis. Simplicior videtur emendatio nostra, qua reponen- (155)
dum censemus:

Ἄμβροτα εἵματ' ἔχων εὐώδεα· — —

Quod exemplis confirmare minutae foret diligentiae.

Hymno in Apoll. v. 520—522.

Ἄκμητοι δὲ λόφον προσέβαν ποσίν, αἶψα δ' ἵκοντο
Παρνησὸν καὶ χῶρον ἐπήρατον, ἔνθ' ἄρ' ἔμελλεν
Οἰκήσειν πολλοῖσι τετιμένος ἀνθρώποισιν.

Si hanc sequamur lectionem, verba haec intelligenda sunt de Apolline, in quo nihil adeo est absurdi. Praestiterit tamen versus hos de Cretensibus accipere et sic reformare:

— — — — — *ἔνθ' ἄρ' ἔμελλον*
Οἰκήσειν πολλοῖσι τετιμένοι ἀνθρώποισιν.

Quae conjectura stabilitur versu 485. 486. ubi Apollo Cretenses ita affatur:

Βουλάς τ' ἀθανάτων εἰδήσετε, τῶν ἰότητι
Αἰεὶ τιμήσεσθε διαμπερὲς ἤματα πάντα.

Hymno in Mercur. v. 15. 16.

Νυκτὸς ὀπωπητῆρα, πυληδόκον, ὃς τάχ' ἔμελλεν
Ἀμφανέειν κλυτὰ ἔργα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

Quid per νυκτὸς ὀπωπητῆρα intelligendum sit, lubens me ignorare fateor, imo dubito, an monstrosum vocabulum ali- (156)
qua analogia defendi possit. Forte locus sic ad pristinam integritatem est reducendus:

Νυκτὸς ὀπηδητῆρα, πυληδόκον· —

Hesychius: Ὀπηδητήρ· σύνοδος. ἀκόλουθος. Jam vero infra Mercurius vocatur νυκτὸς ἑταῖρος v. 290.

Ἐκ λίκνου κατάβαινε, μελαίνης νυκτὸς ἑταῖρε.

Hymno in Mercur. v. 48.

Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.

Nihil erat causae, cur *Clarkius* junior vulgatam tueretur, quae procul omni dubio labem contraxit. Elegans est, nec indigna, quae a *Barnesio* in textum reciperetur, *Vigeri* conjectura κραταιρίνοιο χελ. Propius tamen ad literarum ductus accedemus rescribendo:

Πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.

Empedocles ap. Plut. Symposiac. l. I. p. 618. B.

Καὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων τε χελωνῶν.

Sic ibi malim scribere pro *λιθοῤῥίνων χελύων τε,* vel quod in aliis legitur, *λιθοῤῥίνων τε χελύων.*

Hymno in Mercur. v. 82. 83.

Τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης
Ἀβλαβέως ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα.

(157) Compares licet cum hoc loco fragmentum *Arriani* ap. *Suid.* v. *Λύγος.* Ὡς δὲ ἄπορος αὐτοῖς ἡ διάβασις ἐφαίνετο, ξυναγαγὼν ὁ Βρόντιος τοὺς ἐπιχωρίους, κελεύει ἡγεῖσθαι τὴν ὁδόν, ὅπως εἰώθεσαν αὐτοὶ παρ' ἀλλήλοις φοιτᾶν ὥρᾳ χειμῶνος. οἱ δὲ κύκλους ἐκ λύγων τοῖς ποσὶ περιαρμόσαντες, αὐτοί τε ἀβλαβῶς ἐπήρχοντο κατὰ χίονος πεξομένης ὑπὸ τῶν κύκλων, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις παρεῖχον οὐ χαλεπὴν τὴν πάροδον. Quae prima quidem specie aliquam cum his *Homeridae* habent similitudinem, sed revera tamen differunt plurimum. Quid? si igitur (hariolari enim libet) reponamus:

Ἀβλαύτοις ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα.

Quam facile *υ* in *β* mutato *ἀβλάβτοις* in *ἀβλαβέως* abire potuerit, cuivis facile in oculos incurrit. De v. *ἄβλαυτος* videndus *Hemsterh.* in Obs. Misc. V. V. t. I. p. 23. ubi eam eximie restituit *Philostrato* juniori Icon. V. Eidem, sive potius *Philostrato* seniori ep. XXII. vocabulum *βλαυτίον,* unde hoc nostrum derivatum est, reddi debet. *Τί οὖν,* inquit, *οὐκ ἀνυπόδητος βαδίζεις; τί δὲ τῇ γῇ φθονεῖς, λαυτία καὶ σανδάλια καὶ κρηπῖδες καὶ πέδιλα νοσούντων ἐστι φορήματα.* Scr. *βλαυτία. Hesych.* *Βλαυτία· σανδάλια.* ad quem locum vide interpretes.

Hymno in Mercur. v. 348. 349.

Ἀλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἔχων διέτριβε κέλευθα
Τοῖα πέλωρ' ὡς εἴ τις ἀραιῇσι δρυσὶ βαίνοι.

(158) Donec aliunde exemplum proferatur locutionis *διατρίβειν κέλευθα,* quam inepte interpretantur per *complanare vias,* libens scripserim:

Ἀλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἔχων διέπρησσε κέλευθα.
Sed aliud quoddam consilium habens, iter fecit.

Ita v. 200. *Ἀνέρα ταῖσδ' ἐπὶ βουσὶ διαπρήσσοντα κέλευθον.* Cf. v. 203. Od. *β'.* v. 429. Hymno in Apoll. v. 421. H. in Vener. v. 67.

Ὕψι μετὰ νεφέεσσι θοῶς πρήσσουσα κέλευθον.

Locus vero *Homeri* Od. *β'* v. 404.

Ἀλλ' ἴομεν, μὴ δῆθα διατρίβωμεν ὁδοῖο.

tantum abest, ut vulgatam tueatur, ut potius inde manifeste absurdi possit convinci.

Hymno in Mercur. v. 466—469.

— — *Φιλεῖ δέ σε μητίετα Ζεύς,*
Ἐκ πάσης ὁσίης, ἔπορεν δέ τοι ἄγλαα δῶρα.

Καὶ τιμὰς σέ γέ φασι δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφῆς,
Μαντείας θ', Ἑκάεργε, Διὸς πάρα θέσφατα πάντα.

Bernardus Martinus Var. Lect. l. II. c. 12. sublato post v. 467. puncto, ita locum constituebat:

— — — *ἔπορεν δέ τοι ἄγλαα δῶρα,*
Καὶ τιμάς· Σέ γέ φασι δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφάς.

Hunc sequutus *Barnes.* textum, ut solet, mutavit. Temere (159)
et frustra. Nam praeterquam quod sic nimis abrupta sint verba, mutavit sane *Martin.*, quae omnino retinenda erant, ἐκ Διὸς ὀμφῆς. Ita enim v. 529. Τῶν ἀγαθῶν, ὅσα φημὶ δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφῆς. Itaque mendum unice in vocabulo τιμὰς videtur latere, quod hoc modo tollendum arbitror:

Καὶ φήμας σέ γέ φασι δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφῆς, cet.

Orph. hymno 33. v. 9.

Χρυσοκόμα, καθαρὰς φήμας, χρησμούς τ' ἀναφαίνων.

Nec raro φῆμαι et μαντεῖαι, uti h. l., junguntur. *Plato* Leg. VII. p. 629. B. κατά τινα μαντείας φήμην. Epinom. p. 702. E. κατὰ φήμας τε καὶ μαντείας λεχθεῖσιν. *Philostrat.* V. A. l. III. c. 44. p. 131. — καὶ κατὰ τὰς ἐκείνου φήμας τε καὶ μαντείας ξυνθείς. —

Hymno in Vener. v. 48 — 53.

Καί ποτ' ἐπευξαμένη εἴπῃ μετὰ πᾶσι θεοῖσιν
Ἡδὺ γελοίησασα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ὥς ῥα θεοὺς συνέμιξε καταθνητῇσι γυναιξίν,
Καί τε καταθνητοὺς υἱεῖς τέκεν ἀθανάτοισιν,
Ὥς τε θεὰς ἀνέμιξε καταθνητοῖς ἀνθρώποις.

Nisi quis v. 51. scribere velit: (160)

Αἵ γε καταθνητοὺς υἱεῖς τέκον ἀθανάτοισιν.

Totus versus ejiciendus est, et illuc ablegandus, unde primum pedem intulit. Possumus certe plane carere his verbis. Haec enim poëtae sententia est: *Venerem effecisse, ut dii cum mulieribus mortalibus, et deae cum viris mortalibus rem haberent.*

Hymno in Pana v. 13 — 15.

Πολλάκι δ' ἐν κνημοῖσι διήλασε, θῆρας ἐναίρων,
Ὀξέα δερκόμενος· τότε δ' ἐς σπέος ἤλασεν οἶας,
Ἄκρης ἐξανιών, δονάκων ὕπο μοῦσαν ἀθύρων.

Ita hunc locum ex parte praeclare restituerunt *B. Martin.* Var. L. l. IV. c. 18. et *D. Ruhnk.* Epist. Cr. p. 30. Sed praeterea emendandum:

Ὀξέα κεκλόμενος· τότε δ' ἐς σπέος ἤλασεν οἶας,
Ἄγρης ἐξανιών, δονάκων ὕπο μοῦσαν ἀθύρων.

Prius quam aptum sit venatori, nemini non patet; nec tamen, si quis alterum commoda explicatione tueatur, magnopere obnitar. Posterius unice verum est. *Apollon. Rhod.* l. III.

v. 69. *Θήρης ἐξανιών.* *Reversus a venatione.* *Theocrit.* Id. I. v. 16.

(161) — *Τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες. ἦ γὰρ ἀπ᾽ ἄγρας*
Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντί γε πικρός.

Quem locum imitatus videtur *Philostr.* l. II. Icon. 11. ὅτε δὴ λέγεται καθεύδειν ὁ Πάν, ἐκλελοιπὼς τὴν θήραν.

Hymno in Dianam v. 15—19.

Μουσέων καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέουσα
Ἔνθα κατακρεμάσασα παλίντονα τόξα καὶ ἰούς,
Ἡγεῖται, χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα,
Ἐξάρχουσα χορούς· αἱ δ᾽ ἀμβροσίην ὄπ᾽ ἰεῖσαι
Ὑμνεῦσιν Λητὼ καλλίσφυρον. — — —

Locus hoc modo videtur emendandus:

Ἡγεῖται, χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα,
Ἐξανέχουσα, χορούς. — — —

Gratiosum vestitum circum corpus habens ducit choros, inter quos eminet. Ita Diana depingitur H. in Apoll. v. 197. 198. *Οὔτ᾽ αἰσχρὴ* etc. *Virgil.* Aen. l. I. v. 497—501.

Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros; quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades, illa pharetram
Fert humero, gradiensque Deas super eminet omnes.

Quo loco *Maronem* expressisse *Homerum* Od. Z. v. 102. seqq. notavit *Fulv. Ursinus.*

(162) Hymno in Vestam v. 4—6.

Καλὸν ἔχουσα γέρας καὶ τιμήν· οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ
Εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν᾽ οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε
Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον.

Is. Vossius Obs. ad *Catull.* p. 4. hunc locum non videtur de menda habuisse suspectum, quae tamen satis perspicua est, nec *B. Martinum*, nec *Barnesium*, nec *Jo. Davisium* effugit. Qui singuli diversa institerunt via. Primus horum Var. Lect. l. I. c. 27. legit, *Εἰλαπίναι θνητοῖς· σοὶ δὲ πρώτῃ πυμάτῃ τε, Ἑστίῃ,* et *ἀρχόμενος* explicat per *ἐπαρχόμενος.* Male, si quid video. *Davis.* ad *Cic.* de Nat. D. l. II. c. 27. p. 193. scribendum autumat: *Εἰλαπίναι θνητοῖς, ἵνα σοι πρώτῃ πυμάτῃ τε Ἑστίῃ, ἐρχόμενος* etc. Nec magis prospere conatus successit *Barnesio* legenti, *Εἰλαπίναι θνητοῖς, πᾶς δὲ πρώτῃ πυμάτῃ τε.* Quamvis recte senserit, omnino personam requiri, de qua sermo sit, quaeque et in vulgata lectione et in *Martini* ac *Davisii* conjecturis desideratur. Ne multa, verissimam lectionem nos primum in sedem suam revocamus:

— — — — — *Οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ*
Εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν᾽ οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε

Ἑστίῃ εὐχόμενοι σπένδον μελιηδέα οἶνον.

Verbum σπένδον referendum ad θνητούς. Alterum pluribus exemplis confirmari potest. Homer. Il. π. v. 253.

Ἤτοι ὁ μὲν σπείσας τε καὶ εὐξάμενος Διῒ πατρί.

Similiter Il. Ω. v. 287. Od. Γ. v. 45. et 48. O. v. 258. *Xenophanes* Colophonius apud *Athenaeum* l. XI. p. 462. E. (163)

Χρὴ δὲ πρῶτον μὲν θεὸν ὑμνεῖν εὔφρονας ἄνδρας
Εὐφήμοις μύθοις καὶ καθαροῖσι λόγοις.
Σπείσαντάς τε καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
Πρήσσειν.

Aeschyl. Choëph. v. 147. Τοιαῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς τάσδ' ἐπισπένδω χόας. Adde *Polyaenum* Strateg. l. IV. c. 19. Ὁ μὲν εὐξάμενος καὶ σπείσας ἀνέτεμε τὸ ἱερεῖον. Philostr. V. A. l. II. c. 7. p. 56. Δηλοῖς τῷ σπένδειν τε ἀπ' αὐτοῦ τῷ Διΐ, καὶ ὁπόσα ἐπὶ οἴνῳ εὔχεσθαι. et l. II. Icon. 5. p. 816. Σπένδει μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Ἀρμενίων τροπῇ, καὶ ἡ ἔννοια εὐχομένης. Plura, quam necesse erat, excitavi veterum testimonia, ut doctiores judicent, an inde defendi possit locus *Sophoclis* Philoct. v. 1064 — 1067. [v. 1020 — 1023. *Herm.*] ubi Philoctetes indignabundus Ulyssem ita affatur:

Πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι
Χωλός, δυσώδης; πῶς θεοῖς εὔξεσθ', ἐμοῦ
Πλεύσαντος, αἴθειν ἱερά; πῶς σπένδειν ἔτι;
Αὕτη γὰρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ.

G. Canterus elegantis homo ingenii, pro εὔξεσθ' reponebat ἄρξεσθ'. Quam conjecturam lubens admitterem, si constaret *Sophoclem* locutione illa ἄρχεσθαι ποιεῖν pro simplici ποιεῖν usquam fuisse usum, aut si locus sic esset perpurgatus. Nunc nullus fere dubito, quin scribendum sit:

Πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι (164)
Χωλός, δυσώδης; πῶς θεοῖς ἔξεστ', ἐμοῦ
Κλαύσαντος, αἴθειν ἱερά; πῶς σπένδειν ἔτι;

Hic enim fuerat praetextus Philocteten in Lemno relinquendi, foedum odorem ejus esse intolerabilem, nec licere ipso gemente aut lacrymante diis sacra facere, vel libare. Diserte *Scholiastes* ad h. v.: Τοῦτο γὰρ προφασισαμένου Ὀδυσσέως, ὅτι οὐκ ἔστι θῦσαι τούτου ἐπιστενάζοντος, ἐξέθηκαν αὐτόν. Et Ulysses in initio tragoediae v. 8 — 11. Ὅτ' οὔτε — Βοῶν. στενάζων.

Hymno in Solem v. 10 — 12.

— — — Λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
Αἰγλῆεν στίλβουσι, παρὰ κροτάφων τε παρειαὶ
Λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαρίεν κατέχουσι πρόσωπον.

Pro illis παρὰ κροτάφων τε παρειαὶ monstrose corruptis con-

jiciebam aliquando: *παρὰ κροτάφων τ' ἀμαρυγαί.* Nunc magis placet altera conjectura:

— *Περὶ κροτάφοισί τ' ἔθειραι*
Λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαρίεν κατέχουσι πρόσωπον.

Crines plerumque symbolum sunt radiorum, unde Apollo *χρυσοκόμης* apellatur. Ipsam loquendi formulam quod attinet comparandus *Orpheus* Argon. v. 1217.

(165) — — *'Απὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι*
Πυρσαῖς ἀκτίνεσσιν ἀλίγκιοι ἠώρηντο.

Stratonis epigramma, ab *Albertio* editum ad *Hesychium* V. *ἔθειραι.*

"Ηδη μοι πολιαὶ αἱ ἐπὶ κροτάφοισιν ἔθειραι.

Hymno in Lunam v. 4—6.

Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, πολὺς δ' ὑπὸ κόσμος ὄρωρεν
Αἴγλης λαμπούσης· στίλβει δ' ἀλάμπετος ἀὴρ
Χρυσέου ἀπὸ στεφάνου, ἀκτῆρες δ' ἐνδιάονται.

Infeliciter hoc in loco versatus est *Barnes.*, v. 5. scribens *στίλβει δέ τ' ἀλάμπετος ἀήρ.* et v. 6. *ἀκτῆρες* explicans per *venatores*, vel *ἀκτῖνες* legendum censens. Utrumque vitium hoc modo tollendum videtur:

Αἴγλης λαμπούσης· στίλβει δὲ μελάντατος ἀὴρ
Χρυσέου ἀπὸ στεφάνου, λαμπτῆρες δ' ἐνδιάονται.

De posteriore, quod sponte se probat, non valde ero sollicitus. Prius paulo majoris momenti et ponderis est. *Hesychius: Μελάντατον. μέλαν ὂν κατ' ἐπίτασιν.* Adjectivum *ἀλάμπετος*, si vel metrum admitteret, suspectum foret, ut quod regulis analogiae repugnare videatur, nec usquam alibi occurrat, nisi in scholiis *Sophoclis* ad Oed. Col. v. 1728. [v. 1658. *Herm.*] ubi pro *Εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον*, alii notante *Scholiasta* scripserunt, *ἀλάμπετον.* Perperam procul dubio. Quomodo autem ille *Sophoclis* locus sit constituendus, alii viderint. Reponebam aliquando *γῆς ἀδούπητον βάθρον.* quam vocem saepius adhibuit *Nonnus*,
(166) ut l. I. p. 22. ed. Wech. v. 12. p. 34. l. 13. l. XII. p. 334. v. 5. et alibi. Praeterea hariolabar *γῆς ἀναύγητον βάθρον.* V. *Aeschyli* Prom. V. v. 1027. Sed cum *Pollux* l. III. segm. 98. *ἀλύπητον* tanquam *Sophocli* privum adnotaverit, ampliandum censeo.

Addam unicam emendationem super poëmatio, quo caecitatem suam deplorat *Homerus* adversus Cumanos v. 6. legitur:

Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα, ποτνιάνακτον.

Ultimum vocabulum explicare conatur *Ez. Spanhemius* ad *Callim.* H. in Dian. v. 259. sed procul dubio reponendum:

Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα, ποντοτίνακτον.

CAPUT III.

Oppianus aliquoties emendatur et illustratur. Εὐθύς, ἰθὺς et ἰχθὺς confusa. ἰθύειν et ἰθύνειν. Apollonius Rh. et Scholiastes ejus restituuntur. Ἀκρόλοφος. Τάλαροι λύγινοι. Moeris Atticista correctus. Ἀταλός. Epigramma Stratonis ineditum castigatur. Ἀρνειοὶ et Ἄρνες. Euripides emaculatur. Ἔνδια. Σμαραγή.

In *Oppiani* poëtae non inelegantis carminibus post *Rittershusii* aliorumque curas superest adhuc quod sibi agendum sumant literati. Nos parvum correctionum nostrarum dabi- (167)
mus spicilegium.

Cyneget. lib. I. v. 296.

Πάσσονες εἰσιδέειν, καὶ κρείσσονες εὐθὺς ὀρούειν.

Alii Codd. notante *Rittershusio* habent *μείζονες εὐθύς*, alii *ἀμείνονες*. Verum vulgatam praetulerim, modo scribatur:

Πάσσονες εἰσιδέειν, καὶ κρείσσονες ἰθὺς ὀρούειν.

Saepius haec apud *Oppianum* sunt confusa, ut v. 482. l. II. v. 472. ubi pro *ἰθὺς ὀρούει* male in nonnullis *εὐθὺς* legitur. Comparandus l. III. v. 76.

Ὠκύτατα θείει καί τ' ἄλκιμον ἰθὺς ὀρούει.

ut et v. 474. l. IV. v. 84. 187. 218. 400. Hal. III. v. 217. Idem vocabulum restituendum est Hal. l. IV. v. 44.

Ἄλλος ἐπαΐξας πρόμαχος σκάρος ἰχθὺς ὀδοῦσιν
Ὁρμίην ἀπέκερσε — — — — —

Scarum piscem esse omnes noverant. Scribe:

Ἄλλος ἐπαΐξας πρόμαχος σκάρος ἰθὺς ὀδοῦσιν.

Ἰθὺς et *ἰχθὺς* Hal. l. V. v. 144. etiam sunt permutata. Ab *ἰθὺς* derivata verba *ἰθύειν* et *ἰθύνειν*, quae saepius permiscentur, recte distinxit eruditus *Apollonii Rhod. Scholiastes* ad l. II. v. 327. quamvis et ibi librariorum culpa male *ἰθύνειν* pro *ἰθύειν* legatur. *Apollonii* versus est:

Ἀφραδέως ἰθύνετ' ἐπισπόμενοι νεότητι. (168)

Ad quem notat commentator: *Τὸ δὲ ἰθύνειν τὸ ὁρμᾶν σημαίνει. οἱ δὲ ἰθύνειν γράφοντες ἁμαρτάνουσι.* Inepte *Hoelzlinus* pro alterutro *ἰθύνειν* reponendum autumat *εὐθύνειν*. Emendandum et in poëta *ἰθύετ'*, et in *Schol. ἰθύειν.* Cf. ejusd. l. v. 952. v. 1158. l. III. v. 354. et 1058. Optime *Hesychius* *Ἰθύει. βούλεται. ἐφορμᾷ. φέρεται.*

Cyneget. l. I. v. 417.

Ζατρεφέες, πρώνεσσιν ἐοίκοτες ἀγρολόφοισι.

Unica mutata litera reponendum:

Ζατρεφέες, πρώνεσσιν ἐοικότες ἀκρολόφοισι.

Strato in epigrammate nondum edito:

Τοὺς σοβαροὺς τούτους, καὶ τοὺς περιπορφυροσήμους
Παῖδας, ὅσους ἡμεῖς οὐ προσαφειόμεθα.
Ὥσπερ σῦκα πέτραισιν ἐπ' ἀκρολόφοισι πέπειρα
Ἔσθουσιν γῦπες, Δίφιλε, καὶ κόρακες.

Per *γῦπας* et *κόρακας* videtur *Strato* philosophos intelligere, qui adolescentes, quos *σοβαροὺς* et *περιπορφυροσήμους* appellat, corrumpere censebantur.

Cyneget. l. I. v. 526. 527.

Οἵη δ' ἐκ ληΐοιο φέρει θέρος ἀμητοῖο
Βριθομένη πυρῷ τε μεταύλιον εἶσιν ἀπήνη.

Brodaei conjectura *μεσαύλιον* admitti nequit. Literis disjunctis scribendum:

Βριθομένη πυρῷ τε μετ' αὔλιον εἶσιν ἀπήνη.

(169) Quod *Arnaldum*, Lect. Gr. p. 208. ubi ad hunc locum notat, *αὔλιον* etiam pro *stabulo* Graecis usurpari, latuisse miror. *Callimachus* fragm. CXXVI.

Δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων
Αὔλια, καὶ δολιχὰς θῖνας ἐκβλέπετε.

Cyneget. l. II. v. 41. 42.

Οἷα δ' ἐνὶ ξυλόχοις κεχαρισμένα δῶρα φέρουσιν
Ἐν γλυκέροις ταλάροισι παρ' αἰπολίοισι νομῆες.

An calathi *γλύκεροι* possint dici, alii videant. Ab *Oppiani* manu profectum opinor:

Ἐν λυγίνοις ταλάροισι παρ' αἰπολίοισι νομῆες.

Similiter *Homerus* *πλέκτους ταλάρους* dixit Il. *Σ.* v. 568. Od. I. v. 247. *Philostratus* l. I. Icon. 31. p. 809. *Κεράσου δὲ ταῦτα δῶρα, ὀπώρα τις αὕτη βοτρυδὸν ἐν ταλάρῳ· ὁ τάλαρος δὲ οὐκ ἀλλοτρίων πέπλεκται λύγων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ φυτοῦ.* Idem vocabulum reddendum est *Moeridi Atticistae*, cujus novam editionem Mstorum non tantum collatione, sed et excellentis literarum in Gallia statoris *Claudii Sallierii* commentario instructam paramus. Apud *Moerin* [p. 55. p. 41. ed. huj.] legitur *Ἄρριχος. κόφινος πυκνός.* Castigandum: *Ἄρριχος· κόφινος λύγινος. Hesych.*: *Ἄρριχος. κόφινος, ἢ ἀγγεῖον λύγινον.* Cf. *Etymol.* V. qui explicat per *κόφινον οἰσΰϊνον.*

Cyneg. l. II. v. 379. 380.

Λάχνη πορφυρόεσσα δ' ἐπὶ χροὸς ἐστεφάνωται
Πολλή τ' οὐχ ἁπαλή τε, τάχ' αἰγὸς ἂν ἀντιφερίζοι.

(170) In aliis Codd. erat *οὐ καλή* notante *Rittershusio*. Ex utraque lectione vera enascetur:

Πολλή τ' οὐκ ἀταλή τε, ταχ' αἰγὸς ἂν ἀντιφερίζω.

Strato in Anthologia inedita:

Τῶν παίδων, Διόδωρε, τὰ προσθέματ' εἰς τρία πίπτει
Σχήματα, καὶ τούτων μάνθαν' ἐπωνυμίας.
Τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄθικτον ἀκμὴν ἀλάλου ὀνόμαζε
Κοκκωτὴν φῦσαν ἄρτι καταρχομένην,
Τὴν δ' ἤδη πρὸς χεῖρα σαλευομένην λέγε σαῦραν,
Τὴν δὲ τελειοτέρην οἶδας, ἃ χρή σε καλεῖν.

v. 1. *Προσθέματα* interprete *Hesychio* *τὰ πυγιαῖα.* v. 3. profert *Salmasius* Exerc. Plin. p. 239. vocem *ἄλαλος* capiens pro *puero, qui per aetatem nondum fari potest.* Sed ita Graeci recentiores; non veteres, quibus *ἄλαλος* est *mutus, elinguis.* Praestat igitur legere:

— — *ἀκμὴν ἀταλοῦ ὀνομάζε.*

Cyneg. l. III. v. 223.

Οὐ γόνον ἰοβόρου παναμειλικτοῖο δρακαίνης.

Serpens *mala gramina pastus* recte dici posset *ἰοβόρος*. Verum illud huc non quadrat. *Rittershusii* conjecturam *ἰοβόλον* lubens amplecterer, si *Oppianus* eo usquam fuisset usus. Nunc reponendam censeo vocem *Oppiano* familiarem:

Οὐ γόνον ἰοφόρου παναμειλικτοῖο δρακαίνης.

Cyneg. l. I. v. 475.

Καὶ θαμινοῖς κυνόδουσιν ἀκαχμένον ἰοφόροισι. (171)

Lib. II. v. 245.

Πικροῖς φυσιόων συρίγμασιν ἰοφόρος θήρ.

Ibid. v. 454. l. III. v. 252. 433. 441. Hal. l. II. v. 422.

Cyneget. l. III. v. 262—268.

Φράζεο δοίω φῦλα δυσάντεα καρχαρόδοντα,
Μηλοφόνον τε λύκον δυσδερκέα τ' αὖθις ὕαιναν,
Τὸν μὲν ποιμενίων καὶ αἰπολίων ὀλετῆρα·
Τὴν δ' ἐχθρὴν σκυλάκεσσιν, ἀρειοτέροις τε κυνέσσι.
Τὸν μὲν νυκτερινὸν διὰ γαστρὸς ἄφυκτον ἐρωὴν
Ἀργεννῶν ἐρίφων τε πολύπλοκον ἁρπακτῆρα,
Τὴν δέ τε νυκτιπόρον καὶ νυκτιπλανῆ τελέθουσαν.

v. 262. pro *δύω* scripsi *δοίω*; nam *Rittershusii* conjecturae minus placebant. Sed versum 267. foedissima deturpat macula, quam callide dissimulavit *Rittersh.*, cum vertit *Alborum haedorum*, *τὲ* non exprimens. Emendandum unice:

Ἀρνειῶν ἐρίφων τε πολύπλοκον ἁρπακτῆρα.

Ita v. 264.

Τὸν μὲν ποιμενίων καὶ αἰπολίων ὀλετῆρα.

Homer. Il. Ω. v. 262.

Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.

Ἀρνειοὶ Homero sunt *agni majores*, notante *Ammonio* p. 24. *Ἄρνες καὶ ἀρνειοὶ διαφέρουσιν. Ἄρνες μὲν γὰρ λέγονται οἱ*

νεογνοί. Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον. Ἀρνειοὶ δὲ οἱ
(172) προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ. Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ, Ὅστ' οἴων μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων. Verum *Oppiano* ἀρνειοὶ in genere sunt *agni*. Sic Cyneg. l. IV. v. 89.

Ἀρνειὸν νεογιλὸν ὑπ' ἀρτιτόκοιο τεκούσης.

et v. 278.

Ἄλλοτε δ' ἀρνειοὺς αὐτῆς ἐδάϊζε δορῇσι.

Alterum ἄρνες restituendum *Euripidi* Iphig. Taur. v. 1222—1225.

Τούςδ' ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
Καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ' ἄρσενας, ὡς φόνῳ φόνον
Μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ' ὅσα
Προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι καὶ θεᾷ καθάρσια.

ubi νεογνοὺς ἄρσενας interpretantur per *juvenes*; sed, si nihil aliud, ipsa metri trochaici ratio legendum docebat:

Καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ' ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον.

Cyclop. v. 205.

Πῶς μοι κατ' ἄντρα νεόγονα βλαστήματα.

Electr. v. 495.

Ποίμνης νεογνὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε.

Cyneget. l. III. v. 277—283.

De lupo et hyaena ita pergit poëta:

(173) Ῥινόν τ' ἀμφοτέροισιν ἐπικλείουσιν ὀδοῦσι
Ῥιγεδανόν, τῆς μέν τε διατμῆξας περὶ ποσσὶν
Εἰ φορέοις, φορέοις σκυλάκων μέγα δεῖμα κραταιῶν,
Καί σε κύνες κείνοισιν ἐπεμβεβαῶτα πεδίλοις
Ἀντίον οὐχ ὑλάουσι, πάρος γέ μιν ὑλακόωντες,
Εἰ δὲ λύκον δείρας, ῥινῶν ἀπὸ τεκτήναιο
Τύμπανον. — — — — — —

Nullus in *Oppiano* locus est, in quo gravius hallucinati sint *Rittershusius* et *Brodaeus*. Ille, cum v. 277. 278. ita reddit: *Nasumque includunt utrisque dentibus terribilem, cujus quidem particulam resecans.* etc. hic, quando v. 278. pro τοῦ legit τῆς. Verum locus emendationis indiget et explicationis. Castigandum videtur:

Ῥινόν τ' ἀμφοτέροισιν ἐπικλείουσι θανοῦσι
Ῥιγεδανόν. — — — — — — —

Quod si non verum, menti saltem poëtae accommodatum satis est. Haec enim est horum verborum sententia: *Et pellem canunt ambobus* (lupo et hyaenae,) *etiam mortuis terribilem esse.* Ἀμφοτέροισιν ad lupum et hyaenam referendum est, ut v. 270.

Εἰδέα δ' ἀμφοτέροις ἀνομοίϊα θηρσὶ δαφοινοῖς.

Ἐπικλείειν hic notat *cantare*, *celebrare*, ut apud *Apollon. Rhod.* l. I. v. 59.

Καινέα γὰρ ζωόν περ ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι.

Ita ibi legendum pro *ἔτι κλείουσιν* e *scholiasta Homeri* ad Il. *A*. v. 264. Denique *θανοῦσι* confirmat v. 287.

Καὶ φθίμενοι γὰρ ὄϊς φθίμενον λύκον ἐῤῥίγασι. (174)

Cyneget. l. III. v. 352.

Τοῖα περὶ στομάτεσσι προσώπατα. τοῖον ὕπερθεν
Νεύει ἐπισκύνιον. τοῖον λαλαγεῦσιν ὀδόντες.

Verbum *λαλαγεῖν* huic loco non satis facit, nec *crepitandi* notionem habet quam ei tribuit *Rittershusius*. Refingendum opinor:

Νεύει ἐπισκύνιον. τοῖον παταγεῦσιν ὀδόντες.

Philostratus l. I. Icon. 28. p. 803. de apro: *Ὁρῶ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα καὶ πῦρ ἐμβλέποντα καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ παταγοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς.*

Cyneget. l. IV. v. 205. 206.

In descriptione venationis leonum Aethiopibus usitatae:

Οἱ δὲ τότ' ἐγκονέουσι πολὺ πλέον· αἶψα δ' ὕπερθεν
Πάντες ἐρυσσάμενοι κρατεροῖσι δέουσ' ὑπὸ δεσμοῖς.

Leni medela reponi debet:

Οἱ δὲ τότ' ἐγκονέουσι πολὺ πλέον· αἶψα δ' ὕπερθεν
Πάντες ἐρεισάμενοι κρατεροῖσι δέουσ' ὑπὸ δεσμοῖς.

Halieut. l. IV. v. 371.

Καὶ μορφὴν καὶ δαῖτα καὶ αὐτῆς εὔδια πέτρης.

Levem errorem commisit *Rittershusius*, quando *εὔδια πέτρης* comparat cum Latinorum *aprica campi*. Amplectendum (175)
omnino est, quod praebet Palatinus I.

Καὶ μορφὴν καὶ δαῖτα καὶ αὐτῆς ἔνδια πέτρης.

Scholiastes reddit *διατριβάς*. *Eustathius* ad Od. *Δ*. p. 180. v. 34. *Ἔνδιον, οὐδετέρως λέγεται καὶ ἡ διατριβή, ὡς δηλοῖ Ὀππιανὸς ἔνδια πέτρης εἰπὼν τὰς διατριβάς.* Quem locum ad *Hesychium* V. citat eruditissimus *Kusterus*.

Halieut. l. IV. v. 569. 570.

Αἱ δ' ὑπὸ μαρμαρυγῆς βαρυηχέος, ἠδ' ὁμάδοιο
Φυξαλέαι θρώσκουσι. — — — — — —

Recte Vir Doctus in Miscell. Obs. Vol. IV. p. 216. restituisse videtur *βαρυηχέος*. Sed ne sic quidem locus erit perpurgatus. Qui enim splendor sonorus dici potest? Versus ita redintegrandus est:

Αἵδε δ' ὑπὸ σμαραγῆς βαρυηχέος, ἠδ' ὁμάδοιο.

Libr. V. v. 243.

Πολλὴ δὲ σμαραγή, πολλὴ δ' ἀνὰ πόντον ἀϋτή.

Similiter l. V. v. 248.

Τῶν μέν τις καὶ τῆλε δυσηχέα δοῦπον ἀκούσας.

(176) Halieut. l. V. v. 342.

Οὐ γὰρ ἀλὸς ῥοθίων τόσσος φόβος, οὐδ' ἀλεγεινῆς
Ἀνδράσι ναυτιλίης καὶ ὀΐζυος, ἣν μογέουσιν,
Αἰεὶ δυσκελάδοισι συνιππεύοντες ἀέλλαις,
Οὐδ' ἅλις ὀλλυμένοις διερὸς μόρος, ἀλλ' ἔτι τοίους
Δαιτυμόνας μίμνουσιν. — — — — —

Levis haec in initio deturpat macula, sed non sine levi sensus detrimento. Certissima emendatio est:

Οὐ γὰρ ἅλις ῥοθίων τόσσος φόβος. —

CAPUT IV.

Euripidis Heraclidae et Helena saepius emaculantur. Ἀνηβᾶν, *repubescere. Versus* νόθοι *notati. Macariam Proserpinae fuisse immolatam docetur.* Ἀυτή. Ἑνὶ λόγῳ. Ἀνόνητοι γάμοι. *Chariton leviter emendatur.* Ἀκονίτως. Κελευστής.

Sponte iterum delabor ad *Euripidem*, cujus hi sunt versus ex Heraclidis v. 172. 173.

Κακῶς γὰρ Ἀργείοισιν οἵδ' ὡπλισμένοι
Μάχοιντ' ἀνηβήσαντες. εἰ δὲ τοῦτό σε.

Cum verbum ἀνηβᾶν semper significet *repubescere*, literis sejunctis emendandum:

Κακῶς γὰρ Ἀργείοισιν οἵδ' ὡπλισμένοι
Μάχοιντ' ἂν ἥβήσαντες. — —

Heraclid. v. 215 — 226. (177)

Ἃ δ' ἐκτὸς ἤδη τοῦ προσήκοντός σε δεῖ,
Τῖσαι λέγω σοι παισί· φημὶ γάρ ποτε
Σύμπλους γενέσθαι τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί,
Ζωστῆρα Θησεῖ τὸν πολυκτόνον μέτα,
Ἅιδου τ' ἐρεμνῶν ἐξανήγαγεν μυχῶν
Πατέρα σόν. Ἕλλας πᾶσα τοῦτο μαρτυρεῖ.
Ὧν ἀντιδοῦναί σ' οἵδ' ἀπαιτοῦσιν χάριν,
Μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
Τῶν σῶν ἀποσπασθέντες, ἐκπεσεῖν χθονός.
Σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρίς, ἔν τε πόλει κακόν,
Ἱκέτας, ἀλήτας, συγγενεῖς· οἴμοι κακῶν,
Βλέψον πρὸς αὐτούς, βλέψον. ἕλκεσθαι βίᾳ.

Versus 222. et 223. a sciolo profecti sunt, qui putabat aliquid ad sententiam desiderari post versum 221. Ὧν ἀντιδοῦναί σ' etc. Sed delendi omnino sunt; nec damnum inde patietur *Euripides*, apud quem supra (v. 99. 100.) iidem versus cum levi discrimine rectissime leguntur.

Heraclid. v. 489 — 491.

Χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε,
Οὐ ταῦρον, οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
Σφάξαι κελεύειν μητρός, ἥτις εὐγενής.

Ita v. 491. distinguit editio Aldina, notante *Barnesio*, cum aliae editiones comma post κελεύειν ponant. Difficilem locum hoc modo refingendum existimarunt *Brodaeus* et *Duportus:*

Οὐ ταῦρον, οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς.

(178) Quam lectionem pro more *Barnesius* satis audacter in textum intrusit. Pessime quidem: nam sic omnia paene vestigia ad veram *Euripidae* manum deprehendendam sunt obliterata. Verum cum nostra etiam conjectura alicui videri posset audacior et nimis a recepta lectione recedens, paucis in antecessum λεπτολογητέον. Ac primo quidem recte animadverterunt homines eruditi, locutionem μητρὸς ἥτις εὐγενής non posse ferri, pro qua dicendum fuisset μητρὸς ἥτις εὐγενοῦς. Vide praeter citata loca Alcest. v. 332. Ion. v. 839. Hercul. v. 843. fragm. Temenis v. 26. *Sophoclis* Ajac. v. 1251. Dein et illud bene observarunt, quemadmodum alibi, ita et hic patris nobilitatem maxime in censum venisse, ut e v. 409. et 514. liquet; unde in eam inciderunt suspicionem et hic scribi debere, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς. Verum ne regeram, violentam hanc esse mutationem, nec solere librarios illa πατρὸς et μητρὸς confundere; ultima locutio ἥτις εὐγενὴς omnino expers vitii est, nec temere mutari debuerat. Ita *Sophocles* Electr. v. 259.

— *Πῶς γὰρ ἥτις εὐγενὴς γυνὴ*
Πατρῷ' ὁρῶσα πήματ' οὐ δρῴη τάδ' ἄν.

et *Euripides* Herc. Fur. v. 1228.

— — *Ὅσας εὐγενὴς βροτῶν.*

Praeterquam, quod, si vel illam admittamus διόρθωσιν, non parva supersit difficultas in verbis σημαίνειν et κελεύειν, quorum alterutrum h. l. friget et abundat. Videtur praeterea nomen deae requiri, cui Macaria esset immolanda, cujus ta-
(179) men nulla hic injicitur mentio. Quibus denique adde hemistichium σφάξαι κελεύειν non tantum hujus trag. v. 409. sed et Iph. Aul. v. 532. et Androm. v. 625. occurrere, quod loco interpolando ansam praebere potuit. Itaque his suffultus rationibus et ab ipso quasi veritatis oraculo admonitus legendum censeo:

Χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε,
Οὐ ταῦρον, οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
Σφάξαι κόρῃ Δήμητρος, ἥτις εὐγενής.

Vides, quam recte in editione Aldina distinctio post μητρὸς sit posita. Sed argumentis est confirmanda haec correctio. Invictum praebet ipse *Euripides* v. 600. 601.

— — *Δυσφημεῖν γὰρ ἅζομαι θεάν,*
Ἧι σὸν κατῆρκται σῶμα, Δήμητρος κόρην.

Ad quem locum eleganter *Barnesius* conjicit, v. 409. et 410. pro

Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρην
Δήμητρί γ', ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς

legendum esse:

Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρῃ
Δήμητρος, ἥτις — — — —

Quod verum videtur, nisi forte quis malit:

Σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον Κόρῃ
Δήμητρί τ' ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς.

Saepius enim hae deae junguntur. Ita Supplic. v. 33. 34. (180)

Μενῶ πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις δυοῖν θεαῖν
Κόρης τε καὶ Δήμητρος. — — —

ubi v. 1. solam Cererem invocaverat Aethra. Alterum argumentum, quod priori adjici potest, hoc est: Erechthea regem Atheniensium simili in casu filiam suam immolasse Proserpinae, quod memoriae prodidit *Demaratus* in *Τραγῳδουμένοις* l. III. apud *Joannem Stobaeum* Floril. tit. XXXVIII. *Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον τῶν Θρᾳκῶν βασιλέα πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθρούς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ, παραγενόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας Θρασυθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν· εἶθ' οὕτω τὴν κόρην προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς ἀνεῖλε, καὶ συμβαλὼν τὸν πόλεμον ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης.* Ridiculus est *Jo. Meursii* error de Regno Attico l. II. p. 114. corrupta *Stobaei* lectione decepti, ubi Erechthei filiam Proserpinam fuisse dictam e *Demarati* fragmento colligit. Iam vero videor mihi audire, qui objiciant argumentum hujus tragoediae adversari huic sententiae meae: *Χρησμῶν δὲ αὐτῷ νικηφόρων γενηθέντων, ἐὰν Δήμητρι τὴν εὐγενεστάτην παρθένων σφάξῃ.* Sed respondeo, *Euripidis* libros ante compositum argumentum potuisse esse mendosos, vel ibi reponi debere *Κόρῃ Δήμητρος*, aut, si hoc minus placeat, *Κόρῃ καὶ Δήμητρι.* Atque hanc quidem emendationem ita nunc mihi videor idoneis arbitris probasse, ut, si pluribus eam confirmarem, vel horum intelligentiae diffidere, vel otio meo abuti merito existimarer.

Heraclid. v. 646. 647. (181)

Τί χρῆμ' ἀϋτεῖς; πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος.
Ἰόλαε, μῶν τίς σ' αὖ βιάζεται παρών.

Interpres hunc in modum latine reddit: *Quam ob rem vociferaris, totum hoc tectum repletum est clamore.* Male, quamvis sententia loci tale quid requirat. Castigandum:

Τί χρῆμ' ἀϋτῆς πᾶν τόδ' ἐπλήσθη στέγος;

Hesychius: Ἀϋτῆς. κραυγῆς, βοῆς. *Apollonius Rhod.* l. I. v. 1051.

Ἐς δὲ πύλας ὁμάδῳ πέσον ἀθρόοι· αἶψα δ' ἀϋτῆς
Πλῆτο πόλις. — — — — — — —

Pergamus ad Helenam.

v. 771.

Ἦ πόλλ' ἀνήρου μ' ἐν ὀλίγῳ, μιᾷ θ' ὁδῷ.

Literis transpositis scribendum:

Ἦ πόλλ' ἀνήρου μ' ἐνὶ λόγῳ, μιᾷ θ' ὁδῷ.

Aristaenetus l. I. ep. 18. p. 47. καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζῃ *Euripides* Herc. Fur. v. 1391.

— Ἅπαντες δ' ἑνὶ λόγῳ πενθήσατε.

ubi alia dabit *Barnesius*.

Helen. v. 890—892.

Κύπρις δὲ νόστον σὸν διαφθεῖραι θέλει,
Ὡς μήτ' ἐλεγχθῇ, μήτε πριαμένη φανῇ
Τὸ κάλλος, Ἑλένης οὕνεκ' ὠνητοῖς γάμοις.

(182) Verba sunt Theonoes ad Menelaum, in quibus magnopere me offendunt ultima, μὴ πριαμένη φανῇ τὸ κάλλος ὠνητοῖς γάμοις, *ne videatur* Venus *formam emisse venali connubio*; nempe εἰδώλῳ Helenae. Quae, si quid video, manifeste sunt absurda. Reponendum opinor:

Ὡς μήτ' ἐλεγχθῇ, μήτε πριαμένη φανῇ
Τὸ κάλλος, Ἑλένης οὕνεκ' ἀνονήτοις γάμοις.

Ita v. 889. hae nuptiae vocantur γάμοι ψευδονύμφευτοι. Nam secundum tragoediae oeconomiam Paris nunquam cum Helena rem habuit, sola imagine gavisus, dum ipsa Helena in Aegypto apud Protea commoraretur. Eodem fere sensu dicuntur ἄγαμοι γάμοι, *innuptae nuptiae*. Et eodem modo ἀνόνητος γάμος de Helena Menelao erepta, Orest. v. 1530—1533.

Πολύπονα δὲ πολύπονα πάθεα
Μενέλαος ἀνασχόμενος,
Ἀνόνητον ἀπὸ Τροίας
Ἔλαβε τὸν Ἑλένας γάμον.

et Alcest. v. 412.

Ἀνόνητ' ἀνόνητ' ἐνύμφευσας.

Chariton l. I. p. 4. lin. 10. Βασιλέων ἀγωνισαμένων αὐτὸς ἀκονίτως τὸν στέφανον ἤρατο, ἀλλὰ ἀνόνητον αὐτῷ γενέσθω τὸ ἆθλον. Sic ibi legendum pro ἀκόντων, pro quo ἀκονιτὶ reponebat *Reiskius*. *Hesychius*: Ἀκονίτως. ἀκοπιάστως. ἀπόνως.

(183) Helen. v. 1398—1400.

Πέπλους δ' ἀμείψας ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς,
Ἃ 'γώ νιν ἐξήσκησα, καὶ λουτροῖς χρόα

Ἔδωκα, χρόνια νίπτρα ποταμίας δρόσου.

Interpretis verba singulatim describere molestum est, nec lectori gratum, aut adeo utile: hoc tamen loco taedium illud devorabo, ut judicari possit, quantum sibi in vetustis auctoribus vertendis permiserint homines imperiti. Ita vero reddit: *Vestibus vero mutatis, alias a me accepit, pro naufraga veste, quibus ego ipsum exornavi*, etc. Qui sensus si e Graecis ullo modo extundi possit, nihil amplius supererit in tota Graecia, quod non facile explicari queat. Nec alibi fere turpius se dedit *Barnesius*, cujus haec sunt verba: „Vel ἄμειψεν legendum, vel certe (quod longe potius duco) est egregia ellipsis, quam eleganter poëta hic ponit, ob subitum Theoclymeni ingressum, unde abrumpere orationis filum cogebatur Helena. etc.“ Nugae! Nam debuisset talis ellipseos exemplum addere, et praeterea docere ἐξασκεῖν τινα ἐσθῆτα Graecum esse, ut et, quo Ἃ in initio versus 1399. referendum sit. Sed quid in re levi diutius moras necto? Scribendum:

Πέπλους δ' ἀμείψασ' ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς,
Ἐγώ νιν ἐξήσκησα, καὶ λουτροῖς χρόα
Ἔδωκα, χρόνια νίπτρα ποταμίας δρόσου.

Quorum versionem adscribere nunc non vacat. Illud observandum λουτροῖς χρόα δοῦναι esse pro δοῦναι λουτρὰ χροΐ. Cum toto hoc loco comparari debet *Sophoclis* Oed. Col. v. 1666 — 1669. de Antigone et Ismena:

Τὼ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον (184)
Πάγον μολοῦσα, τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ
Ταχεῖ πόρευσαν σὺν χρόνῳ, λουτροῖς τέ νιν
Ἐσθῆτι τ' ἐξήσκησαν, ᾗ νομίζεται.

Ubi pro σὺν χρόνῳ forte praestiterit ἐν χρόνῳ.

Helen. v. 1418. 1419.

Καὶ ξυνθάνοιμ' ἄν· ἀλλὰ τίς κείνῳ χάρις
Ξυγκατθανόντι κατθανεῖν; — —

Literae sejungendae sunt:

Ξὺν κατθανόντι κατθανεῖν; —

Helen. v. 1528. 1529.

Nuncius, qui e navi Menelai salvus evaserat, ita scenam aperit, et Theoclymenum alloquitur:

Ἄναξ, τὰ κάκιστ' ἐν δόμοις εὑρήκαμεν,
Ὡς καίν' ἀκούσῃ πήματ' ἐξ ἐμοῦ τάχα.

Pro κάκιστ', quod *Scaliger* obelo confoderat, *Duportus* in margine libri conjecerat, χείριστ', quod metro quidem satisfacit, sed sensui accommodatum non est. Videbat hoc ipsum *Barnesius*, et tamen χείριστ' invita Minerva in textum recepit. Scilicet huic mandes, si quid recte curatum velis. Sententia loci haec est: *Opportunissime Te domi invenimus*, e

Rex, ut statim nova mala ex me cognoscas. Itaque legendum credo:

> *"Αναξ, τὰ κάλλιστ' ἐν δόμοις σ' εὑρήκαμεν,*
> *Ὡς καίν' ἀκούσῃ πήματ' ἐξ ἐμοῦ τάχα.*

(185) Similiter fere Iph. Aul. v. 1106. 1107.

> *Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ' ἔξω δόμων*
> *Εὕρηχ', ἵν' εἴπω παρθένου χωρὶς λογους.*

Helen. v. 1590—1592.

> *'Ανὴρ παρ' ἄνδρ' ἔζονθ', ὑφ' εἵμασι ξίφη*
> *Λαθραῖ' ἔχοντες, ὄρθιά τ' ἐξεπίμπλατο*
> *Βοῆς κελεύθου φθέγμαθ' ὡς ἠκούσαμεν.*

Ultima ὄρθιά τ' etc. interpres ita pro lubitu suo reddit: *Tum vero clari sublati sunt clamores ad iter, ut audivimus.* Verum hac vice condonabitur, cum locus non leviter sit commaculatus. Et versu quidem 1591. ipsa metri ratio errorem indicat, quarta sede anapaestum respuens. Praeterea quid sibi velint ἐξεπίμπλατο ὄρθια φθέγματα βοῆς κελεύθου, nemo explicuerit. Non negaverim ὄρθια φθέγματα alibi optime dici, uti ὄρθια κηρύγματα Iph. Aul. v. 94. *Soph.* Electr. v. 685. Verum illud ipsum huic loco depravando occasionem dedisse videtur. Emendandum certe:

> *'Ανὴρ παρ' ἄνδρ' ἔζονθ', ὑφ' εἵμασι ξίφη*
> *Λαθραῖ' ἔχοντες, ῥόθιά τ' ἐξεπίμπλατο*
> *Βοῆς, κελευστοῦ φθέγμαθ' ὡς ἠκούσαμεν.*

Ita leni mutatione sensus evadit egregius: *Mare vero implebatur clamore statim ac portisculi vocem audivimus.* Apposite *Chariton* lib. VIII. c. 2. p. 130. lin. 10. et seqq. *Ταῦτα εἴποντος ὁ σαλπιστὴς τὸ ἀνακλητικὸν εἰς τὰς τριήρεις ἐσήμαινε. λάφυρα δὲ καὶ αἰχμαλώτους τῆς προτεραίας ἦσαν ἐντεθειμένοι, καὶ οὐδὲν ἐν τῇ νήσῳ καταλέλειπτο, πλὴν εἰ μή*
(186) *τι βαρὺ καὶ ἄχρηστον· ἔπειτα ἔλυον τὰ ἀπόγαια καὶ ἀγκύρας ἀνῄρουν, καὶ βοῆς καὶ ταραχῆς ὁ λιμὴν πεπλήρωτο, καὶ ἄλλος ἄλλο τι ἔπραττε.* Conferendus *Virgilius* Aen. l. III. v. 128. et seqq. l. V. v. 141. et inprimis l. IV. v. 408—411.

> *Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus;*
> *Quosve dabas gemitus, quum littora fervere late*
> *Prospiceres arce ex summa, totumque videres*
> *Misceri ante oculos tantis clamoribus aequor.*

De Celeusta videndi praeter *Vossium* in Etymol. V. *Celeustes* et *Portisculus*, *Kuhnius* et *Jungermannus* ad *Polluc.* l. I. segm. 96. quorum posterior egregium adfert *Longi* locum, Pastor. l. III. (c. 21. pag. 91. ed. Schaef.) quem, quia ad rem quam maxime est accommodatus, nostrum faciamus: *Εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς, οἱ δὲ λοιποὶ*

καθάπερ χορὸς ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. Usus eo vocabulo est ipse *Euripides* v. 1611.

— — Ναυάταις δὲ τοῖσι σοῖς
Βοᾷ κελευστὴς τὴν ἐναντίαν ὄπα.

Denique ὡς ita in medio periodi poni solet, ut Bacch. v. 690.

Μυκήμαθ' ὡς ἤκουσε κεροφόρων βοῶν.

et Ion. v. 1424.

Τόδ' ἔσθ' ὕφασμα, θέσφαθ' ὡς εὑρίσκομεν.

(187) # CAPUT V.

Orphei Argonautica corriguntur aliquoties. Ἄπλατοι ὁλκοὶ serpentis. Κόλχοι στυφελοί. Fragmentum Solonis apud Stobaeum emendatur. Θείνειν et θένειν. Euripides quater emaculatur. Oppianus leviter castigatur. Θύνειν. Plures in Orpheo desiderari versus notatur. Quinti Calabri locus sanatur.

Filum observationum mearum in *Orphei* Argonautica, quod supra abruperam, hic resumam et breviter pertexam.

v. 991. 992.

Ἔνθα δράκων ὁλκοῖσιν ὑπὸ πλατέεσσιν ἑλιχθεὶς
Δινεύων ἀνάειρε κάρα βλοσυρόν τε γένειον.

Haud vulgaris est elegantiae haec draconis descriptio; verum, ut ne semel quidem nitorem suum retineret *Orpheus*, fecit librariorum incuria dicam, an inscitia. Certe pro ὁλκοῖσιν ὑπὸ πλατέεσσιν, quae languida sunt et frigidiuscula, reponendum:

Ἔνθα δράκων ὁλκοῖσιν ὑπ' ἀπλάτοισιν ἑλιχθεὶς
Δινεύων ἀνάειρε κάρα βλοσυρόν τε γένειον.

Sic supra v. 927. 928.

(188) Χρυσαῖς γὰρ φολίδεσσιν ἐθείρεται, ἐν δ' ἄρα πρέμνον
Ἀπλάτοις ὁλκοῖσι φορεύμενος ἀμφιπολεύει.

Euripides Herc. Fur. v. 418 — 420.

Δράκοντα πυρσόνωτον,
Ὃς ἄπλατον ἀμφ' ἑλικτὸν ἕλικ' ἐφρούρει
Κτανών. — — — — —

v. 1010.

Ἷξε δ' ὑπὸ στυφελὸν Κόλχων εὐανθέα χῶρον.

Epitheta στυφελὸς et εὐανθὴς non videntur recte posse conjungi; nec solet *Orpheus* duo epitheta uni nomini addere. Scribe:

Ἷξε δ' ἐπὶ στυφελῶν Κόλχων εὐανθέα χῶρον.

Aeschylus Pers. v. 78. 79.

Ὀχυροῖσι πεποιθὼς Στυφελοῖς ἐφέταις.

Leviter corruptus *scholiastes Apollonii Rh.* ad l. II. v. 323. Στυφελὴ δὲ ἡ ταραχώδης ἀκτή. Lege: τραχώδης.

v. 1062.

Ὧν περιναιετάει ἐν γῇ Μαιώτιδα λίμνην.

Literis transpositis castigandum putem:

Ὧν περιναιετάει γενεὴ Μαιώτιδα λίμνην.

Obiter emendemus elegantissimam *Solonis* elegiam, quam conservavit *Stobaeus* Floril. tit. IX. v. 31. 32.

Ἦλυθε πάντως, αὐτίκ' ἀναίτια ἔργα τίνουσιν (189)
Ἢ παῖδες τούτων, ἡγεμόνων ὀπίσω.

Vir Illustris reponebat, ἤ γε γόνων, proxime ad literarum vestigia. Sed debuisset casus accusativus sequi, non genitivus; displicet praeterea γέ. Verius, ni fallor, licet pristinae lectionis ductibus non satis inhaerens, ita legendum conjeci:

Ἢ παῖδες τούτων, ἢ γένος ἐξοπίσω.

Tyrtaeus apud *Stobaeum* Floril. tit. VI. v. 15. 16.

Καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,
Καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.

Alibi etiam ipse *Solon:*

Καὶ παίδων ζητεῖν ἐξοπίσω γενεήν.

v. 1070.

Λείπομεν ἔνθα καὶ ἔνθα βροτῶν ἀπηνέα φῦλα.

Metrum, quod dimidio pede mutilum est, commode restituetur hoc modo:

Λείπομεν ἔνθα καὶ ἔνθα βροτῶν ἀπερείσια φῦλα.

v. 1184—1188.

Οὐδέ τις ἔγνω ἧσιν ἐνὶ φρεσὶν ὁππόθ' ἄρ' ἐσμέν,
Εἰ μὴ ἐσχατιαῖς ἀκαλαῤῥόου ὠκεανοῖο
Λυγκεὺς εἰσενόησεν. ὃ γὰρ τηλωπὸν ὄπωπε
Νῆσον πευκήεσσαν, ἰδ' εὐρέα δώματ' ἀνάσσης
Δήμητρος περὶ δ' αὖτε μέγα νέφος ἐστεφάνωται.

Nisi quis v. 1185. pro ἐσχατιαῖς malit ἐσχατιάς, locum hoc (190) modo distinxerim et castigarim:

Εἰ μὴ ἐσχατιαῖς ἀκαλαῤῥόου ὠκεανοῖο
Λυγκεὺς εἰσενόησεν, (ὁ γὰρ τηλωπὸν ὄπωπε,)
Νῆσον πευκήεσσαν, ἰδ' εὐρέα δώματ' ἀνάσσης
Δήμητρος· περὶ δ' αὖτε μέλαν νέφος ἐστεφάνωται.

v. 1350. 1351.

Ἠδ' ὡς στεινόμενοι βαρυηχέϊ κύματι πόντου,
Ῥίμφα τε κυανέῃσι βαρυνόμενοι νεφέλῃσιν.

Reponendum procul omni dubio:

Ἠδ' ὡς θεινόμενοι βαρυηχέϊ κύματι πόντου.

Ita v. 496. Κύμασι θεινόμενοι ὑπὸ χειμερίοισιν ἀήταις.
et v. 1031. Θεινόμενος δίναις ἐς κῦμ' ἅλος ἀτρυγέτοιο.

Simplex et primitivum verbum θένειν praeter *Aeschylum*, *Aristophanem*, *Simmiam Rhodium*, *Theocritum*, alios, saepius usurpavit *Euripides*, Rhes. v. 687.

— — Ἆ, ἃ φίλον ἄνδρα μὴ θένῃς.

Cyclop. v. 7. Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορὶ
Ἔκτεινα, — — — — — —

Herc. Fur. v. 949. Κἄθεινε, κέντρῳ δῆθεν ὡς θένων χερί.

(191) Heracl. v. 272. Μὴ πρὸς θεῶν κήρυκα τολμήσεις θένειν.

et v. 738. Δι' ἀσπίδος θένοντα πολεμίων τινά.

Idem verbum bis restituendum est in tragoedia hac ultima, v. 685. 686.

Ἰολ. Τί δ' οὐ σθένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;
Θε. Σθένοις ἄν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.

Ubi loci sensum vidit interpres, versum 685. ita interpretatus: *Quid an non possem et ego per clypeum aliquem hostium vulnerare?* Sed multa pro more adjecit. Scribi debet:

Ἰολ. Τί δ' οὐ θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος;
Θε. Θένοις ἄν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.

Locutio θένειν δι' ἀσπίδος respondet *Q. Calabri* δι' ἀσπίδος οὐτᾶν δουρί l. III. v. 312. quamque praeterea reperire licet in fragmento *Euripidis* ex Autolyco priore, quod conservarunt *Athenaeus* Deipnos. l. X. c. 2. p. 413. C. et *Galenus* in Metecphrasi Menodoti. Invehitur ibi poëta in athletas v. 16—21.

Τί γὰρ παλαίσας εὖ, τί δ' ὠκύπους ἀνήρ,
Ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
Πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ
Θένοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας.

(192) Ita ibi legendum e duabus pravis lectionibus, *Athenaei* θείνοντες et *Galeni* θέοντες, una formata bona, secus ac existimabat Illustris *Grotius* in Excerptis, qui *Galeni* lectionem praeferens hoc modo Latine reddidit:

An forte, cum res praelii est, discum manus
Tenebit, aut per scuta cursantes pede
Infesta pellent fine de patrio agmina?

Est enim haec tragici sententia: *illine, qui discum didicerant jactare, illo instrumento in praelio essent usuri; num vero veloces pede aliquid juvaret velocitas pedum in bello, ubi hostes per clypeos vulnerandi et patria ejiciendi erant.* Est et quartus *Euripidis* locus ad manum, ubi verbum θένειν revocandum videtur, Phoeniss. v. 771—773.

Καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν,
Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης, ἑλεῖν δορὶ,
Κτανεῖν θ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.

Cl. *Abreschius* Anim. ad *Aeschylum* p. 16. 17. tentabat, καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἐλθεῖν δορί. Verum locus e Cyclope

supra excitatus in eam me induxit opinionem, ut castigandum arbitrer:

> *Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης θένειν δορί,*
> *Κτανεῖν θ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.*

Sed alia super hoc loco est *Valckenaerii* mei sententia, quam cum ipse Vir praestantissimus in nova hujus tragoediae, quam parat, editione brevi explicaturus sit, inde peti malim, quam ex verbis meis. In *Oppiani* Hal. l. III. v. 136. pro:

> *Εἰς πέδον, αὐτίκ' ἔπειτα κάρη τείνοντες ἐς οὖδας.* (193)

auctoritate MS. et *scholiastae* qui explicat *κρούοντες*, rescribendum:

> *Εἰς πέδον αὐτίκ' ἔπειτα κάρη θείνοντες ἐς οὖδας.*

Quod in Palatino II. legitur, *θένοντες*, admitti potest, modo pro *κάρη* reponatur *κάρηνα*. Sed revocat nos *Orpheus* noster v. 627. 628.

> *Αὐτὰρ ἐπείγ' ὀθόνας ἀκάτου πλήρωσεν ἀήτης,*
> *Θεῖνε διαπρήσσουσ' ἁλιμυρέα κύματα πόντου.*

Amicus quidam meus pro *θεῖνε* legebat *θεῖε*, quod et mihi in mentem venerat; cui conjecturae non uno loco favet ipse *Orpheus* v. 487. 732. 1181. 1204. 1255. 1288. et 1342. et inprimis *Homerus* Odyss. *B.* v. 404. Verum, cum hanc imperfecti formam nondum habuerim obviam, praetulerim:

> *Θῦνε διαπρήσσουσ' ἁλιμυρέα κύματα πόντου.*

Ita v. 1366. 1367.

> *Καί ῥ' οἱ μὲν πλώοντες ἐϋκτιμένην ἐπ' Ἰωλκὸν*
> *Θῦνον. ἐγὼ δ' ἱκόμην ἐπὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.*

Haec fere sunt praecipua, quae in hisce Argonauticis observaram, haud pauca relinquens aliorum ope redintegranda. Nec facile sine codicibus MSS. pristinam recuperabit hoc poëmation elegantiam. Nam saepissime accidit, ut versus interciderint, quos solo ingenio restituere difficile foret et temerarium. Quod cum non animadvertissent homines eruditi, (194)
in multis *Orphei* locis tentandis mirum quantum aestuarunt, nec hilum profecerunt laborando. Unum alterumve exemplum subjicere quid vetat? Sic inter versus 162. et 163.

> *Πειρεσίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.*
> *Πηνειὸς μίσγων ξυνὸν ῥόον εἰς ἅλα πέμπει.*

non est dubium, quin versus perierit. Idem accidit v. 221—223.

> *Αὐτὰρ δὴ Πελίαο Φεραίοθεν ἤλυθ' ἄνακτος*
> *Ἀγχιστεύς. νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας γεγένητο,*
> *Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' Ἡρώεσσιν ἐλάσσαι.*

Laudatissimus *Valckenaerius* Anim. ad *Ammonium* l. I. c. I. p. 5. et 6. tentabat hoc modo:

> *Αὐτὰρ δ' Αἰσονίδαο Φεραίοθεν ἤλυθ' Ἄκαστος*

Ἀγχιστεύς. νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας τε γέγηθε, vel *λελίητο*
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' ἡρώεσσι πελάσσαι.

Ultima quin vere sint restituta, nemo sanus est, qui dubitet. Aliam viam ingressus est *Ger. Horreus*, *τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον*, Anim. Sacris Profan. l. l. c. 13. qui, postquam varias conjecturas protulerat, tandem eo delapsus est, ut locum non emendatione, sed explicatione indigere censeret. Musis profecto invitis. Necessaria omnino est Acasti mentio, quod rectissime perspexerunt *Canterus*, *Vossius*, et, quem primum nominare debueram, *Valckenaerius*. Sed cum Pelias *κατ' ἐξοχὴν* poëtis dicatur *βασιλεύς*, *ἄναξ*, *rex* Latinis, in vocabulo *ἄνακτος* mendum haud quaesiverim. Itaque
(195) prope extra dubitationem positum putem, versum inter 221. et 222. librariorum negligentia intercidisse, hujus vel similis sententiae, *Tum vero e Pheris venit Peliae regis* filius Acastus, qui erat Jasonis *cognatus*. An?

Αὐτὰρ δὴ Πελίαο Φεραίοθεν ἤλυθ' ἄνακτος
Κοῦρος ἐὼν ἔτ' Ἄκαστος, Ἰήσονος Αἰσονίδαο
Ἀγχιστεύς. νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας λελίητο
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' ἡρώεσσι πελάσσαι.

Si quis tamen in *ἄνακτος* nomen Acasti latere credat, nihilominus nonnulla deesse statuendum est. Ita etiam inter versus 970. et 971. versus periisse videtur:

Αὐτίκα δ' ἐξ ἀΐδαο διὰ φλογὸς ἠέρθησαν
Δειναί, θαμβήτειραι, ἀπήνεες, ἀπροσόρατα.

Clarissimus *Bernardus* ad *Demetr. Pepagom.* p. 85. pro *δειναὶ* reponebat *ποιναί*, eleganti sane conjectura. Sed verius putem, quod dicebam, versum desiderari, in quo Erinnyum facta sit mentio. Sunt etiam alia loca, in quibus idem evenisse videtur; sed haec speciminis ergo sufficiant. Nec tantum *Orpheo* illud accidit, verum etiam aliis poëtis, in quibus nullum saepe indicium est lacunae. Uno in praesenti defungar exemplo. In *Q. Calabri* poëmatis frequentes sunt lacunae, aliquando ab interpretibus notatae, sed nonnunquam etiam non animadversae; quo factum est, ut viri docti turpiter offenderint. Lib. VIII. v. 40. et seqq.

(196) *Ἀμφὶ Νεοπτολέμοιο βίην ἄμοτον μεμαῶτες*
Λευγαλέοις σφήκεσσιν ἐοικότες, αἵ τε κλονήσει
Χηραμοῦ ἐκποτέονται, ἐελδόμεναι χρόα θείνειν
Ἀνδρόμεον, πάντες δὲ περὶ στέγος ὁρμαίνοντες
Τεύχουσι. — — — —

Rhodomannus pro *αἵ τε κλονήσει* conjiciebat *αἱ κοτέουσαι*. *Pauwius* primum ineptiens, dein conjicit, *αἵ τε κλονοῦσαι*, vel *αἳ κλονέουσαι*. Cum vero videret sequi *πάντες ὁρμαίνοντες*,

ibi etiam *πᾶσαι ὁρμαίνουσαι*, vel *οἵ τε* et *ἐελδόμενοι* scribendum judicabat, omittens suum *κλονέουσαι*. Pessime. Locus hoc modo constituendus fuerat:

Λευγαλέοις σφήκεσσιν ἐοικότες, οὕς τε κλονήσει
* * * * * * * * * * *
Χηραμοῦ ἐκποτέονται, ἐελδόμενοι χρόα θείνειν
Ἀνδρόμεον. — — — — —

De cujus veritate ne quis dubitet, en locum similem l. XIII. v. 54—57.

Οἵ ῥα τότ' ἀμφ' αὐτοῖσι κατήϊον ἄλλοθεν ἄλλοι
Θαρσαλέοις σφήκεσσιν ἐοικότες, οὕς τε κλονήσει
Δρύτομος, οἱ δ' ἄρα πάντες ὀρινόμενοι περὶ θυμῷ,
Ὄζου ὑπεκπροχέονται, ὅτε κτύπον εἰσαΐουσιν.

Comparandi *Homerus* Il. *II.* v. 259. et sqq. *Apollon. Rhod.* l. II. v. 130. et sqq. Sed manum de tabula.

---

(197) # CAPUT VI.

Apollonius Rhodius ope ingenii aliquoties et e MS. frequenter emendatur. Πολυλήϊος. Φορεύς. υ et οι. Hesychius corrigitur. Ἐρίγηρυς. Ἔπαυλος. Valerius Flaccus tentatur. Λάχος et λέχος confusa. Fragmentum Diogenis Tragici apud Athenaeum emaculatur. Ῥόμβος. Ὅρκια πιστώσασθαι. Verborum Εἰμὶ et sum elegans usus. Ἀνωγή. O et E. Orpheus de Lapid. castigatur. Q. Calaber. restituitur. Ἄγχουρος. Θέσθαι ἄκοιτιν. Φόρκος. Alia.

Orpheo jungamus alium Argonauticorum scriptorem, qui etsi non adeo graves nec tam frequentes corruptelas expertus est, non tamen prorsus librariorum scelestas manus effugit, *Apollonium Rhodium.* In quo poëta si non multa ingenii ope praestiterimus, nonnulla saltem egregia ipsique profutura expromemus e codice Guelferbytano, cujus collationem, quae singularis ejus est humanitas, in usus meos concessit *Joannes Augustus Ernesti*, Germanorum, qui haec sacra tractant, facile princeps. Est ille codex membranaceus, in forma quarta, ut vocant, seculi, ut Viro Cl. videbatur, undecimi, et continet non multas quidem, sed nonnullas tamen minime spernendas lectionum varietates. Manifesta librarii peccata huc transscribere instituti non est nostri; nec minuta quaeque, v. c. ubi ν ephelcysticon additur vel omittitur, ubi ϑ' pro δ', ας pro ης, αῖς pro ῇς occurrit, et
(198) contra, annotare, operae pretium duximus. Illa igitur tantummodo dabimus, quae vel sua se bonitate perspicue commendant, vel acutioribus occasionem aliud excogitandi praebere possint, intermixtis paucis emendationibus nostris.

Lib. I. v. 51.

Οὐδ' Ἀλόπῃ μίμνον πολυλήϊοι Ἑρμείαο Υἷέες.

Conjiciebam *πολεμήϊοι*, sed codex praefert *πολιληΐου*, unde forte scribendum est:

Οὐδ' Ἀλόπῃ μίμνον πολυληΐῳ Ἑρμείαο Υἷέες.

Solet enim hoc epitheton plerumque regionibus et urbibus tribui. Ita l. I. v. 580.

Αὐτίκα δ' ἠερίη πολυλήϊος αἶα Πελασγῶν.

v. 937. *Τυτθὸν ἀπὸ Φρυγίης πολυληΐου ἠπείροιο.*

et l. IV. v. 267. *Ἦμος ἔτ' ἠερίη πολυλήϊος ἐκλήϊστο*

Μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.

Et ita *πολυλήϊοι Αἱμονιῆες* l. II. v. 509. Similiter etiam l. I. v. 830. Lemnos dicitur *βαθυλήϊος*.

Lib. I. v. 60. *Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων Ἤλασ' ἀριστήων*. MS. pro *σφέας* habet *σφόδρα*.

— I. v. 106. Pro *Θεσπιέων* in MS. legitur *Θεσπέσων*, eodem fere errore, quo in *Orphei* Argon. 121.

— I. v. 115. *Φλείας* MS. *Φιλίας*. male pro *Φλίας*. (199)

— I. v. 132. de Hyla:

Πρωθήβης ἰῶν τε φορεὺς φύλακός τε βιοῖο.

Notanda videbatur codicis lectio, *ἰῶν τε πορφεύς*, ex qua forte aliud quid extundi poterit: quamvis alterum equidem non mutandum censuerim. *Philostratus* Junior Icon. 17. *Θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίου, ὅτε καὶ φορεὺς εἶναί οἱ τῶν τόξων*.

— I. v. 182. *Κεῖνος ἀνήρ*. Probum et antiquum, quod codex suppeditat, *Τῆνος ἀνήρ*.

— I. v. 213. *Ἐσχατιῇ*. MS. *Ἐσχατιαῖς*.

— I. v. 225. *Πατρὸς ἑῆος*. MS. *ἑοῖο*.

— I. v. 323. *Πασσυδίῃ*, ubique in MS. *πανσυδίῃ*.

— I. v. 346. *ἀναστήσασθαι*. Cod. *ἀναστήσεσθαι*.

— I. v. 356. *ἐϋκρίναντας*. MS. *ἐϋκρίνοντας*.

— I. v. 358. *κατὰ κληῗδος*. MS. *κατὰ κληῗδας*.

— I. v. 371. *ὅσον περιβάλλετο χῶρον*. ita MS. pro *χῶρος*.

— I. v. 416. *Τοὶ δ' ἄρ' ὀπίσσω*. In codice vitiose scriptum est, *σὺ δ' ἄρ' ὀπίσσω*. forte pro *σοί*. Saepissime enim *υ* et *οι* a librariis confusa sunt. e. gr. apud *Hesychium*: *Ἐριγήροις. Μεγαλοφώνοις*. Cum omnia derivata a *γῆρυς* desinant in *υς*, non in *ος*, emendandum: *Ἐρίγηρυς. Μεγαλόφωνος*. Glossa semel corrupta, nec interpretatio vitii expers mansit.

— I. v. 441. *Ἐντάδε κῶας ἔχοντας*. MS. *ἄγοντας*, quod et scholia agnoscunt.

— I. v. 513. Pro *λήξαντος* MS. *πλήξαντος*.

— I. v. 542. *Ἀφρῷ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κελαινὴ κήκιεν ἅλμη*. Paulo rotundior erit versus, si MS. lectionem adsciscamus: (200)

Ἀφρῷ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κελαινὴ ἐκήκιεν ἅλμη.

— I. v. 548. *Νῆα καὶ ἡμιθέων ἀνδρῶν μένος*. in MS. *γένος*.

— I. v. 549. *ἐπ' ἀκροτάτησι* recte MS.

— I. v. 551. *Ἀθηναίης Ἰτωνίδος*. MS. *Ἰρινίδος*, quod quid sibi velit, non extrico. Vulgatam confirmat *Etym. M.* col. 479. l. 52.

— I. v. 553. *ἐρετμά*. MS. *ἐρετμούς*. Ceterum a v. 560. ad 860. lacuna est in codice.

— I. v. 798—800. *Εὖτε Θόας ἀστοῖσι πατὴρ ἐμὸς ἐμβασίλευε,*

Τηνίκα Θρηϊκίων, οἵ τ᾽ ἀντία ναιετάουσι,
Δήμου ἀπορνύμενοι λαοὶ πέρθεσκον ἐπαύλεις.

Duplicem versus 800. contraxit labem, quarum prior in *δήμου* sponte oculos ferit. Quae sane vox non tantum maximam huic loco infert difficultatem, sed etiam prorsus absurda videtur. Posterius vitium haeret in *ἐπαύλεις*, quod tamen neque ego, neque alius quispiam facile suspectum habuisset, nisi in scholiis legeretur: *Ἐπαύλεις. τὰς ἐπαύλεις, τὰς μάνδρας, ἢ καταχρηστικῶς τὰς οἰκίας τῶν Θρᾳκῶν ἐπόρθουν οἱ Λήμνιοι.* Nihil enim causae erat, cur vocem *ἐπαύλεις* repeteret Criticus. Diu est, cum emendandum videram:

Λήμνου ἀπορνύμενοι λαοὶ πέρθεσκον ἐπαύλους.

(201) Et similiter in *scholiasta*: *Ἐπαύλους. τὰς ἐπαύλεις.* Postea non parum hanc conjecturam meam confirmatam vidi a codice Florentino, in quo *ἐναύλους* pro *ἐπαύλεις* legi testatur Cl. *Dorvillius* Comment. ad *Chariton.* p. 137. qui tamen verum non vidit. *Hesychius*: *Ἐπαύλους. ἐπαύλεις, μάνδρας.* quod ex *Homeri* Odyss. Ψ. v. 358. sumtum esse notat Praestantiss. *Alberti.* Prior correctio *Λήμνου* simplicitate sua adeo videtur commendabilis, ut verbum de ea addere necesse non sit.

Lib. I. v. 856—860.

Αὐτίκα δ᾽ ἄστυ χοροῖσι καὶ εἰλαπίνῃσι γεγήθει,
Κάπνῳ κνισσήεντι περίπλεον. ἔξοχα δ᾽ ἄλλων
Ἀθανάτων, Ἥρης υἷα κλυτὸν ἠδὲ καὶ αὐτὴν
Κύπριν ἀοιδῇσιν θυέεσσί τε μειλίσσοντο.

Libro quidem IV. v. 1665. de Medea legitur:

Ἔνθα δ᾽ ἀοιδῇσιν μειλίσσετο. θέλγε δὲ κῆρας.

Mirum tamen, ni poëta hoc loco dederit:

Κύπριν λοιβῇσιν θυέεσσί τε μειλίσσοντο.

Ita l. II. v. 694. *Νῦν δ᾽ αὔτως κνίσσῃ λοιβῇσί τε μειλίξασθαι.* Sic etiam l. II. v. 925. Cf. *Homer.* Il. I. v. 495. 496. De eadem hac re locus est *Valerii Flacci* perdifficilis, l. II. v. 329—331.

Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Deicit, insuetis et jam pia munera templis
Reddit, et hac prima Veneris calet ara juvenca.

(202) Cum nulla personae, quae haec sacra fecerit, fiat mentio, dubium esse ait Cel. *Burmannus*, an haec ad Hypsipylen, an vero ad Iphinoen sint referenda. *Pius* de Polyxo intelligebat. Sed haec nimis dura videntur. Vel nonnulla desiderari statuendum est, vel scribendum:

Protinus ingentem procerum dux nomine taurum
Deicit. — — — — — — —

Fieri enim potuit, ut, cum poëta alibi saepe dicat *sub nomine*, illud loco corrumpendo ansam dederit. Comparandus hujus libri v. 611.

Tum pelago vina invergens dux talibus infit.

Lib. I. v. 874. *ἐσανδρώσῃ*. MS. *ἐπανδρώσῃ*.
— I. v. 882. pro *ἀμέργουσιν* male in MS. *ἀμέλγουσιν*. Ita supra in scholiis v. 211. pro *ἄνθη ἀμέλγουσαν* lege *ἀμέργουσαν*.
— I. v. 917. Quod conjecerat *Arnaldus* Lect. Gr. l. II. cap. ult. p. 237.

Ἀῤῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας.

pro *ἀῤῥήκτους*, codex confirmat, probatque *Dorvill.* in *Charit.* p. 476.
— I. v. 934. *νηὸς ἰούσης*. MS. *νυκτὸς ἰούσης*. Cf. v. 1015.
— I. v. 955. 956.

Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἑ λ κ ύ σ α ν τ ε ς
Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο.

Scholiastae verba, *τὸν ἀντὶ εὐναίας καὶ ἀγκύρας λίθον, διὰ τὸ βέβρωσθαι ἐκ τῆς θαλάσσης, ἀπολύσαντες ἕτερον ἔλαβον*, lucem praeferunt ad veram scripturam revocandam: (203)

Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐ κ λ ύ σ α ν τ ε ς.

— I. v. 981. Hinc ad v. 993. hiatus in codice.
— I. v. 1059. *Τρὶς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι δινηθέντες.* Amplectenda est codicis scriptura *σὺν τεύχεσι*, quam etiam agnoscit *scholiastes.*
— I. v. 1082. *Ὦλλοι μέν ῥα πάρος δεδμημένοι εὐνάζοντο*

Ὕπνῳ ἀριστῆες πύματον λέχος. — —

Rectissime in MS. legitur *πύματον λάχος*, quod *scholiasta* confirmat, et ipse poëta l. III. v. 1338.

Ἦμος δὲ τρίτατον λάχος ἤματος ἀνυμένοιο.

Sic codex pro *ἀνομένοιο*: sed vitiose ibidem *λέχος* pro *λάχος* praeferens. *Moschus* Europa v. 3.

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς.

— I. v. 1122. pro *ἐῤῥίζωντο* melius MS. *ἐῤῥίζωνται*.
— I. v. 1132. pro *ἐργώλας*, quod recte in *ἐριώλας* mutavit Magnus *Hemsterhusius* ad *Lucian.* T. I. p. 287. monstrosum codex prodit vocabulum *ἑωρτάς*.
— I. v. 1139. *Ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.* (204)
Male in MS. *τυμπάνῳ* et *ἱλάονται*. Ceterum hinc emendabis fragmentum *Diogenis* tragici apud *Athenaeum* l. XIV. p. 636. B.

Τυπάνοισι καὶ β ό μ β ο ι σ ι καὶ χαλκοκτύπων
Βόμβοις βρέμουσας ἀντίχερσι κυμβάλων.

Pro posteriore *βόμβοις Casaubonus ὁ πάνυ* reponebat *βρόμοις*. Perperam. Castigandum:

Τυπάνοισι καὶ ῥ ό μ β ο ι σ ι καὶ χαλκοκτύπων

Βόμβοις βρέμουσας ἀντίχερσι κυμβάλων.

Philaenus in epigrammate a Cl. *Kustero* ad *Suidam* v. *Θίασος* edito:

Στρεπτὸν Βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μυῶπα.

Lib. I. v. 1167. *τετρηχότος.* MS. *τετρυχότος.*

— I. v. 1208. *Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὥς καὶ οἱ ὕδωρ.* Codex, *Δίζετο τε κ. ἱ. ῥ. ὥς κεν οἱ ὕδωρ.*

— I. v. 1224. pro *ῥόον* in MS. est *ῥίον.*

— I. v. 1267. *ἄλλοτ' ἄπαυστος.* Monstrose MS. *τὰ παστός.*

— I. v. 1342. *ἔολπα δ' ἔτι σε καὶ ἄλλῳ.* Codex *δέ τοι* et v. seq. *δηρίσασθαι.*

— I. v. 1351 — 1353.

Τοῖο δὲ ῥύσι' ὄπασσαν ἀποκρίναντες ἀρίστους
Υἱέας ἐκ δήμοιο, καὶ ὅρκια ποιήσαντο,
Μή ποτε μαστεύοντες ἀπολλήξειν καμάτοιο.

(205) Non satis mihi arridet, *ὅρκια ποιήσαντο*, pro quo, nisi fallor, restituendum est:

Υἱέας ἐκ δήμοιο, καὶ ὅρκια πιστώσαντο.

Hom. Od. O. v. 435. *Ὅρκῳ πιστωθῆναι, ἀπήμονά μ' οἴκαδ' ἀπάξειν.*

Cf. Hymn. in Mercur. v. 533. Il. Z. v. 233. Φ. v. 286. *Aeschyl.* Choëph. v. 977.

— — *Ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασι.*

Lib. II. v. 38. *Ἀλλ' ὁ μὲν ἢ ὀλοοῖο Τυφώεος, ἠὲ καὶ αὐτῆς*
Γαίης εἶναι ἔϊκτο πέλωρ τέκος. — —

Elegans est lectio MS. *Ἀλλ' ὁ μένος ὀλοοῖο Τ.* sed vulgatam non temere mutarim.

— II. v. 55. *Τῶν δ' ἔτι ὅν κ' ἐθέλησθα.* Codex *Τῶν δέ κεν*, quod praestat, nisi pro vulgatis scribere malis, *τῶν δέ τοι, ὅν κ' ἐθέλησθα.*

— II. v. 65. Pro *αὖ Ἄρητός* in MS. *αὐταρκτός.*

— II. v. 67. *ἐν ἱμᾶσι. ἐν* deest. Recte.

— II. v. 78. pro *Τῇ ῥ' ἄμοτον.* MS. *Στῇ ῥ' ἄμοτον.*

— II. v. 101. 102. 103.

Τοῦ δὲ πάρος κολεῶν εὐήκεα φάσγαν' ἑταῖροι
Ἔσταν ἐρυσσάμενοι. πρῶτός γε μὲν ἀνέρα Κάστωρ
Ἤλασ' ἐπεσσύμενος κεφαλῆς ὕπερ. — —

Ita MS. pro *ἀρυσσάμενοι*, quod forte vitium typorum est. v. 103. pro *ἐπεσσύμενος* scriptum est *ἐπεσσύμενον.* Verum v. 102. mendam latere putem in *μὲν ἀνέρα;* requiritur enim,
(206) si quid video, nomen proprium viri, quem Castor vulneraverit. Scribo igitur:

— *Πρῶτός γε Μελάνορα Κάστωρ*
Ἤλασ' ἐπεσσύμενος κεφαλῆς ὕπερ. —

Lib. II. v. 120. ἔνθορε μέσσῳ. Codex μέσσον, quod amplectendum videtur.
— II. v. 160. ἀνῆπτο. MS. ἀνῆπτον. Non male.
— II. v. 205. ἀβληχρῷ. MS. ἀμβληχρῷ.
— II. v. 210. Pro κρυερῇ MS. κρυεροῖο. An κρυεροῦ?
— II. v. 231. pro κε MS. καί, et pro ἐπίσχει legit ἴαει, quod quid sit, nescio.
— II. v. 234 — 237.

Τὰς μὲν θέσφατόν ἐστιν ἐρητῦσαι βορεάο
Υἱέας· οὐδ' ὀθνεῖοι ἀλαλκήσουσιν ἐόντες.
Εἰ δὴ ἐγὼν ὅ πρίν ποτ' ἐπικλυτὸς ἀνδράσι Φινεὺς
Ὄλβῳ μαντοσύνῃ τε, πατὴρ δέ μ' ἐγείνατ' Ἀγήνωρ.

Hanc quidem si admittamus scripturam, sensus loci erit, Boreae filios, qui Phinea ab Harpyis liberarent, illud non facturos erga peregrinum omnino, sed erga illum qui affinitate ipsis junctus erat; si quidem Phineus esset, qui Cleopatram ipsorum sororem in conjugio habuerat. Sed, utcunque locus hac ratione defendi possit, nihilominus certum videtur, reponi debere:

Εἰμὶ δ' ἐγὼν ὁ πρίν ποτ' ἐπικλυτὸς ἀνδράσι Φινεὺς
Ὄλβῳ μαντοσύνῃ τε, πατὴρ δέ μ' ἐγείνατ' Ἀγήνωρ.

Solent ita veteres heroës, ut et ipsi aliquando dii, a poëtis introduci, se genusque suum indicantes. *Homerus* Od. I. v. 19. 20.

Εἴμ' Ὀδυσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν (207)
Ἀνθρώποισι μέλω, καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Batrachom. v. 17. rana, herois personam gerens:

Εἰμὶ δ' ἐγὼ βασιλεὺς Φυσίγναθος, ὃς κατὰ λίμνην
Τιμῶμαι, βατράχων ἡγούμενος ἤματα πάντα.

Homeridas h. in Apoll. v. 480.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ Διὸς υἱός, Ἀπόλλων δ' εὔχομαι εἶναι.

H. in Bacchum v. 5. 6.

Εἰμὶ δ' ἐγὼν Διόνυσος ἐρίβρομος, ὃν τέκε μήτηρ
Καδμηῒς Σεμέλη, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα.

Orpheus Argon. v. 80. 81.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ Μινύαισι πανέξοχον αἷμα λελογχὼς
Θεσσαλὸς Αἰσονίδης. — — — — —

Virgil. Aen. l. I. v. 378. 379.

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super aethera notus.

Similiter *Nonnus* Dionys. l. III. p. 110. ed. Wech. ad fin. l. VII. p. 222. v. 12. *Coluthus* v. 277. 278. alii. *Philostratus* V. A. l. III. c. 21. *Εἰμὶ γάρ σοι ἐκεῖνος*, ubi prave scriptum fuerat *εἰ μή*.

Lib. II. v. 246. Pro ἀφραδίῃσιν MS. ἀτροπίδῃσιν. l. — πίῃσιν.

quam lectionem in vetustis etiam exemplaribus se invenisse notat commentator Graecus.

Lib. II. v. 260. *Δαίμονες, οἵ μηδ' οἶδε θανόντι περ εὐμενέοιεν.* MS. *οἵ μηδ' ὧδε θανόντι.* Recte.

(208) — II. v. 261. pro *ἕπεται* MS. *ἔσσεται.* Bene *Hoelzlinus* corrigit, *ἕψεται.*

— II. v. 277. *ὅτ' ἐς Φινῆα.* Codex *ὅτε σφιν νῆα.*

— II. v. 358. *Παφλαγόνων, τοῖσίν τ' Ἐνετήϊος ἐμβασίλευσε Πρῶτα Πέλοψ.* Pro *τ' Ἐνετήϊος* MS. *μενεδήϊος*, quod non aspernandum videtur. Cf. huj. l. v. 114.

— II. v. 374. 375. *Μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν.* In MS. scribitur, *μετά τε* et *ἔχοντες.*

— II. v. 439. pro *προσέειπεν* MS. *μετέειπεν.* contra v. 469. *προσηύδα* pro *μετηύδα.*

— II. v. 472. *Τοῖος ἐὼν ὧδ' ἦλθεν.* MS. *δεῦρ' ἦλθεν.*

— II. v. 558. 559.

— — *Οἱ δ' ὑπ' ἀρωγῇ*
Τίφυος Ἀγνιάδαο θελήμονα ποιήσαντο
Εἰρεσίην. — — — — —

Scribendum: — — — *οἱ δ' ὑπ' ἀνωγῇ.*

Ita l. I. v. 1134. 1135.

— *Ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ*
Σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὀρχήσαντο.

Scholiastes: τῇ τοῦ Ὀρφέως παρακελεύσει.

— II. v. 624. *Τῖφυ, τί μοί τοι ταῦτα παρηγορέεις ἀχέοντι.* MS. *Τῖφυ, τί ἤμοι.* Lege: *τίη μοι ταῦτα.*

— II. v. 688. *Εἰ δ' ἄγε δὴ νῆσον μὲν ἑῴου Ἀπόλλωνος.* Praestat MS. lectio: *Εἰ δ' ἄγε τοι δὴ νῆσον ἑῴου Ἀπόλλωνος.*

— II. v. 723. *Ἀκραεῖ ζεφυρῷ.* MS. *Εὐκραεῖ.* Vulgatam sequitur *Etymol. M.* col. 52. lin. 5.

(209) — II. v. 739 *ἀϋτμὴ Πήγυλις.* In MS. *Πυλιγίς.* Simili codicis scriptura deceptus est *Etymologus*, *Πήλυγις* exhibens col. 670. lin. 39.

— II. v. 880. *Ὣς φάτο. τοῖο δὲ θυμὸς ὀρέξατο γηθοσύνῃσιν.* Agnoscit hanc lectionem *scholiastes.* Praeplacet tamen altera, quam praefert codex, *ἀέξατο.*

— II. v. 945. *Ἐνθάδε αὖτε.* Recte MS. *Ἐνθένδ' αὖτε.*

— II. v. 980. *ὁ δ' ἄμφαδον ἄμμιγα παύροις Πόντον ἐς ἄξεινον κυρτὴν ἀπερεύγεται ἄκρην.* Quam lectionem a *scholiasta* observatam fuisse, notavit *Ruhnkenius* Ep. Cr. II. p. 26. praebet MS. *κυρτὴν ὑπερεύγεται ἄκρην.* Comparandi v. 371. et l. IV. v. 1242.

— II. v. 1091. *περάτης εἰς οὔρεα γαίης.* MS. *οὔατα.*

— III. v. 29. Pro *αἰνεσίῃσιν* MS. *ἐννεσίῃσιν.* Vox *Apollonio*

valde frequentata. Vide l. I. 956. II. 1112. 1170. III. 478. 817. 941. 1363. IV. 646. 774. 1445. Scriptura et hic et alibi passim variat. Sed ubique scribendum est, *ἐννεσίαι*. Nam *εἰνεσίαι* et *αἰνεσίαι* librariorum imperitiae debetur.

Lib. III. v. 58. pro *ἠδ' ἄλλοι* MS. *οἰθ'*. v. 66. pro *μέγα* MS. *μάλα*.

— III. v. 73. MS. *δι' ἐκπροαλὸς* pro *διεκπροαλές*. Cf. *Arnald.* Lect. Gr. l. II. c. 17. p. 141.

- III. v. 163. *Ἠέλιος πρώτησιν ἐρεύγεται ἀκτίνεσσι.* Quod conjecerunt *H. Stephan.* et *Arnald.* Animadv. p. 76. *ἐρεύθεται*, a MS. confirmatur.

— III. v. 234. *κεκμηκότα* MS. *κεκμητα.* L. *κεκμηότα.* Ita l. IV. v. 1459. MS. *κεκμηότας*.

— III. v. 275. pro *ἵξεν* MS. *ἦξεν*. Forte: *ἦξεν*.

— III. v. 277. *τέλλεται.* MS. *πέλλεται.*

— III. v. 287. *πυρὶ εἴκελον.* MS. *φλογὶ ἴκελον.*

— III. v. 298. *Βάλλεν ὑπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα.* Recte MS. *ἐπ' Αἰσονίδην*, ut jusserat *Arnald.* L. Gr. l. II. c. 17. p. 241. v. 291. pro *κατείβετο* pessime MS. *κατήγετο.*

— III. v. 376. pro *νέεσθε* MS. *νέεσθαι*, quam lectionem se- (210)
quitur *scholiastes.*

— III. v. 455. *Οἷά τ' ἔειφ'.* MS. *οἷά τ' ἔφηθ'.*

— III. v. 499. *χαλκέοις σὺν τεύχεσιν.* MS. *σύν τ' ἔντεσιν.*

— III. v. 524. Perbene MS. *Μητρὸς ἐμῆς ἔσσεσθαι ἐναίσιμον ἄμμιν ἀρωγήν.*

— III. v. 571. *Μηκέτι δηθὰ κρύπτεσθαι πτήσσοντας ἀϋτήν.* MS. pro *δηθὰ* exhibens *δὴν* verae scripturae vestigia conservavit. Hoc enim modo versus elumbis et omni paene caesura carens constituendus est: *Μηκέτι δὴν κρύπτεσθαι ὑποπτήσσοντας ἀϋτήν.*

— III. v. 637. *Δείδια, μή μέγα δή τι φέρει κακὸν ἥδε κέλευθος.* MS. *Δείδια, μή τι πῆμα φέρῃ*, quod e glossemate natum existimem. Aliquando enim explicatio vocis rarioris in MS. legitur, pro ipsa voce. Ita l. I. v. 1292. pro *κῦδος* MS. *κλέος*. l. II. v. 254. *γέρων* pro *γεραιός*. v. 577. pro *τρόμος* MS. *φόβος*. l. III. v. 551. *πότμον* MS. *μόρον*. v. 561. *λεύσαντες* MS. *βλέποντες*. v. 806. *πάσαιτο* MS. *γνώσαιτο*. l. IV. v. 947. *οἶδμα* MS. *κῦμα*. v. 980. *λαῖτμα* MS *κῦμα.*

— III. v. 651. pro *τηΰσιοι* MS. *τηϋσίην.*

— III. v. 707. *Σὺν δὲ κάρη κόλποις περικάββαλον.* Utrum MS. lectio *περικάββαλεν*, an vulgata praeferenda sit, dubitem. Literarum *O* et *E* affinitas dici vix potest, quantos saepe pepererit errores. Ex hoc fonte remedium exspectat *Orpheus* de Lapid., de Neuritide v. 1 — 4.

Ἔνθεν ἔχων ἐδάην καὶ Βακχικὰ Νευρίταο (211)

Δῶρα λίθου, Βρομίῳ κεχαρισμένα. τόν περ ἔχοντες
Ἄνθρωποι θυέων τε καὶ ἀράων ἀΐουσιν
Οὐρανίδαι.

Castigandum: — — — *τόν περ ἔχοντος*
Ἀνθρώπου, θυέων τε καὶ ἀράων ἀΐουσιν
Οὐρανίδαι. — — — — —

Lib. III. v. 764. pro *ἐνισκήψωσιν* eleganti variatione MS. exhibet *ἐνιχρίμψωσιν.*

— III. v. 825. pro *δήνεα* MS. *μήδεα.*

— III. v. 834. pro *ἀργυρέην* MS. *ἀργυφέην.* quod merito probat *Hoelzlinus.*

— III. v. 887. pro *νηὸν* MS. *νειόν.*

— III. v. 900. *συναρέσσεται ἠδὲ μενοινᾶ.* Ita MS. pro *συναρέσσετε τήνδε μενοινήν.* V. D. in libri sui ora correxerat: *συναρήξετε τήνδε μενοινήν.*

— III. v. 912. pro *μοῦνον* codex *νόσφιν.* Eleganter.

— III. v. 941. *συνέριθος ἀέθλων.* MS. *συνάριθμος.*

— III. v. 986. *Ἀμφότερον δ', ἱκέτης ξεῖνός τ' ἔτι ἔνθαδ' ἱκάνω.* Optime MS. *ξεῖνός τέ τοι ἔνθαδ' ἱκάνω.*

— III. v. 996. pro *ὑπελύσατ'* MS. *ὑπέλυσεν*, quod praetulerim.

— III. v. 1019. *περὶ ῥοδέοισιν ἐέρσῃ.* MS. *περ ἰῤῥοδέεσσιν ἐέρσῃ.* pro *περιῤῥοδέοισιν.* Vide Vannum Criticam p. 335.

— III. v. 1088. Pro *ἀθανάτοις* MS. *ἀθανάτων.*

— III. v. 1171. pro *μέλλοντο* MS. *μελέοντο.* quomodo etiam correxerat V. D. in margine libri sui.

— III. v. 1208. pro *δαῖε* MS. *σαῖνε*, quod quid sibi velit, ignorare me fateor.

— III. v. 1214. Pro *σμερδάλεοι* MS. prave *σμερδαλέοισι.* Con-
(212) trario fere modo peccatum est in *Q. Calabro* l. V. v. 78. 79.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὑδρηλοί τε καὶ εὐθαλέες λειμῶνες
Ἔσκον ἀπειρεσίοιο κεκασμένοι ἄνθεσι ποίης.

Turpis macula, nec editoribus animadversa, sic tollatur.

Ἔσκον ἀπειρεσίοισι κεκασμένοι ἄνθεσι ποίης.

— III. v. 1329. *Δηρὸν* MS. *δυναιόν.* pro *δηναιόν*, quod metrum aspernatur.

— III. v. 1334. pro *βαθμὸν* codex *λαιόν*, unde alii forte veram *Apollonio* manum restituent.

— III. v. 1385. *Ὡς δ' ὁπότ' ἀμφ' οὔροισιν ἐγειρομένου πολέμοιο.* MS. *ἀγκούροισιν.* An *ἀγχούροισιν*? quo vocabulo utitur *Orpheus* Argon. v. 122. *Hesychius*: *Ἀγχούρους. γείτονας.* ubi vide Clar. editorem.

— III. v. 1392. 1393.

Πίπτον δ' οἱ μὲν ὀδὰξ τετρηχότα βῶλον ὀδοῦσι
Λαζόμενοι πρηνεῖς. οἱ δ' ἔμπαλιν, οἱ δ' ἐπ' ἀγοστῷ.

Vix alius in *Apollonio* locus est difficilior, cui tamen nihil opis aut lucis adfert codex, nisi quod pro *τετρηχότα* male exhibeat *τετρηχότε*. Qui enim uno loco ὀδὰξ et ὀδοῦσι consistere possunt? Capiebam aliquando de dentibus serpentis ab Jasone satis; quod nec ipsum satisfacit. Forte scribendum:

> *Πίπτον δ' οἱ μὲν ὀδάξ, τετρηχότα βῶλον ὅπλοισι*
> *Λαζόμενοι πρηνεῖς.*

Cadebant vero hi quidem proni, dentibus terram, armis horrescentem, mordentes. Cf. v. 1354. 1355. *Euripides* Phoen. (213)
v. 684—686.

> *Ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ*
> *Πάνοπλον ὄψιν ὑπὲρ ἄκρων*
> *Ὅρων χθονός.* — — —

Lib. IV. v. 57. *ἄντρον*. MS. *οὖρον*. An *οὖρος*?
— IV. v. 79. pro *δὲ* in MS. *δέον*. Similiter v. 134.
— IV. v. 95—97.

> *Δαιμονίη, Ζεὺς αὐτὸς Ὀλύμπιος ὅρκιος ἔστω*
> *Ἥρη τε ζυγίη, Διὸς εὐνέτις, ἦ μὲν ἐμοῖσιν*
> *Κουριδίην σε δόμοισιν ἐνιστήσασθαι ἄκοιτιν.*

Unice emendandum:

> *Κουριδίην σε δόμοισιν ἐνὶ θήσεσθαι ἄκοιτιν.*

Nunquam enim reperias *στήσασθαι ἄκοιτιν*, sed passim *θέσθαι*. Vid. l. III. v. 243. et l. IV. v. 1083. *Κουριδίην θήσεσθαι ἐνὶ μεγάροισιν ἄκοιτιν.*
— IV. v. 196. hoc modo in codice legitur: *Γαίης, αὐτῶν θ' ὑμείων ἐπαρωγὸν ἐοῦσαν.*
— IV. v. 199. pro *ἄλλοι* cod. rectius *ἀλλ' οἱ.*
— IV. v. 204. pro *ἀφορμῇ* MS. *ἐφετμῇ*. Versus vero 205. totus abest.
— IV. v. 303. pro *δ' αὖτ'* MS. *δῆτ'*.
— IV. v. 324. pro *Καυλιακοῖο* codex *Καυκασιοῖο*. Receptam lectionem praeter *Stephan. Byz.* V. *Καυλικοί*, tuetur *scholiastes* ad h. l. qui et ipse in aliis exemplaribus reperit *Καυκασιοῖο*. Verba ejus leviter sic transpone: *Πολλοὶ δὲ γράφουσιν — ἀντὶ τοῦ Καυλιακοῖο, Καυκασιοῖο.* Hinc manifeste deprehenditur putidus *Berkelii* error, qui ad *Stephan.* l. c. ita *scholiasten* cepit, quasi is *Καυλιακοῖο* positum dixisset pro *Καυκασιοῖο*. De quo doctus ille criticus ne per somnium (214)
quidem cogitavit.

Lib. IV. v. 363. *ἐφ' ᾧ πλόος ὔμμιν ἐτύχθη.* MS. *ἔπειτ' ἐπαΐστος ἐτύχθην.*
— IV. v. 416. Ita in codice, *Αὐτὰρ ἔγωγε τεὰς αὐτὸν ἐς χεῖρας ἱκέσθαι.*

Lib. IV. v. 493. *Ἔνθα δὲ ναυτιλίης πυκινῆς πέρι μητιάασκον Ἑζόμενοι βουλήν.* Optime MS. *πυκινὴν — βουλήν.* *Homer.* Od. *B.* v. 55. etc.

— IV. v. 577. *μέγαν χόλον.* Codex elegantius *βαρὺν χόλον.*

— IV. v. 599. *πολυβενθέος.* Codex *βολυανθέος.*

— IV. v. 604. pro *ἐφημέναι* MS. *ἀείμεναι.*

— IV. v. 608. pro *ὕδατα* Cod. *οἴδατα.* An *οἴδματα?*

— IV. v. 627. *βαθύν.* MS. *βαρύν.*

— IV. v. 673. *ὅμον δέμας.* MS. *ὅλον δέμας* et pro *ἀπ'* etiam *ἐπ'.*

— IV. v. 693. *ἀΐξαντες.* MS. *ἀΐξαντε.*

— IV. v. 709. *ἱκεσιάων.* MS. *ἱκεσίῃσι.*

— IV. v. 712. 713. *Ἡ δ' εἴσω πελάνους μείλικτρά τε νηφαλίῃσι Δαῖεν ἐπ' εὐχωλῇσι παρέστιος.* Codex: *Ἡ δ' εἴσω πελάνους μελίκρατά τε νηφαλίῃσι Καῖεν.* Qua lectione nihil pulchrius, nihil verius. Vide *Polluc.* l. VI. segm. 17.

— IV. v. 741. *Ἕλλαδος ἤθεα γαίης.* MS. *ἔσχατα.*

— IV. v. 763. *φύσας.* MS. *φύσσας.*

— IV. v. 800. *ἅπαντα.* Cod. *ἕκαστα,* quod poëtae nostro familiare est.

— IV. v. 807. *Τέκνα δὲ φυτήσαιο.* MS. proxime vero, *τέκνα τε φυτύσαιο* pro *φιτύσαιο*, quemadmodum recte correxit Cl. *Lennepius* Anim. ad *Coluth.* p. 89.

(215) — IV. v. 810. *νημερτέα μῦθον ἐνίψω.* Venusta est MSti lectio, *θυμηδέα μῦθον ἐνίψω.*

— IV. v. 828. 829. *Σκύλλης Αὐσονίης ὀλοόφρονος, ἣν τέκε Φόρκυν, Νυκτιπόλος θ' Ἑκάτη.* Eximie codex: — *ἣν τέκε Φόρκῳ Νυκτιπόλος Ἑκάτη.* Altera lectio illis debetur, qui caesuram non perspiciebant. Terminatio *Φόρκος*, a Latinis praesertim recepta, occurrit apud *scholiasten* ad l. IV. v. 1515. *καὶ πρῶτον μὲν ἡγεῖται αὐτῷ πρὸς τὰς τοῦ Φόρκου γραίας.*

— IV. v. 865. *ἐδύσσατο βενθέα πόντου.* In MS. *ἐσήσατο,* quod si leviter in *ἐσήλατο* mutes, absurdum non erit. Vid. v. 878. Sed recepta praestat mea quidem sententia, quia praecedit *ἄϊδηλος.*

— IV. v. 918. de Buta: *Ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα Κύπρις, ἔτ' ἐν δίναις ἀ ν ε τ ρ έ ψ α τ ο καί ῥ' ἐσάωσε.* E MS. vestigiis *ἀνερέψατο* revoca pristinam lectionem *ἀ ν ε ρ ε ί ψ α τ ο.* Vide supra l. I. v. 214. ubi pro *ἀνερείψατο* codex mendose *ἀνεθρέψατο.*

— IV. v. 946. *πυθμένι.* MS. *κευθμῶνι.* Forte, *κεύθμονι.*

— IV. v. 974. *καλάβροπα.* MS. *καλαύροπα.* Consule Eruditissimum *Lennepium* Anim. ad *Coluth.* p. 69.

Lib. IV. v. 985. ἔπος. MS. λόγος. ex glossa, puto.
— IV. v. 994. Recte ἀγανῇσιν. MS.
— IV. v. 1065. *Μυρομένης*. MS. *Μνωομένη*.
— IV. v. 1072. *Κουριδίη — δάμαρ*. Sic MS. rectius pro κουρίδιον.
— IV. v. 1089. *Λίην γὰρ δύσζηλοι ἑαῖς ἐπὶ παῖσι τοκῆες*. MS. *Αἰὲν γὰρ δύσζηλοι ἑαῖς περὶ π. τ.*
— IV. v. 1115. ἐπιφροσύνῃσιν. MS. ἐφημοσύνῃσιν. Quod amplectendum unice. Alterum hoc sensu, vereor, ut Graecum sit.
— IV. v. 1122. ἀγγείλειεν. MS. ἀγγείλοιεν. (216)
— IV. v. 1157. ἀρίδηλος. Vere MS. ἀΐδηλος. Nugatur hic *Hoelzlinus*.
— IV. v. 1209. *Δὴ τότε δὴ βασιλῆος ἑοῦ τρομέοντες ἐνιπάς*. MS. *Δὴ τότε μιν βασιλῆος ἑοῦ τρομέοντας ἐνιπάς*.
— IV. v. 1229. *Κουρῆτιν*. MS. *Κουρήτων*. uti corrigebat *Hoelzlin*. Sed vide *Steph. Byz.* V. *Κούρης*. ibique *Berkel.*
— IV. v. 1243. ἐνέωσε τάχιστα. MS. ἐνέωσεν ἄγεσθαι, quod *scholiastes* etiam observavit in aliis legi.
— IV. v. 1291. ἕκαστος. MS. ἕκαστοι. v. 1298. λιγέα pro λιγέως.
— IV. v. 1336. ἀρείων. MS. ἀρίστη.
— IV. v. 1343. βῆσσαι. Monstrose MS. οὖσσαι,
— IV. v. 1355. pro κεν MS. δή.
— IV. v. 1373. 1374. — ἄμμε φέρουσα *Νωλεμές*. MS. αἰὲν ἔχουσα *Ἡμέας*.
— IV. v. 1388. ἀνέτλησαν. MS. ἀνέπλησαν.
— IV. v. 1412. καλαί. MS. κελαιναί.
— IV. v. 1453. *Γειομόροι*. MS. γειοτόροι.
— IV. v. 1484. μοχθίζοντες. Cod. μοχθήσαντε.
— IV. 1613. 1614. δίκραιρα οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα Κήτεος ἀλκαίη μηκύνετο. Codex: διαίρα οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα Κήτεος ὀλκαίη μηκύνεται. Vid. *Heringa* V. C. Observ. p. 107.
— IV. v. 1618. μέγαν βυθόν. MS. μέσον. et v. seq. ἐν pro ἐπ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδόντες.
— IV. v. 1628. *Ἀργέσταο νότου*. MS. *Πρυμνήταο*.
— IV. v. 1670. Ὄμμασι deest in codice.
— IV. v. 1679. pro σφυρὸν MS. σχεδόν.
— IV. v. 1697. οὐρανόθεν δὲ μελάγχροος, ἤέ τις ἄλλη Ὠρώρει σκοτίη. MS. μελάγχαλος, in quo verae lectionis supersunt vestigia. Scribendum enim cum incomparabili *Hemsterhusio*, οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἤέ τις ᾅδου Ὠρώρει σκοτίη. Prius quoque e MS. restituit *Dorvillius* V. C. Obs. Misc. Vol. IV. (217)
p. 5. et 6.

Lib. IV. v. 1712. *ἀντία νήσου.* MS. *ἐγκόθι νήσου.*
— IV. v. 1714. *Φεῦγεν.* Recte MS. *φέγγεν.*
— IV. v. 1743. *Ἀλλά με Νηρῆος παρακάτθετο παρθενικῆσιν.* Reponendum:

Ἀλλά με Νηρῆος παρακάτθεο παρθενικῆσιν.

Orat enim gleba Euphemum, ut se in mare deponat. Cf. v. 1741. 1750. et seq.
— IV. v. 1749. *πόποι* MS. *πέπον.* et 1750. *ποντῷ δὲ* pro *πόντονδε.*
— IV. v. 1751. *Νῆσον, ἵν' ὁπλότεροι παίδων σέθεν εὐνάσσονται.*
Pro voce ultima, quae sine dubio labem contraxit, vitiosius in codice legitur *ἀνάσσονται.* Facilis tamen correctio ad manum est:

Νῆσον, ἵν' ὁπλότεροι παίδων σέθεν ἐννάσσονται.

Vide v. 1213. *Callimach.* H. in Del. v. 15.
— IV. v. 1763. Abest a codice, et possumus facile illo carere. Hactenus.

CAPUT VII. (218)

Euripidis Hercules Furens emendatur et illustratur. Ἀγαθοὶ et κακοί. Ὑπεκκλέπτειν. Librarios aliquando voces male e superioribus ad inferiora traduxisse, et contra, observatur. Orphei Argonautica corriguntur. Theognis emaculatur. Λύρην, κιθάρην ἐλαύνειν. Ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν. Q. Calaber tentatur. Apollodorus castigatur.

In *Euripidis* Hercule Furibundo non procul ab ipso initio levis menda viros eruditos vehementer vexavit, v. 27.

Ὡς ἦν πάρος Δίρκης εὐνήτωρ Λύκος.

Versum labantem ita reformabat *Jo. Scaliger*:

Ὡς ἦν ὁ Δίρκης τοπάρος εὐνήτωρ Λύκος.

quam conjecturam *Barnesius* in textum admisit. Alia via tentabat *Duportus*:

Δίρκης ὅτ' ἦν πάροιθεν εὐνήτωρ Λύκος.

Sed, si quid video, homines docti in simpulo fluctus excitarunt. Tantum revocanda est, quae exciderat, vocula:

Ὡς ἦν πάρος Δίρκης τις εὐνήτωρ Λύκος.

Ubi τὶς venuste παρέλκει. Persequamur reliqua hujus tra- (219)
goediae.

Herc. Fur. v. 165. 166.

Ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν, γέρον,
Ἀλλ' εὐλάβειαν· οἶδα γὰρ κατακτανών.

Verba haec Lyci non recte cohaerent, *non impudentiam esse, quod Herculis filios occidat, sed cautionem.* Debuisset, *timiditatem non esse, sed cautionem.* Itaque scribamus:

Ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀνανδρίαν, γέρον,
Ἀλλ' εὐλάβειαν. — — — — —

Infra Amphitryon v. 207—210.

— — — Ἕν τί σ' ἡγοῦμαι σοφόν,
Εἰ τῶν ἀρίστων τἄκγον', αὐτὸς ὢν κακός,
Δέδοικας. ἀλλὰ τοῦθ' ὁμῶς ἡμῖν βαρύ,
Εἰ δειλίας σῆς κατθανούμεθ' εἵνεκα.

Hinc Lycus dicitur κακὸς l. l., *timidus*, *instrenuus.* Emendandus v. 495. ubi Megara Hercule invocato, sufficere dicens, si vel sola ejus umbra appareat, addit:

Κακοὶ γὰρ εἰς σέ γ', οἳ τέκνα κτείνουσι σά.

Interpretantur: *improbi enim et timidi sunt in te, qui tuos liberos occidunt.* Inepte. Lege:

Κακοὶ γάρ εἰσί γ', οἳ τέκνα κτείνουσι σά.
Timidi enim sunt, qui liberos tuos occidere volunt.

(220) Hercul. Fur. v. 193. 194.

Θραύσας τε λόγχην, οὐκ ἔχει τῷ σώματι
Θάνατον ἀμῦναι γ' ἂν ἔχων ἀλκὴν μόνον.

Nugatur iterum ad hunc locum *Barnesius*, et turpiter errat; ἂν enim semper corripitur. Forte versus hoc modo redintegrandus:

Θάνατον ἀμῦναι, τήνδ' ἔχων ἀλκὴν μόνον.

Herc. Fur. v. 256. 257.

— — — Ὅστις οὐ Καδμεῖος ὢν
Ἄρχει κάκιστος τῶν νέων ἔπηλυς ὤν.

Aut fallor, aut reponendum:

Ἄρχει κάκιστος ἐγγενῶν, ἔπηλυς ὤν.

Herc. Fur. 268.

Ὦ δεξιὰ χείρ, ὡς ποθεῖς λαβεῖν δόρυ,
Ἐν δ' ἀσθενείᾳ τὸν πότμον διώλεσας.

Difficilis locus, nec interpreti, ut videtur intellectus, diu me frustra exercitum habuit. Dein aliud quaerens incido in locum *Plutarchi*, libro an Seni gerenda sit respublica. Op. tom. II. p. 793. C. ubi hi versus, non nominato *Euripide*, ita citantur:

Ὦ δεξιὰ χείρ, ὡς ποθεῖς λαβεῖν δόρυ,
Ἐν δ' ἀσθενείᾳ τὸν πόθον διώλεσας.

Quam lectionem verissimam credo.

(221) Hercul. Fur. v. 361 — 363.

Πυρσῷ δ' ἀμφεκαλύφθη
Ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας,
Δεινῷ χάσματι θηρός.

Deleto ι subscripto castigandum:

Πυρσῶ δ' ἀμφεκαλύφθη
Ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας,
Δεινῷ χάσματι θηρός.

Ita leo alibi πυρσὸς et πυρσογένειος dicitur. Leviter corruptus *Meleager* Anthol. l. VII. epig. IX. v. 7.

Ἢν δ' ἀγάγῃς τὸν παῖδα, δοραῖς στέψω σε λέοντος
Κώνωψ, καὶ δώσω χειρὶ φέρειν ῥόπαλον.

Legendum: *Ἢν δ' ἀγάγῃς τὸν παῖδα, δορᾷ στέψω σε λέοντος.*

Herc. Fur. v. 467 — 469.

Σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φυλαρμάτων ἄναξ,
Ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος,
Ὡς ἐξέπειθε τὸν κατασπείραντά σε.

Recte animadvertit *Barnesius* desiderari nomen, ἐλπίς, δόξα, vel simile. Sed ellipsis haec dura nimis est. Videtur igitur corrigendum:

Ὡς δόξ' ἔπειθε τὸν κατασπείραντά σε.

Ita v. 460. *Φεῦ. ἦ πολύ με δόξης ἐξέπεισαν ἐλπίδες.*

Herc. Fur. v. 655 — 664. (222)

Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις
Καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,
Δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον
Φανερὸν χαρακτῆ —
ρ' ἀρετῆς. ὅσοισι
Μέτα. καὶ θ ν ά τ ο ι ἐς
Τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίω
Δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους·
Ἁ δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
Εἶχε ζωᾶς βιοτάν.

Frustra in hoc loco explicando sudavit *Barnesius.* Sensu jubente et metro suffragante emendandum:

Φανερὸν χαρακτῆ' —
ρ' ἀρετῆς ὅσοισι
Μέτα. καὶ ἀ γ α θ ο ὶ ἐς
Τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίω
Δίσσους ἂν ἔβαν διαύλους.

Geminam juventutem haberent clarum virtutis indicium viri fortes, et boni duplex vitae curriculum currerent, sed degeneres et mali simplicem haberent vitae modum. Opponuntur *ἀγαθοὶ* et *δυσγενεῖς*, ut v. 665. 666.

Καὶ τῷδ' ἦν τούς τε κακοὺς ἂν
Γνῶναι, καὶ τοὺς ἀγαθούς.

et v. 669. 670. *Νῦν δ' οὐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν*
Χρηστοῖς, οὐδὲ κακοῖς σαφής.

Herc. Fur. v. 767 — 769. (223)

Βέβακεν ἄναξ ὁ κ λ ε ι ν ό ς·
Ὁ δὲ παλαίτερος
Κρατεῖ, λιμένα λιπών γε τὸν Ἀχερόντιον.

Lycus quidem v. 38. et 541. *ἄναξ ὁ κλεινὸς* appellatur, ironice, ut videtur; quemadmodum alibi Aegisthus Elect. v. 327. 776. *Soph.* El. v. 302. Hoc tamen loco unice verum est, quod conjecimus:

Βέβακεν ἄναξ ὁ κ α ι ν ό ς·

Manifeste enim opponitur *ὁ παλαίτερος.* Cf. v. 567.

Πρῶτον μὲν εἶμι καὶ κατασκάψω δόμους
Καινῶν τυράννων. — — — —

Apud *Senecam* Herc. Fur. v. 347. ita Lycus:

— — *Ducet e genere inclyto*
Novitas colorem nostra. — —

Herc. Fur. v. 996. 997.

Ἀλλὰ φθάνει νιν ἡ τάλαιν' εἴσω δόμων
Μήτηρ ὑ π ε κ λ α β ο ῦ σ α, καὶ κλείει πύλας.

Verbum ὑπεκλαβεῖν significatu *eripiendi* vereor, ut Graecum sit. Saltem reponendum: *Μήτηρ ὑ π ε κ κ λ έ π τ ο υ σ α, καὶ κλείει πύλας.*

(224) Sic Electr. v. 286. *Ἆρ' ὃν λέγουσιν αὐτὸν ἐκκλέψαι φόνου.* et v. 540. *Ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν.*

Herc. Fur. v. 1101. 1102.

Ἦ που κατῆλθον αὖθις εἰς ᾅδου μολών,
Εὐρυσθέως δίαυλον ε ἰ ς ᾅ δ ο υ πάλιν;

Interpretis verba ita habent: *Numnam redii iterum ad inferos, Eurysthei reciprocam viam ad inferos profectus?* Quae quisque videt, quam absurda sint; nemini tamen hunc locum suspectum fuisse, est, quod vehementer mireris. Qui enim via inferni *Εὐρυσθέως δίαυλος* dici potest? praeterea *εἰς ᾅδου* repetitum maculam satis perspicue indicabat. Desideratur procul dubio aliquid, quocum construatur genitivus *Εὐρυσθέως*. Hercules enim dicitur omnia *Rege sub Eurystheo* egisse, *Virgil.* Aen. l. VIII. v. 292. *πομπῇσιν ὑπ' Εὐρυσθῆος ἄνακτος*, *Homerid.* H. in Herc. *Λεοντόθυμον.* v. 5. *Εὐρυσθῆος ἐνιπαῖς*, *Oppian.* Cyneg. l. II. v. 113. *Εὐρυσθέως πέμψαντος*, *Eurip.* Alc. v. 67. *Εὐρυσθέως πομπαῖσι*, hujus trag. v. 580. *ἐντολαῖς*, v. 1278. quem locum adscribere juvat.

Ἅιδου πυλωρὸν κύνα τρίκρανον εἰς φάος
Ὅπως πορεύσαιμ', ἐντολαῖς Εὐρυσθέως.

Ultimum hoc etiam *Euripidi* reddendum videtur, et versus ita constituendus:

Ἦ που κατῆλθον αὖθις εἰς ᾅδου μολὼν
Εὐρυσθέως δίαυλον ἐ ν τ ο λ α ῖ ς πάλιν;
(225) *An eandem viam bis decurrens, imperio*
Eurysthei iterum descendi ad inferos?

Quod quam aptum sit toti loco, cuivis facile liquet. Nec est, quod aliquis objiciat violentam hanc esse correctionem, nec ulla literarum similitudine commendabilem. Nam, quamvis haud desint aliae conjecturae, saepius tamen accidit, ut librarii vocem e superiore linea, in quam oculos conjecerant, male ad inferiorem transtulerint, licet nulla ductuum literarum convenientia eos deceperit. Cujus rei nunc nonnulla exempla proferre libitum est. Ita in Augiae isto stabulo, *Orphei* Argon. peccatum est v. 717. 718.

Κραῖνε Λύκος ποταμοῖο φερώνυμος, ὅς ῥ' ὑπέδεκτο
Ἥρωας Μινύας, ξενίῃ δ' ὑπέδεκτο τραπέζῃ.

Non ea erat *Orpheo* verborum penuria, ut idem continuo verbum repeteret. Alterutrum horum debetur amanuensibus. Poëta dignum est et forte verum:

Κραῖνε Λύκος ποταμοῖο φερώνυμος, ὅς ῥ' ὑπέδεκτο
Ἥρωας Μινύας, ξενίῃ δ' ἐγέρηρε τραπέζῃ.

Ita v. 503. Ὅς ῥα φιλοξενίῃ Μινύας ἐγέρηρεν ἅπαντας. Idem remedium adhibendum est *Theognidi* v. 531—534.

Αἰεί μοι φίλον ἦτορ ἀγάλλεται· ὅππότ' ἀκούσω
Αὐλῶν φθεγγομένων ἱμερόεσσαν ὄπα.
Χαίρω δ' εὖ πίνων, καὶ ὑπ' αὐλητῆρος ἀκούων,
Χαίρω δ' εὔφθογγον χερσὶ λύρην ὀχέων.

Pulcherrimum fragmentum ex elegia desumtum non una in- (226)
fecit macula. Et versu quidem 531. sive *ἀγάλλεται*, sive cum aliis *ἰαίνεται* scribas, parum interest. Posterius distichon plus nobis negotii facessit. Quid enim est *ὑπ' αὐλητῆρος ἀκούων*? quid *λυρὴν χερσὶν ὀχέων*? Ultimum hocce vitium recte fortassis sustulit amicus meus, sic rescribendo:

Χαίρω δ' εὔφθογγον χερσὶ λύρην ἐλάων.

Euripides Herc. Fur. v. 350. *Τὰν καλλίφθογγον κιθάραν*
Ἐλαύνων πλήκτρῳ χρυσέῳ.

Antipater Anthol. l. III. c. 25. ep. 44. v. 3.

Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης.

Cui conjecturae si tantum tribuendum est, quantum mihi videtur, totum locum hoc modo ad integritatem reducam:

Αἰεί μοι φίλον ἦτορ ἀγάλλεται· ὅππότ' ἀκούσω
Αὐλῶν φθεγγομένων ἱμερόεσσαν ὄπα.
Χαίρω δ' εὖ πίνων, καὶ ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδων,
Χαίρω δ' εὔφθογγον χερσὶ λύρην ἐλάων.

Nihil certius, nihil verius. *Ἀκούων* ortum est e superiore *ἀκούσω*; id quod etiam accidit in epigrammate *Crinagorae* inter *Jensiana* LXXXI. ubi v. 6. male legebatur *ἀκρορύου* e v. 4. repetitum, sed cum apographo Vossiano aliisque scribendum *ἀρτεμίῃ*. De ipsa loquendi formula similibusque videndi οἱ *πάνυ Graevius* Lect. *Hesiod.* cap. XXI. et *Hemsterhusius* ad *Lucian.* T. I. p. 355. [Dial. Mort. VI. 5.] *Archilo-* (227)
chus apud *scholiasten Aristophanis* ad Aves v. 1426. Ἄιδων ὑπ' αὐλητῆρος. *Callimachus* H. in Del. v. 304.

Οἱ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυχίοιο γέροντος.

Ipse *Theognis* v. 822.

Πῶς ἡμῖν τέτληκεν ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν
Θυμός. — — — — —

Cf. v. 1061. *Ἔστι δὲ κωμάζοντα μετ' αὐλητῆρος ἀείδειν.* Notante enim *scholiasta Aristophanis* l. c. *ὑπὸ* idem est ac *μετά*. Versum vero *Theognidis* 969.

Τέρπεται, οὔτε λύρης, οὔτ' αὐλητῆρος ἀκούων,
Οὔτε Διωνύσου δῶρ' ἐσαειράμενος.

multum ab hoc loco differre, vel mediocriter Graece docti vident.

Aliquando etiam vocabulum ex inferioribus ad superiora traductum est, v. c. in *Q. Calabro* l. VI. v. 385—387.

Κεῖσό νυν ἐν κονίῃσιν, ἐπεί νύ τοι εἶδος ἀγητὸν
Οὔτι λιλαιομένῳ περ' ἐπήρκεσεν, ἀλλά σ' ἔγωγε
Νοσφισάμην βιότοιο, λιλαιόμενόν περ ἀλύξαι.

Fatendum est, quod observat Cl. *Dorvillius* Vann. Crit. p. 589. *Calabrum* repetitionibus earundem vocum scatere; quod poëtae vitium quis temere castiget? Hic tamen sensus postulare videtur:

(228) — — *Ἐπεί νύ τοι εἶδος ἀγητὸν*
Οὔτι ἀγαλλομένῳ περ ἐπήρκεσεν, ἀλλά σ' ἔγωγε
Νοσφισάμην βιότοιο, λιλαιόμενόν περ ἀλύξαι.

Sic l. I. v. 573. *Ὦ γύναι, ὡς ἀλίοισιν ἀγαλλομένη ἐπέεσσιν.*
Ἡμέων ἤλυθες ἄντα, λιλαιομένη πολεμίζειν.

Idem accidit orationis pedestris scriptori, *Apollodoro* Bibl. l. II. c. 4. p. 109. ed. Fabr. *Πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα εἰς Κλεωνὰς ἦλθε, καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ καὶ θύειν ἱερεῖα θέλοντι, εἰς ἡμέραν ἔφη τηρεῖν τριακοστήν. καὶ ἂν μὲν ἀπὸ τῆς θήρας σῶος ἐπανέλθῃ, Διῒ Σωτῆρι θύειν· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, τότε ὡς ἥρωϊ ἐναγίζειν. εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας ἐτόξευσε πρῶτον· ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε. συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε· καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμιζεν εἰς Μυκήνας. καταλαβὼν δὲ τὸν Μόλορχον ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν ἡμέρων ὡς νεκρῷ μέλλοντα τὸ ἱερεῖον ἐναγίζειν, Σωτῆρι θύσας Διῒ ἦγεν εἰς Μυκήνας.* Ubi pro *ἐκόμιζεν εἰς Μυκήνας*, quod e sequenti ortum est, reponendum esse *ἐκόμιζεν εἰς Κλεωνάς*, orationis series et historiae filum perspicue satis docent. Plura similia ad manum sunt, quae adderem, nisi vel sic vererer, ne criticomastiges, difficile hominum genus, haec tanquam temeraria et violenta explodant. Revertor igitur ad *Euripidem*.

Hercul. Fur. 1386. 1387.

Ἔν μοί τι, Θησεῦ, σύγκαμ'. ἀθλίου κυνὸς
Κόμιστρ' ἐς Ἄργος συγκατάστησον μολών.

(229) *Brodaeum* notantem, *Herculem se canem vocare, quasi indignus esset hominis appellatione*, merito castigavit *Barnesius*, recte observans, de Cerbero haec esse intelligenda. Sed Cerberum *ἄθλιον κυνὰ* dici, absurdum plane et ridiculum est. Distinctione mutata lenique emendatione refingendum opinor:

Ἔν μοί τι, Θησεῦ, σύγκαμ' ἀθλίῳ. Κυνὸς
Κόμιστρ' ἐς Ἄργος συγκατάστησον μολών.

Hercules enim erat revera miser, unde saepius se *δύστηνον, ἄθλιον, τάλανα* appellat hac in tragoedia.

CAPUT VIII.

Philostratorum Icones aliquoties corriguntur. Ἐπισαλεύειν τῷ μετώπῳ dicitur coma. Corruptas lectiones una cum bonis in textu remansisse observatur. Plutarchus, Orpheus Hymnis, Anacreon et Apollodorus obiter castigantur. Bacchus Λύσιος, Λύαιος, Νύσιος, Λυσιπήμων. Glossae in textu superstites. Ὅπλον, τὸ αἰδοῖον. Ἀνοιδεῖν de fibris positum. Pollux emendatur et Herodotus. Νεόγονος, Νεογνός, νεογιλός. Διεκπαίειν. Προβολή. Callistratus semel tentatur.

Perelegantes sunt *Philostratorum* Icones, sive descriptiones picturarum veterum, nitidissimo stilo quasi vivis coloribus depictae. In quibus quid praestiterit *Gottfr. Olearius* per totum negligentissime versatus, nostrum non est inquirere. Paucas, quae inter legendum subortae sunt, hic expromam (230) correctiones.

Philostrati Senioris Icon. l. I. Ic. X. p. 729. [p. 19. in. ed. *Jac.*]. Ἡ κόμη δὲ ἡδεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτήν, ἐναλύουσα μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς. Nescio, an cum ἐναλύειν τῷ μετώπῳ comparari possit Latinorum, *inerrare capiti* de crinibus positum. Certe praestat mea sententia: ἐπισαλεύουσα. ut p. 798. [p. 38. *Jac.*] Τὸ δὲ (τῆς κόμης) τῷ μετώπῳ ἐπισαλεύει, τὸ δὲ τῇ ὑπήνῃ ἐπιῤῥεῖ. et p. 872. [p. 120. v. 30. *Jac.*] ἡ κόμη ξανθὴ ἐπισαλεύει τῷ μετώπῳ.

Lib. I. Ic. XI. [p. 20. v. 12. sqq. *Jac.*] Κύκνοι γὰρ δὴ ἀναφυσῶντες ἡδὺ τὸ ἔνθεν ποιήσονται ᾠδὴν τὸ μειράκιον, ἀγέλαι δὲ αὐτῶν ἀρθεῖσαι Καΰστρῳ ταῦτα καὶ Ἴστρῳ ᾄσονται. Observat *Olearius* in illis fluviis frequentiam esse olorum, ut passim e poëtarum locis constat. Et de Caystro quidem illud verissimum est, unde cygnus *Caystrius ales* appellatur. Verum de frigido Istro cygnis celebrato nihil me unquam legisse recordor. Nec dubito, quin verba Καὶ Ἴστρῳ e depravata lectione τοῦ Καΰστρῳ sint orta, adeoque delenda: ἀγέλαι τε αὐτῶν ἀρθεῖσαι, Καΰστρῳ ταῦτα ᾄσονται. Similiter erratum fuerat V. A. l. VIII. c. 19. in cod. Urbinate, ubi ἐν σπονδαῖς ἐν σπονδαῖς legebatur, quorum posterius merito omisit *Olearius*. Ex eodem fonte videri alicui posset et illud fluxisse apud *Plutarchum* Sympos. l. I. p. 613. B.

Εἰ δὲ πάντων μὲν ὁ Διόνυσος Λύσιός ἐστι καὶ Λύδιος, μάλιστα δὲ τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινά. Nisi malis: *Λύσιός ἐστι καὶ Λύαιος.* Prius *Λύσιος* alibi apud *Orpheum* Hymno L. v. 2. leniter mutandum est in *Νύσιος.*

Σπέρμα πολύμνητον, πολυώνυμε, Νύσιε δαῖμον.

(231) versu quippe 8. alterum recurrit. Varia, in quibus verbum hoc partes habet, composita epitheta tribuuntur Baccho, uti *Λυσανίας, λυσιμέριμνος, λυσίπονος, λυσίκακος, λυσιμελής, λυσίφρων, λυσιπήμων;* quod postremum reddendum opinor *Anacreonti* Oda XXXIX. v. 8—11.

Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον
Λυσιπαίγμων τότε Βάκχος,
Πολυανθέσιν μ' ἐν αὔραις
Δονέει μέθῃ γανώσας.

Versu 9. scribe: *Λυσιπήμων τότε Βάκχος.* Vulgatam frustra tuetur *W. Baxterus.* Nec *Pavoninum λυσιπράγμων* ferri potest. Ut enim alia taceam, composita a *πρᾶγμα* in *ων* poëtis non sunt usitata. Ingeniosa *Tan. Fabri* correctio *φιλοπαίγμων* ideo minus probabilis est, quod nimis a corruptis literarum vestigiis recedat. *Orpheus* H. II. v. 11. *Ἐν γάρ σοι τοκετῶν λυσιπήμονές εἰσιν ἀνίαι.* H. LIX. v. 20. Parcae dicuntur *λυσιπήμονες. Eurip.* Androm. v. 900.

Ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, πημάτων δοίης λύσιν.

Apollon. Rhod. l. III. v. 456.

— *Πολέων δ' ἀπὸ πήματ' ἔλυσε*
Μαντοσύνῃ. — — — —

Eadem vicinitas literarum *Α, Δ.* et *Λ,* quae in *Plutarcho* er-
(232) roris origo fuit, offecit vehementer *Apollodoro* bibl. l. II. c. 6. p. 135. ed. *Fabr. Συλέα δὲ ἐν Αὐλίδι τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα — — ἀπέκτεινε.* Recte observat *Galeus* Sylea fuisse *Lydium,* adeoque legendum conjicit, *τὸν Λύδιον* pro *ἐν Αὐλίδι,* sed minori mutatione res poterat expediri hoc modo: *Συλέα δὲ ἐν Λυδίᾳ — — ἀπέκτεινε.* Sed promiseram, me in *Philostratum* conjecturas daturum. Nec tantum apud ipsum corrupta lectio una cum recta in textu remansit, sed aliquando etiam explicatio vocis cum voce quae explicatur. Ita l. II. Icon. XVII. p. 838. [p. 81. sq. ed. *Jac.*]. *Ἡ δ' ἀποῤῥὼξ καὶ ἡ ἀποῤῥαγεῖσα πέτρα, καὶ ὁ τῶν αἰθυιῶν δῆμος.* intermedia, *καὶ ἡ ἀποῤῥαγεῖσα πέτρα* e scholio interlineari orta sunt. Videndi *Hesychius, Suidas* et *Etymologus.* Idem evenit *Philostrato* Juniori Icon. IV. initio [p. 116. v. 15. ed. *Jac.*]. Draco, *κατὰ νῶτα δαφοινός, καὶ γένεια καθιεὶς ὑπ' ὀρθῇ καὶ πριονωτῇ τῇ λοφιᾷ, βλέπων τε δεινῶς δεδορκώς.* Turpiter labitur *Olearius,* cum *βλέπειν* h. l. putet, non *videre,* sed *videri* esse. Tu istud

βλέπων quantocius hinc aufer et repone: *δεινῶς τε δεδορκώς.* *Hesychius: Δεδορκώς. βλέπων. ὁρῶν.* Et ad finem Iconis [p. 117. v. 22. *Jac.*] *προτείνει δὲ αὐτῇ τὸ τοῦ Ἀχελῴου κέρας οἱ ἕδνον τοῦ γάμου.* Ubi *αὐτῇ*, quod pronomini *οἱ* explicando inservit, ejiciendum est. Simile mendum non indignum judicavit, quod e *Platone* elueret *Valckenaerius* Dissert. de scholiis in *Hom.* ined. p. 115. Leviter maculatus est *Moschus* Idyll. II. v. 14. 15.

— — *Ἐπεὶ φάτο μόρσιμον εἶναι*
Ἐκ Διὸς αἰγιόχου γέρας ἔμμεναι Εὐρωπείαν.

Corrigendum: *Ἐκ Διὸς αἰγιόχου γέρας ἔμμεν οἱ Εὐρωπείαν.* Lib. I. Icon. XVIII. [p. 30. v. 10. Jac.] *καὶ ὄφεις, καὶ θύρσοι, δένδρα, οἶμαι, μέλι στάζοντα.* Interpres addidit *et, thyrsi arbo-* (233)
resque. Lege: *καὶ θύρσου δένδρα.* ita Ic. XIV. p. 785. [p. 28. v. 18. *Jac.*] *καὶ κιττοῦ κόρυμβοι, καὶ ἤδη ἄμπελοι, καὶ θύρσου δένδρα.*

Lib. II. Ic. XI. p. 828. [p. 71. v. 6. *Jac.*] de Pane: *Προσέχοντι δὲ αὐταῖς [Νύμφαις] οὐδέν, ἀλλὰ πειρῶντι αὐτάς, καὶ ἀποτεταμένῳ τὸν κόλπον, ἐπιτίθενται κατὰ μεσημβρίαν.* Haud dubitanter reponendum: *ἀποτεταμένῳ τὸ ὅπλον.* *Hesychius: Ὅπλον. ἔνδυμα πολεμικόν. καὶ τὸ αἰδοῖον*, quod omnino non mutandum est in *σχοινίον* cum *Sopingio. Erycius* Anthol. l. IV. c. 12. p. 338.

Ὡς βαρὺ τοῦτο Πρίηπε, καὶ εὖ τετυλωμένον ὅπλον
Πᾶν ἀπὸ βουβώνων ἀθρόον ἐκκέχυκας.

Suidas V. *Πρίαπος*, inter alia: *ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κρατοῦν τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ ἐντεταμένον.* Plura quae adferre poteram, prudens praetereo.

— II. Icon. XVII. p. 838. [p. 82. v. 4. *Jac.*] De mergis, *μέλαν γὰρ καὶ νοσῶδες, καὶ οὐδὲ πεινῶντι ἡδὺ τὸ ἐξ αὐτῶν κρέας.* Probabile est, scribi debere: *δυσῶδες.* Alterum certe locum tueri nequit.

— II. Icon. XXI. p. 845. [p. 88. sq. *Jac.*]. *Ἔστιν αὐτῷ καὶ ἄνθος αἵματος, καὶ αἱ φλέβες οἷον ἐν ὠδῖνι, θυμοῦ τινος ὑποδεδυκότος αὐτὰς ἔτι.* Vix dubitandum est, quin gravius huic loco inflictum sit vulnus; quod judica, an satis dextro Apolline ita sanaverim: *καὶ αἱ φλέβες ἀνοιδοῦσι*, vel *οἷον ἀνοιδοῦσι.* Ita fere l. I. Ic. XIII. p. 784. [p. 24. v. 26.]. *Ὁ δὲ ἐρέττει, μάλα διεξῳδηκότι τῷ βραχίονι.* Ic. XXIX. p. 807. [p. 47. v. 36.]. *Καὶ ὑπῳδήκασιν αἱ φλέβες, ἐπιλαμβάνοντες τούτου (καμάτου) αὐτάς.* Lib. II. Ic. XXIII. p. 849. [p. 92. v. 19.] *Καὶ ὁ αὐχὴν ἐμπίπλαται, καὶ ἀνοιδοῦσιν αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες.* *Philostrat.* Jun. Ic. XI. p. 882. [p. 131. v. 7.]. *Ὁρᾷς γὰρ βραχίονας μὲν ἐξῳδηκότας αὐτοῖς,* (231)
ὑπὸ τοῦ εἰς εἰρεσίαν ξυντόνου. *Theocrit.* Id. I. v. 43.

Αἱ δέ οἱ ὠδήκαντι κατ' αὐχένα παντόθεν ἶνες.

Si quis tamen meliora impertiatur, facile ab hac sententia discedam.

Lib. II. Ic. XXIII. p. 848. [p. 91. v. 28.]. *Καὶ ὁ μὲν ταῦρος ἕστηκεν, ἱερεῖα δὲ προσέῤῥιπται τῷ βωμῷ βρέφη ἀγεννῆ.* Emendandum putem: *βρέφη νεογενῆ. Pollux.* Onom. l. II. segm. 8. *Βρέφος, νεογενές, νεογνόν, νεόγονον. — Τὸ δὲ νεογιλὲς ἢ νεογιλαῖον, εἰ καὶ Ἰσαῖος εἴρηκεν ἐν τῷ κατ' Ἀριστομάχου, οὐ δόκιμον. ἄμεινον δ' αὐτοῦ τὸ παρ' Ἡροδότῳ, νεόγονον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν.* Nihil juvant MS. in ultimis. Cl. *Heringa* Observ. cap. 3. p. 23. pro *νεόγονον* reponebat *νεογνόν*, alterum se non invenisse addens. Verum non meminerat Vir egregius, se hoc tum alibi, tum apud *Eurip.* Cyclop. v. 205. Ion. v. 1001. 1339. 1431. legisse. Sed neutrum huc quadrat. Reponendum: *ἄμεινον δ' αὐτοῦ τὸ παρ' Ἡροδότῳ, νεογιλόν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν* *). Locus autem *Herodoti* ex l. II. c. 2. quem profert Vir laudatus, eodem modo corrigendus est, et pro *παιδία δύο νεογνά* legendum *νεογιλά.*

Philostrati Junior. Ic. XI. [p. 130. v. 20.]. *Ἠδὲ ἐκπαίουσα τοῦ ποταμοῦ ναῦς ὑπὸ πολλῷ τῷ ῥοθίῳ τῆς εἰρεσίας.* Pro *ἐκπαίουσα* Vir doctus ad marginem editionis Aldinae posuerat *ἐκπταίουσα*, quod *Olearius* temere, ut solet, in contextum invexit, et secum in levem errorem traxit Eruditiss. *Heringam*, qui Obs. p. 66. emendandum putabat, *ἐκπλέουσα τοῦ ποτ.* Perperam sane. Nam ne litera quidem mutata facile refingi potuerat: *Ἡ* (vel forte *ἤδη*) *διεκπαίουσα τοῦ ποταμοῦ.* Occurrit hoc verbum quater apud *Philostratum*
(235) Senior. Ic. l. II. c. 13. p. 830. [p. 73. v. 3.] loco nostro simili: *Ὁμόσε κεχώρηκε τοῖς κύμασι, τῶν μὲν διεκπαίων, τὰ δὲ ἐπισπώμενος, τὰ δὲ ὑπαντλῶν τῷ στέρνῳ.* Ic. 17. p. 836. [p. 79. v. 14.] *Πῦρ γὰρ δὴ ὑποτύφει αὐτὴν πᾶσαν, σήραγγάς τε καὶ μύχους ὑποδεδυκὸς τῆς νήσου, δι' ὧν ὥσπερ αὐλῶν ἡ φλὸξ διεκπαίει.* Ic. 23. p. 848. [p. 92. v. 1.]. *Καὶ ὄγκοι τοῦ βέλους μέσον διεκπεπαίκασιν τῶν σπονδύλων.* et Heroicor. c. 19. p. 732. *Τὸ δὲ στόμα τῆς αἰχμῆς ἀδάμαντός τε εἶναι καὶ παντὸς διεκπαίειν.* Verbum vero *ἐκπαίειν* de navi adhibuit *Anaxilas* Neottide apud *Athen.* l. XIII. p. 558. C.

— Ἀλλ' ἐξέπαισε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ.

Sed alterum praetulerim ob eam praecipue rationem, quod verba *διεκπλέειν, διεκπερᾶν, διεξαΐσσειν* ita usurpantur, ut apud *Philostr.* Senior. l. II. Ic. 15. [p. 75. in.]. *Βοσπόρου καὶ Συμπληγάδων ἡ Ἀργὼ διεκπλεύσασα μέσον ἤδη τέμνει τὸ ῥόθιον τοῦ Πόντου.* *Theocr.* Id. 13. v. 23.

Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν.

*) Vid. ad Moer. p. 309.

Ibid. [p. 130. v. 25.] Ὅτε ὑπὲρ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης φηγοῦ δράκων, πολλῷ σπειράματι κεχυμένος, καὶ τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν γῆν νεύων, οὕ τ ω βρίθουσαν. Quo diutius hunc locum considero, eo verior videtur correctio mea: τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν γῆν νεύων, ὕ π ν ῳ βρίθουσαν. Ita enim paulo infra: μετὰ γὰρ τὸν ἐπὶ τοῖς ταύροις ἆθλον, θέλξασα εἰς ὕπνον τὸν δράκοντα τοῦτον ἡ Μήδεια, σεσύληται μὲν τὸ χρυσόμαλλον τοῦ κριοῦ νάκος. *Orpheus* Argon. v. 1011 — 1013.

Κῶμα δ' ἄφαρ κατέμαρψε πελωρίου ὄσσε δράκοντος,
Ἰσοπαλὲς θανάτῳ. δολιχὴν δ' ἀνταυγέα δειρὴν
Θῆκε καρηβαρέων φολίσιν. — — — —

Icon. XII. p. 883. [p. 133. v. 13.]. Ἕστηκε δὲ γυμνὸς ἐν π ρ ο σ-(236)
β ο λ ῇ, τὸν μὲν ἀρίστερον προτείνας πόδα. Emendandum: Ἕστηκε δὲ γυμνὸς ἐν π ρ ο β ο λ ῇ. Mirum quantum haec nomina, una tantum litera distantia, significatione differunt. ἐν προβολῇ est, quod Latini dicunt, *in procinctu.* Ita Ic. XV. p. 887. [p. 136. 30.] Ὁ μὲν ἐπερείσας ἐν προβολῇ τῷ λαιῷ ποδὶ ἑαυτόν. *Theocr.* Id. XXII. v. 120. Δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς. — — *Appianus* de Bell. Hisp. p. 522. Ἀλλ' ἐν προβολῇ τὰ δόρατα θεμένους ἑστάναι, καὶ ἐπιόντας ἀμύνεσθαι μόνον. et Bell. Civ. l. II. p. 782. Ἀλλ' ἐν προβολῇ διαστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας. *Xenophon.* K. A. l. VI. p. 386. F. [VI. 3, 25.]. Adde *Gisb. Cuperum* Obs. l. I. c. 12. p. 89. Idem, dubito fere, anne reddendum sit *Philostrato* Seniori V. A. l. III. c. 24. p. 114. Τὰς ναῦς γὰρ τὰς λῃστρικὰς ἐν π ε ρ ι β ο λ ῇ ἑστάναι. Mallem: ἐν π ρ ο β ο λ ῇ ἑστάναι.

Callistrat. Statua VIII. p. 900. [p. 155. v. 26. ed. *Jac.*]. Νεβρὶς δὲ αὐτὸν ἔσκεπεν, οὐκ οἵαν εἴωθεν ὁ Διόνυσος ἐξάπτεσθαι, ἀλλ' εἰς τὴν τῆς δορᾶς μίμησιν ὁ χαλκὸς μετεβάλλετο. εἱστήκει δὲ τὴν λ ύ ρ α ν ἐπερείδων τῷ θύρσῳ. ὁ δὲ θύρσος ἠπάτα τὴν αἴσθησιν. Haud memini me alibi observasse, Bacchum in statuis cum lyra fingi. Nec tamen si vel alibi Bacchus lyram tenens conspiceretur, h. l. illam ferendam esse putarem. Graeca enim, τὴν λύραν ἐπερείδων τῷ θύρσῳ, nunquam significabunt, *lyram thyrso innixam habens.* Proxime igitur vero, ni fallor, legendum conjeci: εἱστήκει δὲ τὴν π λ ε ῦ ρ α ν ἐπερείδων τῷ θύρσῳ, *stabat vero, latere innitens thyrso.* Comprobant hoc veteres statuae. Cf. *Philostr.* Jun. Ic. 7. p. 872. Ἀκοντίῳ τε ἐπερείσας ἑαυτόν. et paulo post, τόξῳ ἐπερείσας ἑαυτόν. Et Ic. 14. p. 885. Ἀκοντίῳ δὲ τὴν δεξιὰν ἐπερείδει. *Apollon. Rhod.* l. IV. v. 956 — 958. (237)

Τὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἄναξ κορυφῆς ἀπὸ λισσάδος ἄκρης
Ὀρθὸς ἐπὶ στελεῇ τυπίδος βαρὺν ὦμον ἐρείσας
Ἥφαιστος θηεῖτο. — — — — — —

CAPUT IX.

Euripidis Electra materiam capiti subministrat, et frequenter emaculatur. Τηλουρός. Ἐκκλέπτειν. Magnum discrimen inter Sophoclis et Euripidis Electras observatur. In Aeschylo Pauwii correctio adserta. Παρ' ὁδὸν αὐτήν. Γὰρ et παρ' saepius permista. Callimachi epigramma leviter emaculatur et Euripidis Hercules Furens. Ἐν ποσὶν παρεῖναι. etc.

Quod multis vetustis scriptoribus accidisse videmus, ut ad finem, ubi editorum cura paulatim languescit, sint corruptiores; illud etiam evenit *Euripidi*, cujus tragoediarum ultimam Electram jure corruptelarum nidulum dixeris. De ipsa hac fabula ejusque oeconomia non magnifice sentio: revera enim ridicula est, ut merito notavit praestanti Vir eruditione, *P. Victorius* in tragoediae argumento. Habet tamen fabula partes quasdam perelegantes, quaeque emendatius legi mereantur. Nos quicquid in schedis nostris ad eam notatum invenimus, lubenter communicabimus cum harum literarum studiosis.

(238) Electr. v. 95 — 101.

Δυεῖν δ' ἁμίλλαιν ξυντιθεὶς ἀφικόμην
Πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
Ἄλλην ἐπ' αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν
Ζητοῦντ' ἀδελφήν, (φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις
Ζευχθεῖσαν οἰκεῖν, οὐδὲ παρθένον μένειν,)
Ὡς συγγένωμαι, καὶ φόνου συνεργάτιν
Λαβὼν τά γ' εἴσω τειχέων σαφῶς μάθω.

Versu 95. forte praestiterit, *δυοῖν δ' ἅμιλλαν ξυντιθείς*, et v. 97. *ἄλλην ἐς αἶαν.* Verum haec levia sunt. Gravius, saltem cum majori sensus detrimento, vulnus inflictum est versui 98. quod primum curabo; dein rationem mutationis reddam. Locus hoc modo distinguendus, et scribendum:

Δυοῖν τ' ἅμιλλαν ξυντιθείς, ἀφικόμην
Πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
Ἄλλην ἐς αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν·
Ζητῶν τ' ἀδελφήν, φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις
Ζευχθεῖσαν οἰκεῖν, οὐδὲ παρθένον μένειν.

Rationem quisque facile perspiciet, qui hanc versionem no-

stram legerit: *Ob has autem binas praecipue causas, veni ad terminos hujus terrae, et ut facile evadere alio possim, si quis speculatorum me cognoverit: Et sororem quaerens, quam dicunt nuptam hic habitare, etc.* Si quis cum hisce interpretis verba comparaverit, fieri non potest, quin statim ambabus, quod aiunt, manibus correctionem nostram amplectatur.

Electr. v. 251.

Ἐν τοῖσδ' ἐκείνου τηλουρὸς ναίω δόμοις.

Verba sunt Electrae respondentis fratri roganti, cuinam (239)
nupta esset, et ubi habitaret. Pro *τηλουρὸς* aliae editiones legunt *τηλορός*. Utrumque manifeste vitiosum est. Prius *τηλουρὸς* legibus repugnat metricis, spondaeum quarta sede non recipientibus. Posterius *τηλορός*, quod metrum admitteret, regulae analogicae respuunt. Ex *τῆλε* enim et *ὄρος* formatur *τηλεορός*, *τηλουρός*, non *τηλορός*. Praeterquam quod neutrum sensui loci satisfaciat, cum nihil aliud denotet, quam *longinquum, eum qui procul est.* Videmur nobis mendam hoc modo recte eluisse:

Ἐν τοῖσδ' ἐκείνου τῇδ' ὄρους ναίω δόμοις.

In illa ipsius domo, hac in parte montis, vel *hic in monte habito.* Optime huc quadrat responsum Orestae:

Σκαφεύς τις, ἢ βουφορβὸς ἄξιος δόμων.

Eximie vero confirmant verba Electrae v. 207—210.

Αὐτὰ ἐν χέρνησι δόμοις
Κλαίω, ψυχὰν τακομένα,
Δωμάτων πατρῴων φυγὰς,
Οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας.

Ita ibi corrigas. Vulgo: *Ναίω, ψυχὰν τακομένα.*
Illa quippe *ναίω* et *ναίουσ'* nimis vicina sunt, quam ut a poëta proficisci potuerint. Pro *χέρνησι δόμοις* blanditur *γάμοις*, sed nolim hariolari. *Τῇδ' ὄρους*, quod v. 251. restituimus, est uti apud *Sophocl.* Philoct. v. 205. *Ἦ που τῇδ' ἢ* (240)
τῇδε τόπων. Cf. Iph. Aul. v. 14. Cyclop. v. 681.

v. 323. 324.

Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος,
Οὔ πώποτ' οὐ χοὰς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
Ἔλαβε. — — — — — —

Longe facilius fuerat scribere,

Οὐ πώποτε χοὰς οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης.

quam cum *Barnesio* inauditam synaloephen vocis *χοὰς* in unam syllabam comminisci.

Electr. v. 545. 546.

Ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
Ἐκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.

Sententiam verborum praeter interpretes recte cepit *Barnesius*. Verum egregie fallitur, quando ellipsin statuens, verba τις ἐγχώριος subintelligi autumat. Unica litera, quae ob similitudinem proxime praecedentis exciderat, revocanda est:

Ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
Ἐκείρατ', ἢ 'κ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.

Constructio haec est: ἤ τις ἐκ τῆσδε χθονὸς λαθὼν σκοπούς. *Sed vel peregrinus quidam tumulum ipsius, misertus, comas posuit, vel aliquis ex hac terra, insciis speculatoribus.*

Electr. v. 555.

(241) Orestes et Pylades ejus individuus comes domo egressi et in scenam prodeuntes occurrunt seni, quo salutato rogat Orestes sororem, quinam ille senex esset. cui respondet Electra v. 554.

Οὗτος τὸν ἁμὸν πατέρ' ἔθρεψεν, ὦ ξένε.

Orestes adhuc sub persona peregrini latens admirabundus exclamat:

Τί φῄς; ὅδ' ὃς σὸν ἐξέθρεψε σύγγονον;

At enimvero senex ille Oresten non educaverat, sed tantum sceleratis Aegisthi et Clytaemnestrae manibus surripuerat. Quare vel verbum e praecedenti versu huc intrusum est, qua de re supra ad Herc. Fur. dixi; vel literarum vicinitas errorem peperit. Saltem unice emendandum:

Τί φῄς; ὅδ' ὃς σὸν ἐξέκλεψε σύγγονον;

Respondet statim Electra v. 556. *Ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας κεῖνον, εἴπερ ἔστ' ἔτι.*

Sic v. 16. *Τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκκλέπτει τροφεὺς*
Μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν.

v. 286. 287. *Ὀρ. Ἆρ' ὃν λέγουσιν αὐτὸν ἐκκλέψαι φόνου;*
Ἠλ. Πατρός γε παιδαγωγὸς ἀρχαῖος γέρων.

v. 409. *Ἐλθ' ὡς παλαιὸν τροφὸν ἐμοῦ φίλον πατρός.*

et paucis interjectis v. 415. 416.

(242) *Ἡσθήσεταί τοι, καὶ προσεύξεται θεοῖς,*
Ζῶντ' εἰσακούσας παῖδ', ὃν ἐκσώζει ποτέ.

v. 506. *Καὶ πατέρα τὸν ἐμόν, ὅν ποτ' ἐν χεροῖν ἔχων,*
Ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις.

et v. 540. *Ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν.*

Ex quorum locorum collatione clarissimum in modum liquet, senem illum altorem fuisse Agamemnonis, Orestam vero morti eripuisse. Versu autem 488. nisi statuere velimus, senem hunc Electram etiam educasse, corrigi necesse est:

Ἀγαμέμνονος παῖς, ὅν ποτ' ἐξέθρεψ' ἐγώ.

Legitur ἥν. Sed opponat forte quis locum *Sophocl.* El. 11—14. ubi paedagogus senex inter alia haec ad Oresten dicit:

Ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε

Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβών,
Ἤνεγκα, κἀξέσωσα, κἀξεθρεψάμην,
Τοσόνδ' ἐς ἥβης, πατρὶ τιμωρὸν φόνου.

Sed vel sic sententiam non mutabo. Immane enim quantum hae tragoediae *Euripidis* et *Sophoclis*, earumque oeconomiae differunt. Secundum *Sophoclem* Electra adhuc innupta in aula Aegisthi habitabat; juxta *Euripidem* colono Mycenaeo nupta in agro degebat. Secundum illum senex paedagogus cum Oresta exulaverat, et apud Phocenses fuerat commora- (243) tus, simulque cum Oresta Argos revertebatur: secundum hunc senex ille Oresten tantum e cruentis Aegisthi manibus liberaverat, dein aula ejectus circa Tanum greges ovium pascebat. Juxta oeconomiam *Sophoclis* Aegisthus et Clytaemnestra in palatio regio sunt occisi, verum juxta illam *Euripidis* in agris. Denique apud hunc prior Aegisthus, apud illam vero Clytaemnestra. Semper observanda est tragoediae oeconomia. Multo minus officiet huic conjecturae *Aeschylus* Choeph. v. 747. (verba sunt nutricis.)

Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά.
Φίλον δ' Ὀρέστην, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβήν,
Ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη,
Καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων
Καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ' ἀνωφέλητ' ἐμοὶ
Τλάση. — — — — —

Sic locus *Sophoclis* modo excitatus *Pauwio* fuisset ad manum, non tam dubitanter proposuisset conjecturam super versu *Aeschyli* 760.

Ἔχουσ', Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί.

Quod enim reponebat ἐξεθρεψάμην, a *Sophocle* confirmatur et ab ipso etiam *scholiasta*, qui explicat per ἔθρεψα, ἀπέσωσα. Miror Eruditissimum *Abreschium* pro vulgata stare, Anim. ad *Aeschyl.* p. 474. 475. quae non nisi contorta explicatione defendi potest.

Electr. v. 631.

Quaerenti Orestae, num forte quis esset inter servos Aegisthi, qui se cognosceret, respondet senex:

Δμῶες μέν εἰσιν, οὓς ἐγ' οὐκ εἶδόν ποτε. (244)
Famuli sunt, quos nunquam ego vidi.

Inepta, si quid judico, et prorsus praeter mentem tragici. Nec immerito se torsit *Barnesius*, bene observans ω non elidi, et alias ἐγὼ ante οὐκ per synizesin coalescere. Exempla nimis sunt vulgata, quam ut huc referri debeant. Nos lenissima mutatione difficultatem hanc tollemus, et sensum restituemus *Euripide* dignum:

Δμῶες μέν εἰσιν, οἵ σέ γ' οὐκ εἶδόν ποτε.

Servi sunt, qui te nunquam viderunt.

Vides, quam apte haec quaestioni Orestae respondeant.

Electr. v. 636.

῾Οδὸν γὰρ αὐτήν, ὡς ἔοικ', ἀγροὺς ἔχει.

Scaliger refingebat hoc modo: ῾Οδὸν γὰρ, ὡς ἔοικεν, εἰς ἀγροὺς ἔχει. Quae nimia est mutatio. *Barnesius* ellipsin praepos. κατὰ crepat, ut sit κατ' αὐτὴν τὴν ὁδόν. Perperam. Quanto proclivius et facilius fuerat, unica literae Γ lineola addita scribere?

῾Οδὸν ΠΑΡ' αὐτὴν, ὡς ἔοικ', ἀγροὺς ἔχει.

Juxta ipsam viam, ut videtur, agros habet. Alcest. v. 835. 836.

'Ορθὴν παρ' οἶμον, ἥ 'πὶ Λάρισσαν φέρει,
Τύμβον κατόψει ξεστὸν ἐκ προαστίου.

(245) *Secundum rectam viam*, non *recta via*, quemadmodum interpres. Saepius vero αὐτὸς ita nomini adjungitur, ut emphasin addat. Ita Hippol. v. 30. πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος. v. 1187. παρ' αὐτὸν δεσπότην. Alc. v. 1142. Τύμβον παρ' αὐτόν. Suppl. v. 660. Κρήνην παρ' αὐτήν. v. 1207. παρ' αὐτὰς ἕπτα πυρκαϊὰς νεκρῶν. Iph. Taur. v. 969. Ψῆφον παρ' αὐτήν. Bacch. v. 456. Γένην παρ' αὐτήν. El. v. 1271. Πάγον παρ' αὐτόν. Suppl. v. 1212.

Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον 'Ισθμίας θεοῦ.

Charito l. II. c. 2. p. 25. l. 10. Τὸ δὲ ἱερὸν πλησίον ἦν τῆς ἐπαύλεως, παρ' αὐτὴν τὴν λεωφόρον. Eadem, qua hic, ratione erratum est in epigrammate *Callimachi* XXXII. v. 5. 6.

῎Εγνων, Εὔξιθεός σε συνήρπασε. καὶ σὺ γὰρ ἐλθὼν
Τὸν καλόν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

Repone: ῎Εγνων, Εὔξιθεός σε συνήρπασε, καὶ σὺ παρελθὼν
Τὸν καλόν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

Strato in epigr. a *Josepho Wassio* Obs. Miscell. Vol. IV. p. 369. edito v. 3. Οὐδ' ἀτρῶτα παρῆλθον. Contrario modo in Her. Fur. v. 1237. pro οἰκτρὸς πάρειμι scribi debet, οἰκτρὸς γάρ εἰμι. In Electra, quam prae manibus habemus v. 637. scripserim: ῞Οθεν γ' ἰδών σε δαιτὶ κοινωνὸν καλεῖ. *Barnesianum* ῞Οθεν ἂν ἰδὼν tolerari nequit.

Electr. v. 640. 641.

'Ορ. Καλῶς ἔλεξας, ἡ τεκοῦσα δ' ἐστὶ ποῦ;
Πρ. ῎Αργει. παρέσται δ' ἐν πόσει θοίνην ἔπι.

(246) *Scaliger* conjiciebat παρέσται σὺν πόσει; *Barn.* ᾧ πόσει; vel ἐν πόσει explicari posse autumabat, *in convivio*, *in compotatione*, quod posterius refellitur a sequenti θοίνην ἔπι. Nisi in *Scaligeri* correctione acquiescendum sit, castigaverim:

῎Αργει. παρέσται δ' ἐν ποσὶν θοίνην ἔπι.

Nunc quidem Argis est: sed aderit praesens in convivio.
Iph. Taur. v. 1312.

Αὖτις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶ
Παρόντ' ἄκουσον.. — — — —

Electr. v. 664—666.

Ἠλ. Πρώτιστα μὲν νῦν τῷδ' ὑφήγησαι, γέρον.
Πρ. Αἴγισθος ἔνθα νῦν θυηπολεῖ θεοῖς.
Ηλ. Ἔπειτα πάντων μητρὶ τἀπ' ἐμοῦ φράσον.

Recte quidem pro τ' ἀπ' *Barnesius* edidit τἀπ' praeeuntibus *Scaligero* et *Ae. Porto.* Verum pessimo consilio ejusdem *Ae. Porti* conjecturam πάντα pro πάντων in textum recepit. Eo enim factum est, ut vera scriptura penitus fere fuerit obliterata. Dixerat senex Aegisthum in agris lautum convivium praebiturum, et illi interfuturam Clytaemnestram. Vid. v. 641. coll. v. 1134. et sqq. Electra dolum machinata, juxta *Euripidem*, finxerat se puerperam esse v. 642. et jusserat senem illum matri nuncium adferre, et ipsam ad se invitare. Priusquam vero illud faceret senex, imperat ipsi, ut Orestam ad Aegisthum deduceret, dein illo facto matri Clytaemnestrae ista nunciaret. Lege igitur, literis aliter divisis, nulla mutata:

Ἔπειτ' ἀπαντῶν μητρὶ τἀπ' ἐμοῦ φράσον. (247)
Dein occurrens matri, res meas indica.

Similiter fere v. 651.

Λέγ', ὦ γεραιέ, τάδε Κλυταιμνήστρᾳ μολών.

Electr. v. 1062—1066.

Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει,
Ἑλένης τε καὶ σοῦ, δύο δ' ἔφυτε συγγόνω,
Ἄμφω ματαίω, Κάστορός τ' οὐκ ἀξίω.
Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ' ἑκοῦσ' ἀπώλετο.
Σὺ δ' ἄνδρ' ἄριστον Ἑλλάδος διώλεσας.

Foeda, quae versum 1065. inquinavit, macula hoc modo eluenda est:

Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ' ἑκοῦσ' ἀπῴχετο.
Illa enim rapta, volens abiit et aufugit.

Obiter corrigendus *Hesychius*: Ἀπέχεσθαι. φεύγειν. Nisi e veteri scriptore depromtum velis, ubi ἀπέχεσθαι κακῶν, vel simile occurrebat, scribendum: Ἀποίχεσθαι. φεύγειν. In *Euripidis* loco literarum χ et λ vicinitas librarios decepit. Hinc dicitur Helena λιπεσήνωρ in fragmento *Stesichori* apud *scholiast. Eurip.* ad Orest. v. 249. λειπόγαμος *Euripidi* Or. v. 1309. *Λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους* Or. v. 99. *Φυγοῦσα μέλαθρα βαρβάρων χάριν γάμων.* Iph. Aul. v. 270. et 783. *πόσιν προλιποῦσα.* Menelaus Troas. v. 1036. ad Hecubam:

Ἐμοὶ σὺ συμπέπτωκας εἰς ταὐτὸν λόγου, (248)

Ἑκουσίως τήνδ' (Ἑλένην) ἐκ δόμων ἐλθεῖν ἐμῶν,
Ξένας ἐς εὐνάς. — — — — —

Androm. v. 602—604.

Ἑλένην ἔρεσθαι χρῆν τάδ', ἥτις ἐκ δόμων
Τὸ σὸν λιποῦσα φίλιον, ἐξεκώμασε
Νεανίου μετ' ἀνδρὸς εἰς ἄλλην χθόνα.

Iph. Aul. v. 71. et sqq.

Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
Κρίνας ὅδ', ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει,
Λακεδαίμον', ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ,
Χρυσῷ τε λαμπρὸς βαρβάρῳ χλιδώματι,
Ἐρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ' ἐξαναρπάσας
Ἑλένην, πρὸς Ἴδης βούσταθμ' ἔκδημον λαβών.

Electr. v. 1262. 1263.

— — — — *Ἵν' εὐσεβεστάτη*
Ψῆφος, βεβαία τ' ἐστὶν ἔκ τε τοῦ θεοῖς.

Non satis animum advertit *Scaliger*, legens *ἔκ τε τοῦ θεῶν.* Emendandum enim est:

— — — *Ἵν εὐσεβεστάτη*
Ψῆφος, βεβαία τ' ἐστὶν ἐκ τούτου θεοῖς.

ἐκ τούτου nempe *χρόνου*, ut recte intellexit interpres. Hactenus de *Euripide.*

CAPUT X. (249)

Miscellanea continentur hoc capite. Sophocles, Valerius Flaccus, Antiphanes apud Athenaeum, Apollodorus, Q. Calaber bis emendantur. Heraclides de Allegoriis Homer. corrigitur. Ἄσπειστος ἔχθρα. Pollux leviter castigatur. Hesychius bis emaculatur. Ἐξ ἀελπτίης. Ceres, εὐρυάνασσα. Seneca tragicus restituitur. Domare feras, monstra. Euripides apud Pollucem emendatus. Πύρινος, κάρπιμος στάχυς. Coluthus et Plutarchus tentantur. Εὖχος ὀπάσσαι. Libanius sanatur.

Miscellanea quaedam, nullo habito rerum auctorumque ordine, in hoc caput conjiciam.

Primas tribuamus *Sophocli* Oed. Col. v. 1158 — 1162. ubi Antigone ita ad patrem loquitur:

> Σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα μὴ τανῦν ἀποσκόπει
> Πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἃ 'πάθες.
> Κἂν κεῖνα λύσῃς, οἶδ' ἐγὼ, γνώσῃ κακοῦ
> Θυμοῦ τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίνεται.

Magnopere aures meas offendunt ista κἂν κεῖνα λύσῃς, e quibus nullum sensum elicere hactenus potui. Nec interpres reddens, *quae si sepones*, audiendus est. Quid? si scribendum dixero?

> Κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγὼ, γνώσῃ κακοῦ (250)
> Θυμοῦ τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίνεται.

Respondet hoc verbum τῷ ἀποσκοπεῖν v. 1258. *Et si vel illa consideres, novi equidem, cognosces malae irae exitum esse pravum.* Ejuscemodi mendam ex *Euripidis* Herc. Fur. v. 725. sustulit *G. Canterus.*

De parentibus Jasonis ita canit *Valerius Flaccus* l. I. v. 818 — 823.

> *Illi avide exceptum pateris hausere cruorem.*
> *Fit fragor: irrumpunt sonitus, qui saeva ferebant*
> *Imperia, et strictos jussis regalibus enses.*
> *In media jam morte senes, suffectaque letho*
> *Lumina, et undanti revomentes veste cruorem*
> *Conspiciunt.* — — — — —

Ita v. 819. codices *Aldi*, *Maserii*, *Juntae* et Vaticanus I. exhibent, notante Ill. *N. Heinsio*, cum in aliis legatur, *irrumpunt sonitu*, quod in textum etiam admiserunt idem

Heins. et *Burmann.* Videtur tamen *Heins.*, ut erat homo felicissimi in poëtis tractandis ingenii, mendam perspexisse in *sonitu*, sive malis *sonitus*, propterea quod praecedebat, *Fit fragor.* Itaque conjiciebat, vel *irrumpunt foribus*, vel *irrumpunt, domini qui saeva ferebant Imperia.* Neutrum satis arridet, utpote nimis a corruptis literarum ductibus recedens. Proxime ad eos, et nisi egregie fallor, vere legendum conjecimus:

> *Fit fragor: irrumpunt, senibus qui saeva ferebant*
> *Imperia, et strictos jussis regalibus enses.*

(251) Comprobatur haec emendatio a tota loci serie et sequenti, *In media jam morte senes.* Alterum *sonitu* ab illis profectum est, qui *sonitus* hic stare non posse videbant.

Versus hi sunt e fragmento *Antiphanis* ap. *Athen.* l. XIV. p. 623. B.

> Τευθὶς μεταλλάξασα λευκαυγῆ φύσιν,
> Σαρκὸς πυρωθεῖσ' ἀνθράκων ῥιπίσμασι,
> Ξανθαῖσιν αὔραις σῶμα πᾶν ἀγάλλεται.

Recte pro ῥαπίσματι restituit ῥιπίσμασι Cl. *Abresch.* in add. ad *Aristaen.* p. 121. in reliquis non eadem felicitate versatus. Mutata distinctione interpungit post σαρκός, et praeterea pro ξανθαῖσιν αὔραις legit ξανθεῖσα τ' αὔραις, vel ξανθαῖσι τ' αὔραις i. e. ξανθοποιαῖς. Male. Versus hoc modo sunt redintegrandi:

> Τευθὶς μεταλλάξασα λευκαυγῆ φύσιν,
> Σαρκὰς πυρωθεῖσ' ἀνθράκων ῥιπίσμασι,
> Ξανθαῖσιν αὐγαῖς σῶμα πᾶν ἀγάλλεται.

Apollodorus Bibl. III. c. 14. p. 6. de Aegeo haec scribit: Αὐτὸς δὲ ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει, ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας· τοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ἔπεμψε ταῦρον, ὑφ' οὗ διεφθάρη. ἔνιοι δὲ αὐτὸν λέγουσι πορευόμενον εἰς Θήβας ἐπὶ τὸν Λαΐου ἀγῶνα πρὸς τῶν ἀγωνιστῶν ἐνεδρευθέντα διὰ φθόνον ἀπολέσθαι. Recte *Meursius* de Reg. Att. l. III. c. 2. correxit Θήβας pro Ἀθήνας. Sed saepius miratus sum, et miror etiamnum, qua ratione Jupiter hic tolerari potuerit, quem nihil cum Androgeo unquam commune habuisse, e reliquis auctoribus luce clarius liquet. In concordiam cum aliis
(252) scriptoribus redibit *Apollodorus*, si refingamus: ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας· τοῦτον ὁ Αἰγεὺς ἐπὶ τὸν Μ. ἔπ. τ., ὑφ' οὗ δ. quam correctionem verissimam esse, equidem non dubito. Omnes in eo conveniunt Androgeon ab Aegeo fuisse dolo malo circumventum et occisum, in circumstantiis, ut fieri solet, nonnihil a se invicem dissentientes.

Quinti Calabri locus hic est, e l. I. v. 679 — 684. ab interpretibus non intellectus:

Τοῖος Ἄρης ταναοῖο δι' ἠέρος ἀσχαλόων κῆρ,
Ἔσσυτο σὺν τεύχεσσιν, ἐπεὶ μόρον αἰνὸν ἄκουσε
Παιδὸς ἑῆς· τῷ γάρ ῥα κατ' οὐρανὸν εὐρὺν ἰόντι,
Αὖραι μυθήσαντο θοαὶ βορέαο θύγατρες
Κούρης αἰνὸν ὄλεθρον. ὁ δ' ὡς κίεν ἶσος ἀέλλῃ,
Ἰδαίων ὀρέων ἐπεβήσατο.

Interpretantur ultima: *ipse igitur cum turbinis modo delapsus esset, in Idaeis jugis constitit.* Pessime. Reponendum haud dubie:

— — — *Ὁ δ', ὡς κλύεν, ἶσος ἀέλλῃ*
Ἰδαίων ὀρέων ἐπεβήσατο. — — —

Quae cum per se satis perspicua sint, interpretatione non indigent. Addam alium ejusdem poëtae, e quo plures profligavi errores, locum, l. XIV. v. 112 — 114.

Ἀνέρι γὰρ πινυτῷ καὶ ἐπίφρονι πολλὸν ἄμεινον
Κῦδος καὶ χρυσοῖο καὶ οὔδεος, ἠδὲ καὶ ἄλλων
Ἐσθλῶν, ὁππόσα ἐστὶ καὶ ἔσσεται ἀνθρώποισιν.

De Sinone haec dicuntur, cui aures naresque praeciderant Graeci; adeoque emendandum videtur:

Ἀνέρι γὰρ πινυτῷ καὶ ἐπίφρονι πολλὸν ἄμεινον (253)
Κῦδος καὶ χρυσοῖο καὶ εἴδεος, ἠδὲ καὶ ἄλλων cet.

Postquam de epithetis Apollinis egisset *Heraclides* de Allegor. Hom. p. 418. ed. *Galei*, ita pergit: *Ὅθεν, οἶμαι, κἂν τῇ θεομαχίᾳ Ποσειδάων ἵσταται διαμιλλώμενος. αἰεὶ γὰρ ἄπιστος ἔχθρα πυρὶ καὶ ὕδατι, τῶν δύο στοιχείων ἐναντίαν πρὸς ἄλληλα φύσιν ἀποκεκληρωμένων.* Quae hoc modo sunt castiganda: *Ὅθεν, οἶμαι, κἂν τῇ θεομαχίᾳ Ποσειδάωνι ἵσταται διαμιλλώμενος. αἰεὶ γὰρ ἄσπειστος ἔχθρα πυρὶ καὶ ὕδατι.* Prius confirmat *Homerus* loco, quem noster expressit, Il. *Γ.* v. 67. quem citat *Heracl.* p. 481. Posterius totidem verbis exhibet *Suidas*: *Ἄσπειστον ἔχθραν. ἄσπονδον μῖσος.* Infra *Heracl.* p. 480. *Ἀδιάλλακτός γε μὴν ἔχθρα τοῖς τὰ βέλτιστα διακρίνουσι λογισμοῖς πρὸς τὴν οὐδὲν ὁρῶσαν ἀφροσύνην.* *Aristaen.* l. II. ep. 14. *Ἄσπονδος μάχη καὶ ἀδιάλλακτος ἔρις.* *Nicander* Theriac. v. 366. 367.

Ὃς δήτοι τὸ πρὶν μὲν ἐπὶ βροχθώδεϊ λίμνῃ
Ἄσπειστον βατράχοισι φέρει κότον. —

Scholiastes: *Ἄσπειστον. τὸ χαλεπὸν καὶ ἄσπονδον καὶ ἄστοργον, παρὰ τὸ μὴ σπείσασθαι φιλίαν πρὸς ἀλλήλους.* Cf. *Wesselingius* in epistola ad *Reimarum* V. C. post *Dionem Cassium* tom. II. p. 1500. edita et quos ibi citat Vir Maximus. Emendandus etiam *Pollux* l. I. segm. 150. *Ἄσπονδοι, ἀκατάλλακτοι, ἄμικτοι, θηριώδεις, ὕπουλοι, ἄπιστοι, ἄσπειστοι,*

διάφοροι. Delendum ἄπιστοι, quod e corrupta lectione τοῦ ἄσπειστοι remansit.

Conservavit idem *Heraclides* fragmentum insigne *Archilo-*
(254) *chi*, e quo medicinam exspectat *Hesychius*. Versus *Archilochi* leguntur p. 412. et sunt tres trochaici tetrametri catalectici:

Γλαῦκ' ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν ταράσσεται
Πόντος. ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὄρπον ἵσταται νέφος
Σῆμα χειμῶνος. κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος.

Idem fragmentum citat *Plutarchus* de Superstit. p. 169. B. non nominato *Archilocho*; desunt praeterea ultima. Cf. *Theodor. Canterus* Var. Lect. l. II. c. 15. Sed dicebam hinc emendandum esse *Hesychium*. Ejus glossa est: Ἐξ ἀελπτόης. ἐξ ἀνελπίστου. Virorum eruditorum conjecturae sponte dilabuntur, simul atque ex hoc loco apparet unica tantum litera mutata legi debere: Ἐξ ἀελπτίης. ἐξ ἀνελπίστου. Adhibuit idem vocabulum *Pindarus* Pythion. XII. versu penult.

Legitur apud eundem *Hesychium* sua serie: Εὐάνασσα. ἡ Δημήτηρ. Sed vereor, ne hoc ipsius auctoris peccatum sit, cum scribere ipsum oportuisset: Εὐρυάνασσα. ἡ Δημήτηρ. *Callimach.* H. in Cerer. v. 122.

— ὥς ἁμῖν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα.

Plura hujus lexicographi peccata, si id ageremus, castigare in proclivi esset.

Apud *Senecam* tragicum Her. Fur. v. 454. Lycus tyran. inquit:

Non monstra, saevas Phoebus aut timuit feras.

Respondet Amphitryo:

Primus sagittas imbuit Phoebi draco.

(255) Ubi v. 454. non dubitandum est, quin *timuit* depravatum sit. Herculi enim metum ferarum Lycus non objiciebat, sed in illis domandis nullam esse virtutem praetexebat. Vid. v. 434. 435. Nec convenit hoc verbum toti loco, cum enim Lycus rogasset v. 450. num dii fuissent famuli, respondet Amphitryo, Phoebum greges Pheraeos pavisse. Objicit Lycus Phoebum non per omnes terrarum orbis plagas errasse exulem; Amphitryo regerit, Phoebum a profuga matre in terra errante, nec fixam habente sedem, fuisse editum. Exspectas jam, ut Lycus quaerat, num igitur Phoebus monstra et feras occidisset, cui recte quadraret responsum Amphitryonis. Sed nimius jam sum. Restituendum:

Non monstra, saevas Phoebus aut domuit feras.

ita v. 435. *Virtutis est domare, quae cuncti timent.*

v. 444. *Post monstra tot perdomita.*

Herc. Oet. v. 752. — *Qui domuit feras,*
Ille ille victor vincitur.

Agam. v. 835.

Morte foecundum domuit draconem.

Ovid. Met. l. I. v. 447.

Pythia de domitae serpentis nomine dictos.

Prostat apud *J. Pollucem* l. X. segm. 145. fragmentum *Euri-* (256)
pidis ex Eurystheo Satyrico misere depravatum: *Ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασιν, εὕροις ἂν ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ. Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριξεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.* Interpretum conjecturas commemorare taedii plenum foret, nec illis refutandis tempus insumam, sed solum correctionem meam, e qua de aliis judicari poterit, in medium proferam. Amplectenda primum videtur codicis Vossiani lectio a *Kühnio* notata, *Πᾶς ἐξηθέρισεν*, omisso *φασγάνῳ*, quod e glossemate ortum est: id quod etiam viderat *Philargyrius Cantabrigiensis* Emendat. in *Menand.* et *Philem.* p. 123. Dein pro *ἐξηθέριξεν*, quod regulis analogicis repugnat, cum codd. nonnullis scribendum, *ἐξεθέρισεν.* Vid. *Dorvill.* V. C. Vann. Cr. p. 248. Fragmentum igitur ope codicum ita constitui potest:

Πᾶς δ' ἐξεθέρισεν ὥστε πύρινον —
Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Qui duo sunt senarii, sed quorum prior pede mutilus est, cum sensus detrimento. Et mirandum est, MStos omnes in hac menda conspirare, ut et initio in isto *πᾶς*. Sed, nisi augurium me fallat, spero futurum, ut in posterum sic mecum legatur:

A. Πῶς δ' ἐξεθέρισεν; B. ὥστε πύρινον σ τ ά χ υ ν
Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Roganti alicui, forte Eurystheo, quomodo Hercules capita Hydrae excidisset, respondet nuncius, *veluti spicam triticeam gladio nigrum manubrium habente demetens. Στάχυν* exciderat propter similitudinem sequentis vocis *σπάθῃ*; sed (257)
verissimum est, nec aliter scribere potuit *Euripides*.

Cf. Suppl. v. 31. *Φρίξας ὑπὲρ γῆς τῆσδε κάρπιμος στάχυς.*

Et fragmentum Hypsipyles apud *Stobaeum* Floril. Grot. tit. CVIII. p. 449. et *Plutarchum* de Consol. op. tom. II. p. 111. *A*.

Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

Coluthi locum ad examen revocare juvat, v. 155.

Εἴ με διακρίνας, προφερέστερον ἔ ρ ν ο ς *ὀπάσσῃς.*

Praestantissimus editor *Lennepius*, vitio in *ἔρνος* perspecto, tentabat:

Εἴ με διακρίνας, προφερέστερον ε ἶ δ ο ς *ὀπάσσῃς.*

A qua correctione forte recedendum non est. Si tamen aliam quis desideret, en! habeat.

Εἴ με διακρίνας, προφερέστερον ε ὖ χ ο ς *ὀπάσσῃς.*

Epigramma ἀδέσποτον Anthol. l. I. cap. 36. 6.

Παιήων, Χείρων, Ἀσκλήπιος, Ἱπποκράτης τε,
Τοῖσδ' ἐπὶ Νίκανδρος προφερέστερον ἔλλαχεν εὖχος.

Εὖχος ὀπάζειν, ut alibi κλέος, κῦδος ὀπάζειν. *Leontius* Anthol. l. III. c. 14. ep. 10.

(258) Κεῖται ἐνὶ Τροίῃ Τελαμώνιος, οὔτινι δ' ἔμπης
Ἀντιβίων ὀπάσας εὖχος ἑοῦ θανάτου.

Evolventi mihi nuper *Plutarchi* libellum de Consol. ad Apollon., variae subnatae sunt inter legendum conjecturae, e quibus nunc unam proferam, reliquas in aliud tempus reservabo. Itaque dicti libelli p. 114. C. haec leguntur verba notatu digna: Οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς ἄξιος θρηνῶν, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαινῶν· οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς· οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλ' ἀστείων ἀπαρχῶν, εἴγε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν. *Scitas quasdam primitias* interpretes nobis obtrudunt. Scite profecto! Quanto verior erit nostra lectio: ἀλλὰ θείων ἀπαρχῶν. Vides, quam apte haec et sequentia inter se cohaereant: εἴγε ὁ μετηλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν.

Finiam in *Libanio* op. Sophist. tom. II. p. 676. D. Κἂν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι πολλάκις ἑώρακα μὲν ἠσθενηκότας ἀθλητάς, οὐδ' ἀποδῦναι δυνηθέντας· οἷς παρὰ πάντων τῶν θεῶν τῶν ἔλεος, οὐ μέμψις. ἀλλ' οὐδ' ἐπανελθοῦσιν οἴκαδε παρὰ τῶν οἰκείων. *Morellus* pro παρὰ πάντων τῶν θεῶν τῶν, conjicit, παρὰ πάντων τῶν θεῶν τῶν τε ἀνθρώπων, quod etiam in versione expressit. Perperam. Locus hoc modo emendandus est: οἷς παρὰ πάντων τῶν θεωρούντων ἔλεος, οὐ μέμψις. ἀλλ' οὐδ' ἐπανελθοῦσι παρὰ τῶν οἰκείων. Opponuntur enim spectatores civibus, e quorum civitate athletae erant.

INDEX AUCTORUM,

QUI

EMENDANTUR ET ILLUSTRANTUR.

[SUNT NUMERI MARGINI HUIUS EDITIONIS ADSCRIPTI.]

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

B.